UNIV. OF
TORONTO
LIBRARY

LGP
A866S

Deipnosophistarum libri XV ...
[Vol. II]

ANIMADVERSIONES IN ATHENAEI DEIPNOSOPHISTAS

POST

ISAACUM CASAUBONUM

CONSCRIPSIT

IOHANNES SCHWEIGHAEUSER

ARGENTORATENSIS

INSTITUTI SCIENTIAR. ET ART. POPULI GALLO-FRANC. SOCIUS

ANTIQUAR. LITERAR. IN SCHOLA ARGENT. PROF.

TOMUS SEXTUS.

ANIMADVERS. IN LIB. XI. ET XII.

ARGENTORATI

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS BIPONTINAE

ANNO XII. (1804.)

11
11-12

21461
6

ANIMADVERSIONES IN ATHENAEUM.

IN LIBRUM UNDECIMUM.

Ed. Caſaub. p. 459. *

a DE *ARGUMENTO huius Libri* haec monuit CASAUBONUS: »Veteres in conviviis ſuis vino utebantur ad haec »tria, neceſſitatem, voluptatem, & pietatis officium. Quod »neceſſitati dabatur, promiſcue inter edendum ſumebant, »ut quemque ſitis admoneret, & bibendi appetitum in »quoque lex naturae excitaret. At bibere voluptatis cauſ»ſa, & Diis libationes facere, finitis demum epulis, aut »ſaltem primis menſis comeſis, incipiebant. Poſcere illi »tum maioribus, & pocula diverſi generis expedire: & »ſimul in hilaritatem omnibus modis ſe effundere. Serva»vit hunc ordinem Athenaeus in textura horum librorum, »ut ſaepe diximus, & ſemper meminiſſe Lector debet. Op»portune igitur coniecta eſt in locum iſtum, totius δει»πνοσοφιστικῆς φιλολογίας pars ea, qua *de Poculis* agitur. »Cum autem *plurimas ſpecies, figuras & nomina Vaſorum po»toriorum* haberent antiqui, omnia ferme quae de eo ar»gumento dici poterant collegit auctor, quae fuit eius »ſingularis diligentia, & κατὰ στοιχεῖον digeſſit; quaedam »prius *in genere de Poculis* & voce ποτήριον praefatus.«

AD CAP. I.

κατὰ τὸν κωμῳδιοποιόν. Quam conſtanter in editis (neſcio qua ratione) litera iota poſt δ omittitur in hac vo-

ce, tam conſtanter eam tenet vetus codex *A*. Et hîc etiam a κωμῳδιοποιὸν ſcripſit Epitomator, qui aliâs plerumque breviori vocabulo κωμικὸς uti ſolet. *Mox*, Κηφισόδωρον recte ſcribunt ſuperiores editiones: temere Κεφισοδ. ed. Caſ. 2. & 3.

Συναχθέντων γὰρ ἡμῶν καθ' ὥραν. Quod in Animadv. ad ſuperioris libri exitum diximus, videri ibi nonnihil intercidiſſe: nempe dicere ibi debuiſſe Athenaeum, *ſermone in multam noctem protracto diceſſiſſe convivas, poſtridie ad certum tempus rurſus conventuros;* id ex hoc loco perſpicuum fieri videtur: niſi plane profiteri velimus, nimis vel imperite vel negligenter ſubinde Deipnoſophiſtam noſtrum in conſarciendis veterum auctorum fragmentis, e quibus conſtat totum hoc opus, & omnino in his quae ad illud concinnandum de ſuo ingenio contulit, eſſe verſatum.

Παρὰ μὲν τῷ Ἀδράστῳ &c. »Sermonem *de Poculis in* »*genere & voce* ποτήριον, reliquis convivis ſilentibus, ita »orditur Ulpianus, Παρὰ μὲν τῷ Ἀδράστῳ, ἄνδρες φίλοι, »καθίσαντες οἱ ἀριστεῖς δειπνοῦσι. Non eſt *Adraſtus* hîc »neque poëtae nomen, neque poëmatis ullius titulus, ut »falſo crediderunt: ſed hic eſt ille rex Argivus, Talai fi»lius, qui Tydeum & Polynicem, avibus parum bonis, »generos ſibi conciliavit. Hunc aiunt veteres, ut Poly»nici regnum patrium reſtitueret, domi proceres Grae»ciae convocaſſe. Apollodorus diſerte ſcribit libro tertio »Bibliothecae, [cap. 6. ſect. 2 ſq.] eum συναθροῖσαι τοὺς »ἀριστέας. Quin eorum catalogum habes apud Statium »libro quarto Thebaidis, & ipſum Apollodorum, & Dio»dorum quoque Siculum libro quarto. Nulla autem pars »fuit hiſtoriae fabularis, quam plures poëtae tractaverint. »Ex eorum aliquo haec nunc ſumit auctor; &, niſi fal»lor, ad *Epicum cyclum* reſpiciebat cum haec ſcriberet »Athenaeus: aut, quod paene certum eſt, ad *Antimachi* »Thebaidem Cyclicam. Nam ſimilia his ex eo poëta pro»feruntur infra in Δέπαστρον. [pag. 468. a. b.] Veriſimi»le enim eſt, poëtas Graecos id argumentum tractantes, »convivia deſcripſiſſe, quibus Adraſtus excepit principes »a ſe advocatos. Quamquam referre [etiam] poſſumus »ad convivium nuptiale, cum Tydeus & Polynices uxo»res ſuas duxerunt. Obſervat autem Athenaeus, *ſediſſe* »*tum convivantes* proceres, *non decubuiſſe*. Apud Statium »tamen Papinium, ubi convivium Adraſti deſcribitur, *to-*

a »ri nominantur. Canit enim poëta primo Thebaidos:

»— *Vario ſtrepit icta tumultu*
»*regia: pars oſtro tenues auroque ſonantes*
»*emunire toros, altosque inferre tapetas:*
»*pars teretes levare manu ac disponere menſas.*

»Et mox de Adraſto:

»— *Iamque ipſe ſuperbis*
»*fulgebat ſtratis, ſolioque effultus eburno.*« CASAUB. — *Sedentes* epulari ſolitos priſcos, non *recumbentes*, iam paſſim adnotaverat auctor; veluti I. 11. f. VIII. 363. f. Cur vero hîc ad idem redeat argumentum, eo minus adparet, quo minus illud connexum eſt cum eo ad quod mox deinde nimis abrupte & neſcio quo ſubito ſaltu pergit. Sed in multis ſaepe ſaltuatim verſantem vidimus. Dixerat ſupra de *Homericis* heroibus: nunc ſubito recordatur, *eo etiam aevo, quod Troiana anteceſſit tempora, ſedentes ad menſam homines* a priſcis poëtis induci: nec mora; primo quoque tempore curat, ut id lectores operis ſui edoceat. Latinum poëtam Statium ſuae aetatis morem priſcis Graecis falſo tribuiſſe, facile intelligitur.

ὃ δὲ Πολύειδος ἱερὰ θύων ἐν ὁδῷ &c. »Etiam quod ait de »*Polyido, in via ſacrificante* (propter viam fortaſſe facie»bat, καὶ ἐξιτήρια ἔθυεν) *& praetereuntem Peteoum ad epulas* »*detinente*, ex aliquo Cycli epici poëta petitum videtur. »*Polyidus* ille eſt opinor, de quo Apollodorus libro ter»tio; [cap. 3.] non is de quo Homerus in Iliade: aeta»te enim prior fuit & antiquior: nam *Peteos* ſive *Peteous* »Meneſthei pater eſt, quem bello Troiano Athenienſium »copiae ducem habuerunt. Imago priſtinae ſimplicitatis »& antiqui aevi in hiſtoria quae hîc commemoratur. *Po»lyidus ſacra facit in ipſa via publica;* ſicut Menelaus apud »poëtam in littore ſuorum liberorum γάμους ἕστιᾷ. *Cum* »*forte illac iter faceret Peteous*, benigne *eum ad epulas in»vitat Polyidus detinetque: & iuſſo ſedere in floreo gramine* »θαλλίαν κατακλάσας ἀντὶ τραπέζης παρέθηκε τῶν ἐυθέν»των, *frondem virentem defringens*, futuram *pro menſâ, par»tem victimae ei appoſuit.* κατακλίνειν fere ſignificat *colloca»re aliquem in lecto*, vel *facere discumbere:* hîc pro *facere ſe»dere.* Nam loquitur auctor de more veterum ſedendi, »non accumbendi ad menſam. θαλλία vel θάλλος & oleae »termitem κυρίως, & omnem *frondem virentem* ſignificat, »ut dictum eſt lib. I. cap. XIX. [ad I. 19. b.] Corrige Ae-

» lianum in hac voce, Ποικίλης lib. XIII. cap. 16. ubi lo-
» quens de colle ſemper ardente, qui in agro Apolloniа-
» tarum: καὶ περὶ αὐτόν ἐστι δένδρα εὐθαλῆ, καὶ πολλὰ
» χλωρά· καὶ τὸ πῦρ πλησίον ἐνακμάζον οὐδὲν λυπεῖ οὔτε
» τὴν τῶν φυτῶν βλάστην, οὔτε τὴν τεθηλυῖαν †. Non de-
» buit appingi defectus nota, ſed erat ſcribendum οὔτε
» τὴν θαλλίαν. « CASAUBONUS. — Πετεὼς, Meneſthei pa-
ter, memoratur Homero, Iliad. β'. 552. & alibi, & Apol-
lodoro, in Biblioth. III. 10, 8. De nominis formâ vide
Heynium ad Apollod. pag. 725. Non Θυθέντων, ut in ed.
Caſ. 1. 2. 3. ſed recte τυθέντων ſcribitur in editt. vett. &
in ms. *A*. Quo magis miratus ſum, eamdem ſcripturam
in Caſauboni Animadv. repeti. In Epitoma de toto huius
libri exordio fere nihil legitur.

Καὶ τῷ Αὐτολύκῳ ἐλθόντι Ἰθάκης ἐς πίονα δῆμον &c. » Ad- a
» dit deinde, etiam *Autolycum non diſcubuiſſe in menſa, ve-*
» *rum ſediſſe, cum ei finitâ coenâ nutrix Ulyſſem adhuc puerulum*
» *attulit, & ſuper genibus collocavit.* Haec quidem nota hiſto-
» ria eſt: Homerum enim habemus, unde ſumitur. [Odyſſ.
τ'. 399 ſqq.] » Sed adire ad fontem neglexere interpretes.
» Itaque non viderunt ſtructuram rectam orationis, quae
» eſt huiusmodi: Αὐτολύκῳ ἡ τροφὸς, καθημένῳ δηλονότι,
» (οὕτως γὰρ ἐδείπνουν οἱ τότε) τὸν Ὀδυσσέα ἐκάθισεν ἐπὶ
» τῶν γονάτων, καὶ οὐχὶ παρὰ τοῖς γόνασιν ἔστησεν. « CA-
SAUBONUS. — Haec ſane iuſta verborum ſtructura: quam
ſuâ culpâ Athenaeus turbavit, verba poëtae ita mediae
ſuae orationi interſerens, quaſi ad reliquam orationis ſtru-
cturam apta eſſent, cum qua tamen minime conveniunt.
Sed, ſimiles turbas in citandis auctorum ſuorum verbis
non refugere hunc ſcriptorem, iam ſaepenumero obſer-
vavimus.

Ἡμεῖς οὖν μὴ διατρίβωμεν, ἀλλ' ἤδη κατακλινώμεθα.
» Etſi hunc ſcriptorem facio ut par eſt plurimi: fatendum
» tamen quod res eſt, poſſe interdum in textura horum
» ſermonum aut iudicium aut diligentiam deſiderari. Nam
» quae haec conſequentia eſt? poſtquam dixit *ſediſſe vete-*
» *res ad menſam*, inferre ſtatim, Ἡμεῖς οὖν κατακλινώμε-
» θα. « CASAUBONUS. — Sane, ſi nihil hîc aut intercidit
aut alio modo a librariis peccatum eſt, vix intelligi poteſt,
quo pacto inſignis in ſcribendo incuriae culpâ liberari ſcri-
ptor noſter queat.

AD CAP. II.

b ΠΟΤΗΡΙΑ δὲ πρῶτον οἶδα ὀνομάσαντα τὸν Ἀμόργιον ποιητὴν Σιμωνίδην. » Plenum etiam otioſae περιεργίας quod » hîc obſervatur, *primum ex omnibus ſcriptoribus* (ita intel- » lige vocem πρῶτον) *Simonidem Amorgium ποτήρια ὀνομά- » σαι.* Quid enim refert hoc didiciſſe? Et ſunt qui diſſen- » tiant de Simonide Amorgio: nam Iulius Pollux eius lo- » co Ionem Chium nominat. τὸ ποτήριον, ait, Ἴωνα ἐκά- » λεσε.« CASAUBONUS. — In Grammatico minime equidem damnem, quod, quis primus auctor vocabulo quopiam uſus ſit, adnotaverit. De SIMONIDE *Amorgio* vide Fabric. Bibl. Graec. T. I. p. 595. & quae ab Harleſio adiecta ſunt T. II. p. 150. A patria *Amorgo*, unâ ex Cycladibus, nomen inveniſſe docet Stephanus Byzantinus: cuius ex praeſcripto Ἀμοργῖνος adpellari debuit, quemadmodum etiam apud Suidam ſcribitur, T. III. pag. 317. ed. Küſt. ſed nihil impedit quo minus credamus, Ἀμόργιος perinde iuſtam nominis gentilis formam fuiſſe. Quod a Polluce *Ionem* perhiberi ait Caſaubonus primum auctorem qui nomine ποτήριον uſus ſit: id ſecus eſſe comperies ſi Pollucis verba (VI. 98 ſq.) diligentius inſpexeris. Non, *vocabulo ποτήριον primum uſum Ionem eſſe*, ait Pollux; ſed apud Ionem legi vocabulum βομβυλιὸς, tamquam *vaſis potorii* nomen: cui non repugnat, (quo turbari ſe Iungermannus paſſus eſt) quod apud eumdem Pollucem lib. X. ſect. 68. legitur, eodem nomine uſum eſſe Antiſthenem. Quodſi ea pars *libri undecimi*, qua de iſto poculorum genere diſſeruit Athenaeus, integra hodie ſupereſſet, fortaſſe & Ionis & Antiſthenis ῥήσεις haberemus, in quibus vocabulum βομβυλιὸς vel βομβύλιος poſitum erat. Scripſeram iſta, cum idem Caſauboni erratum a VILLEBRUNIO (cui ADAMUS, puto, praeiverat) notatum vidi.

Ἀπὸ τραπεζᾶν εἶλέ νιν ποτήρια. CASAUBONO obſecutus ſum, monenti: »*SIMONIDIS verſum* ſcribe ſic: »Ἀπὸ τραπεζᾶν εἶλέ νιν ποτήρια. *Sustulerunt illum menſae » pocula.*« — Vitioſe haud dubie ἀποτράπεζαν editum erat, velut uno vocabulo. At ἀπὸ τράπεζαν (ſic) diſtincte ſcribitur in ms. *A*. quod neſcio an tenendum fuerit tali quadam ſententiâ, *pocula abſtulerunt ei menſam*, id eſt, *bibendo rem familiarem ita abſumſit, ut, quod comederet, non amplius haberet.* Super Caſauboni emendatione,

τραπεζᾶν, (dorice, pro τραπεζῶν) ſcrupulum certe inii- b
cere poterat, quod alii verſus ex eiusdem Amorgii Simonidis Iambis citati, non (quemadmodum Cei Simonidis carmina) Doricâ linguâ, ſed Ionicâ conſcripti ſunt: veluti, II. 57. e. VII. 299. c. XIV. 658. e.

καὶ ὁ τὴν Ἀλκμαιωνίδα δὲ ποιήσας &c. » Verba quae ex » *Alcmaeonide* recitantur, ita melius ſcripſeris: νέκυς δὲ » χαμαιστρώτους ἐπί τινος εὐρείης στιβάδος προέθηκεν· » αὐτοῖς δὲ Θαλλίαν τε τὰ ποτήρια τε στεφάνους τ' » ἐπὶ κρασὶν ἔθηκεν. Refer haec ad morem τῆς προθέσεως » & collocationis mortuorum, de quo alibi dicimus. Ar- » temidorus libro primo, cap. 14. Οἱ ἀποθνήσκοντες ἐσχισ- » μένοις ἐνειλοῦνται ῥάκεσιν, ὡς καὶ τὰ βρέφη, καὶ χαμαὶ » τίθενται. Explicant iſta vocem χαμαιστρώτους. Sequen- » tia verba, quibus ait *ornatos mortuos fronde virenti, pocu-* » *lis, & coronis capiti impoſitis*, pertinent ad veterum fu- » nerum conſuetudinem. Soliti enim antiqui his ſimilibus- » que modis honorem habere defunctorum cadaveribus. » Θαλλίαν malo, quam Θαλείαν. Verum haec alius loci. » Non erat autem *Alcmaeonis*, ut videtur, poëma; ſed » ſolutâ oratione conſcripta hiſtoria: cuius auctor iam olim » incertus. Quare etiam Apollodorus Bibliothecae libro » primo ita citat, ὁ τὴν Ἀλκμαιωνίδα γεγραφώς.« Casaubonus. — Quaſi ſoluto ſermone concepta iſta verba ſcripta erant in editis, in hunc modum: νέκυς δὲ (temere vero *omiſſa vocula* δὲ in ed. Caſ. 2. & 3.) χαμαιστρώτους ἐπί τινος εὐρείης στιβάδος προέθηκ' αὐτοῖσι Θαλείαν τε τὰ ποτήριά τε &c. Pariterque in ms. *A.* niſi quod ibi δὲ τὰ. In *Epit.* nihil horum omnium. At epicum carmen fuiſſe *Alcmaeonidem*, poſt Heynium (ad Apollodor. pag. 976.) aliosque doctos viros, recte monuit Fiorillo ad Herodem Atticum, pag. 90. Ipſa autem verba, quae ex illo carmine hîc citavit Deipnoſophiſta, feliciſſime reſtituit ad metrique leges revocavit idem Fiorillo, in Obſervatr. Crit. in Athenaeum pag. 1. pro vulgato ἐπί τινος, quod verſus etiam reſpuebat, perſpecte ἐπὶ Θινὸς corrigens: tum vitioſum Θαλείαν τε τὰ in Θαλείαν δαῖτα mutans; quam correctionem firmat etiam noſter codex mstus, δὲ τὰ exhibens, in quo haud obſcure iſtud latet.

Deinde quum ſic ſcriberetur in editis: ἅπερ ἀνομάσθη ἀπὸ τῆς πόσεως ὡς τὸ ἔκπωμα οἱ Ἀττικοὶ ἐπὶ ὑδροποτεῖν καὶ οἰνοποτεῖν λέγουσιν: minime mirum eſt, in his

b haesisse viros doctissimos. »Obscurum est (ait CASAUBO-»NUS) quod additur, ὡς τὸ ἔκπωμα οἱ Ἀττ. ἐπὶ ὑδροποτεῖν &c. Quorsum vox ἔκπωμα? cuius quidem in subie»ctis testimoniis nulla mentio. Legendum videtur, ὡς τὰ »ἐκ πίομαι οἱ Ἀττ. id est, *Attici utuntur* vocibus a πίομαι »deductis, [in eam sententiam oportuerat, τὰ ἐκ τοῦ πίο»μαι] »*tam de aquae, quam de vini potu:* adde, sive alius »cuiuscunque rei. Nam in proximo Aristophanis exemplo »neque *vini* mentio fit, neque *aquae*, sed *sanguinis*.« — Aliam medicinam doctissimus CORAY tentavit, in *Notis msstis*. »Scribi ita (inquit) distinguique hoc modo velim: »— ὑπὸ τῆς πόσεως, ὡς τὸ ἔκπωμα. Οἱ Ἀττικοὶ ἔτι (forte »ἔτι καὶ) ὑδροποτεῖν κ. τ. λ.« — Dubitationem praecidisse mihi visus est optimus noster codex, eam scripturam exhibens, quam restituendam auctori curavimus. Nempe, ποτήριον (ait auctor) ἀπὸ τῆς πόσεως *nomen habet, quemadmodum etiam vocabulum Atticis inprimis usitatum* ἔκπωμα: *quod quidem illi non*, ut ποτήριον, *per* o *breve efferunt, sed per* ω *longum; quoniam etiam* ὑδροποτεῖν & οἰνοποτεῖν, & similia verba cum eorum derivatis, *per* ω *longum efferunt.* Nec enim de nihilo est, quod vetus noster codex, quemadmodum alibi πολυπότης, φιλοπότης & similia per ω, non per ο, sic & hoc loco ὑδροποτεῖν & οἰνοποτεῖν per ω scribit. Unde etiam intelligitur, quid sit quod exempli loco versum illum *ARISTOPHANIS* (ex *Equit.* 198.) hîc adposuerit Athenaeus, in quo nihil aliud occurrit quod ad id de quo agitur referri possit, nisi vocabulum αἱματοποτῶν. Hactenus enim illud huc spectat, quatenus penultima syllaba ω longum habet: quod ex *Atticorum more* fieri docet hoc loco Athenaeus. Nec tamen is usus in similis compositionis vocabulis constans, ne apud ipsos Atticos poëtas quidem: ut ad X. 435. b. monuimus. Sic enim v. c. in Nicocharis Athenienſis versu apud Nostrum, X. 426. f. συμπόται penultimam brevem habet: & in ipsius Aristophanis Vesp. vs. 79. φιλοπότης pariter penultimâ brevi effertur: aliaque exempla collegit Valckenarius ad Ammonium, pag. 114. Nempe utroque modo dicere licebat, etiam Atticis: in quo tamen discrimen aliquod statuerunt Grammatici nonnulli, de quo auctor Etymologici Magni pag. 794. Ἰστέον ὅτι διαφέρει· φιλοπότης μὲν διὰ τοῦ ο μικροῦ, ὁ φιλῶν πότους καὶ συμπόσια· φιλοπώτης δὲ διὰ τοῦ ω μεγάλου, ὁ φιλῶν πολλὰ

πίνειν. πῶμα γὰρ τὸ ποτὸν, (sic enim scribendum, non τὸ ποτὸν) καὶ οὐ πόμα. οὕτως Ἡρωδιανὸς εἰς τὰ Ζητούμενα τῶν μερῶν τοῦ λόγου. Scripturam veteris nostri codicis, ὑδροποτεῖν & οἰνοποτεῖν, firmat Ammonius, De Differentia Vocab. pag. 115. ubi ait, in compositis verbis nonnisi ω longo uti Atticos; verbi caussa, γαλακτοποτεῖν, ὑδροποτεῖν: qui in eo quidem fortasse nimius est, quod negare videtur licuisse Atticis etiam ο brevi in illis verbis & eorum similibus uti: sed vulgatam apud Ammonium scripturam cum contraria permutandam non iudicaturus erat doctissimus Valckenarius, si aut Aristophanici versus, qui hìc citatur, meminisset, aut si veram huius loci apud Athenaeum scripturam, quam vetus noster codex nos docuit, cognitam habuisset.

Πολλῷ γ' ὁ Βάκις διεχρῆτο τῷ ποτηρίῳ. »Scribe διέχρητο: non διεχρῆτο.« CASAUBONUS. — Simplex verbum legitur quidem in vulgatis Comici exemplis: (Equit. 124.) at nec versui, nec sententiae, nec sermonis usui repugnat compositum, quod apud Athenaeum cum editis vetus codex agnoscit. Quare non modo non spernendum, sed fortasse etiam restituendum illud poëtae fuerit: quum praesertim apud eumdem in Concion. 609. idem verbum διαχρᾶσθαι occurrat pro simplici χρᾶσθαι posito »vacante praepositione« ut ait Brunckius in Indice Graecitatis Aristoph. Quid quod hoc loco ne vacans quidem censenda praepositio videtur: nam διαχρᾶσθαι percommode intelligetur *constanter uti*.

Κρείττων μί' ἐστὶ &c. Quum Κρεῖττον esset editum, ferri quidem ex Atticorum usu potuerat adiectivum in neutro genere, cum foeminino μία (nempe κύλιξ) constructum. Recte vero CASAUBONUS monuit: »Scribe Κρειττων. Vide inferius in Κύλιξ.« Nempe non modo p. 481. e. ubi idem occurrit versus, recte κρειττων habent libri omnes: sed & hoc ipso loco sic scribitur in ms. *A*.

Ὁ δὲ Ἀνακρέων ἔφη· Οἰνοπότης δὲ &c. Nempe *ANACREON* (inquit) *οἰνοπάτης per ο breve scribit*. Conf. Barnes. ad Anacr. Fragm. 159. Istam scripturam per ο breve cum editis Athenaei libris tenet & ms. *A*. & *Epitoma*; in quà omisso fere reliquo toto huius libri exordio, ista verba leguntur, Οἰνοπότης πεποίημαι, φησὶν Ἀνακρέων.

ἔστι δὲ τὸ ῥῆμα καὶ παρὰ τῷ ποιητῇ· οἰνοποτάζων γὰρ εἴρηκε. »Graecos cum τὸν ποιητὴν dicunt, *Homerum* intel-

»ligere ſciunt & pueri. Ita poſſumus hîc accipere: nam »canit poëta Ἰλιαδ. ῥαψ. υ'. [262.]

»Αἰνεία Τρώων βουληφόρε, ποῦ τοι ἀπειλαὶ,
»τὰς Τρώων βασιλεῦσιν ὑπέσχεο οἰνοποτάζων;

»Interpretes de *Anacreonte* ceperunt, cuius proxime fa»cta mentio. Ferri poteſt: nam habetur paullo poſt [p. »463. a.] hic eius verſus,

»Οὐ φίλος, ὃς κρητῆρι παρὰ πλέῳ οἰνοποτάζων.

»Erit igitur παρὰ τῷ ποιητῇ, *apud hunc poëtam.* « CASAUBONUS.

d καλὰ Ἴφις. »Sequitur, Καὶ Σαπφὼ δ' ἐν τῷ δεύ»τέρῳ ἔφη, Πολλὰ δ' ἀνάριθμα ποτήρια καλαί φις. Ve»tus lectio καλλέφης. Scribo ποτήρια καλὰ, ἔφη. « Sic CASAUBONUS: qui, quam *veterem* dixit *lectionem*, eam ubi repererit, neſcio. Sane & ed. Baſ. & Ven. καλαίφις habent: neque aliter vetus noſter codex *A.* niſi forte in accentu ille ab editis differt. Adnotavit FIORILLO, Obſervation. in Athen. pag. 27. (referente puto Urſino in Lyricorum editione, quae mihi nunc ad manus non eſt) in codice Farneſiano καλαλαῖφις (ſic) ſcribi. Ac fortaſſe etiam in ms. *A. circumflexo accentu* notata vox eſt, καλαλαῖφις. Quidquid ſit, videbantur mihi in mendoſo vocabulo haud obſcure hae duae voces contineri, καλὰ Ἴφις, i. e. *pulcra Iphis*: quemadmodum etiam Gallicus interpres accepit: *Belle Iphis.* Eſt autem Ἴφις proprium nomen, ex fabulari hiſtoria ſatis notum: (conf. Suid. h. v. & Etymol. pag. 480.) quod ex Ἰφιάνασσα decurtatum ait Etymologus, pag. 93. l. 51. FIORILLO l. c. nullâ quidem interpretatione adpoſitâ, ſic legendum cenſuit:

Πολλὰ δ' ἀνάριθμά τε ποτήρια καλ' ἴφια.

Quod ſi ἴφια libri dediſſent, poſſet id exponi ex Heſychiana gloſſa: Ἴφιον· λιπαρόν. Poterat etiam ſtudioſum harum literarum advertere alia apud eumdem Heſychium gloſſa huiusmodi, Ἰφίν· καλήν: ad quam nihil ab Interpretibus adnotatum.

καὶ Ἀλκαῖος· Ἐκ δὲ ποτηρίων πώνης δινυομένη παρίσδων. »Teſtimonium *ALCAEI* pro depoſito non iniu»riâ habuerim. Sed tentare quid vetat? Ἀλκαῖος, ait, ἐκ »δὲ ποτηρίων πώνης † δινυομένη παρίσδον. Scribo: Ἐκ »δὲ ποτηρίων πιόντες, δειπνουμένη παρίσδον. *Cum e pocu»lis bibiſſent, illi coenanti aſſederunt.* vel Δεινομένει παρ. *Di»nomenes*, uſitatum Graecum nomen. « CASAUBONUS. —

δινομένη legebat DALECAMPIUS, & πολλάκις vel πυκνῶς, d
pro πώνης, sic vertens: *A poculis frequenti vertigine iactata assedi.* Similiter FIORILLO, Observ. in Athen. pag. 28. Ἐκ δὲ ποτηρίων πονηρῶς δινομένη παρίσδον. Sed quoniam & alibi idem Alcaeus (in Fragm. quod apud Hephaestionem in Enchirid. legitur) *Dinomenis* cuiusdam *Tyrracii* meminit; sive ille sit Gelonis & Hieronymi pater, regum Syracusarum, sive alius; perquam est probabile, Δεινομένει hic quoque scriptum oportuisse. *Dinomenis*, quem dixi, meminere Herodotus VII. 145. Diodorus Sicul. XI. 67. & Pausan. VI. 12. De voce πώνης quid facerem aut statuerem, nihil prorsus occurrebat: videndumque, dum certius quid aut probabilius saltem proferatur, ne proprium nomen sit. Tentaveram ΙΤΩΝΗΣ: quod tamen parum convenire videbatur. (vide interim Suidam in Ἰτώνη, Steph. Byz. in Ἴτων, aliosque laudatos ad Hesych. in Ἰτωνία.) Quod si quidem δινομένη teneas, simplicem ν literam pro geminâ posuisse contentus, aut si δινομένῃ in dativo casu scribendum censueris; forsan haud improbabilis videbitur PAUWII ratio qui πώνης legens subscripto iota, *doloribus agitata* vel *agitatae* interpretatus est: (in Praefat. ad Phrynich. p. 40.) πῶνα nempe cum ποινὴ conferens, & ad Hesychium provocans, apud quem πῶννα per λύπη exponitur. Quam in cogitationem etiam PURSANUM incidisse video: qui, in ora sui olim libri, vel πυκνῶς corrigendum adnotavit, ex Dalecampii mente; vel πώνναις, aeolice pro ποιναῖς. Sed in tam brevi fragmento nescio quo fato accidit, ut in singulis paene verbis turbae cierentur. Nam παρίσδον quidem, quod in ed. Bas. & Cas. legitur, non nisi temere & per operarum (ut videtur) errorem irrepsit. παρίσδων habet ed. Ven. id est, *adsidens*, in participio: ex msto *A.* vero enotatum παρίσδωνι, nihili verbum; quod si ex παρίσδω νιν decurtatum statuas, fuerit παρίσδω activâ notione accipiendum, *adsidere facio illum* vel *illos.* Consulto omisi *Samuelis* PETITI commenta ad hoc fragmentum spectantia: quae qui nosse cupit, adeat eius Miscell. lib. VII. cap. 8.

κατὰ τὴν Ἀνθέων χώραν. » Verte, *in agro Anthensium.* » Anthea, urbs Peloponnesi apud Geographos: cuius ἐθνι» κὸν est Ἀνθεύς. « CASAUBONUS. — Dalecampius verterat, in *Antheorum tractu.*

AD CAP. III.

d Ἄξιον δ' εἶναι νομίζω &c. »Solet interdum Athenaeus, »orationem ſuam longiusculis hyperbatis obſcurans, minus »attentum lectorem fallere, ut libro ſuperiore dicebamus, »capite ſexto. [ad X. 422. e.] Idem obſervare licet et»iam hîc, cum ſcribit: Ἄξιον δ' εἶναι νομίζω ζητῆσαι ὑμᾶς πρὸ τοῦ καταλόγου τῶν ποτηρίων, ὧν πλῆρές ἐστι τὸ κυ»λικεῖον τοδί. εἴρηται γὰρ οὕτως ἡ τῶν ποτηρίων σκευοθήκη. »Manet ſuſpenſa oratio ab εἴρηται ad extremam paginam, »ubi deſinit haec multorum verſuum παρενθήκη. Verten»dum: *Sed quaerendum vobis cenſeo, priusquam recenſere po»cula inſtituimus, quibus eſt refertum hoc* κυλικεῖον: *ita enim »appellatur poculorum theca*, &c. Quid ſit quaerendum, hîc »non dicit; ſed dicetur infra. Ἄξιον δέ ἐστιν (ibi inquit) »ζητῆσαι, εἰ οἱ ἀρχαῖοι μεγάλοις ἔπινον ποτηρίοις. Hîc »vero de dictione κυλικεῖον disputat philologus: ſimul ve»teris conſuetudinis nos admonens; quae fuit, ut in di»vitum conviviis cum craterâ apponeretur poculorum »ingens theca, magis ad opum oſtentationem, quam ad »uſum. Propria autem erat menſa, ubi κυλικεῖον ſpectan»dum exhibebant, quam Servius *poculorum menſam* vocat. »Lucianus in Lexiphane: [c. 7.] Ποτήρια δ' ἔκειτο παν»τοῖα ἐπὶ τῆς δελφινίδος τραπέζης: mox: κυμβία δ' ἦν »καὶ φιαλίδες, καὶ ποτήρια γραμματικὰ, ὥστε μεστὸν ἦν »τὸ κυλικεῖον. « Casaubonus. — *Abacum* nominavit Cicero, Verrinâ quartâ, cap. 16.

e Ἔστι καὶ παρὰ Ἀναξανδρίδῃ ἐν Μελιλώτῳ. Ad ſuperius παρὰ Ἀριστοφάνει μὲν, videtur nunc inferri oportuiſſe ἔστι δὲ καὶ &c. ſed ſequitur mox etiam δὲ particula, ubi ait Εὔβουλος δὲ. Ad editam antehac ſcripturam, Ἀλεξανδρίδῃ, adnotavit Casaubonus: »De *Alexandridae Meliloto* dictum libro ſexto, cap. XVIII. « — Vide Animadv. ad VI. 261. f. At rectè Ἀναξανδρ. ſcribitur h. l. in ms. *A.* quemadmodum infra, XIV. 654. f.

Εὔβουλος δ' ἐν Λήδᾳ. Perperam Dalecampius in verſione *Eubulus in Lydia* poſuit: nempe deceptus veterum editionum errore; nam mendoſe Λήδιᾳ ſcribebatur in ed. Ven. & Ληδίᾳ in ed. Baſ. *Eubuli* fabula *Leda* ſive *Lacones* citatur eadem apud Noſtrum, VII. 330. c. Tria priora verba hîc ex illa fab. adpoſita, ſi (ut videtur) poſterius hemiſtichium ſenarii efficere debent, non Ὥσπερ ſcri-

bi debebat, sed Ὥσπερεὶ σπονδὴν δίδ. Quid vero so- e
net dictio haec, σπονδὴν δίδους, minime nobis liquet. Nihil adnotavit Casaubonus. *Perinde ac si iam libaverit*, vertit Dalec. quem Gallicus secutus est interpres. Potest σπονδὴ vel *libationem*, vel *foedus* significare: utrâque vero notione in plurali frequentius, quam in singulari numero usurpatur: utrâque item notione non cum verbo δίδόναι construi solet, sed cum ποιεῖσθαι. In eiusdem *Eubuli* testimonio ex *Psaltriâ*, facile intelligitur, priora verba, Τὰ κυλικεῖα δὲ, (sive δὴ scriptum oportuit) finem senarii olim occupasse; posteriora vero, ἐξεῦρεν ἡμῖν, initium senarii sequentis. In eiusdem poëtae, ex *Semela*, *vers.* 1. quum ὧν esset editum, verba πρὸς εὔγμασιν ad λίθινος referens Dalecampius, *Mercurium* intellexerat *ad preces saxeum*, i. e. *inexorabilem*. Sed ὃν, pro ὧν, recte dedit ms. *A.* quo etiam referebantur deinde accusativi λαμπρὸν & ἐκτετριμμένον. Fuerit igitur Ἑρμῆς λίθινος *marmoreum Mercurii sigillum*, quod simul cum poculis in κυλικείῳ expositum erat. προσεύγμασιν velut una vox scribebatur in ed. Ven. & Bas. Merito divisit Casaubonus. Possis autem εὔγματα vel *preces* intelligere, qua notione usus est eo vocabulo Callimachus, Hymno in Lavacr. Pallad. vs. 139. & alii ibi a Spanhemio laudati; sive *ostentationem*, ex Hesychiana glossa, Εὔγματα, καυχήματα: quam in partem Gallicus interpres accepit.

Κρατῖνος δ' ὁ νεώτερος ἐν Χείρωνι. ἐν Χείρωσι scribi- f
tur XII. 553. e. Confer notata ad IX. 392. f. Verba *Cratini*, partim prorsus neglecto metro, partim turbato, in hunc modum edita legebantur: πολλοστῷ δ' ἔτει ἐκ τῶν πολεμίων οἴκαδε ἥκω συγγενεῖς, καὶ φράτορας καὶ δημότας

εὑρὼν μόλις εἰς τὸ κυλικεῖον ἐγράφην.
Ζεὺς ἔτι μοι ἕρκιός ἐστι φρατόριος.
τὰ τέλη τελῶ.

Ubi Casaubonus monuit: » *Cratini versus* ita distingue & scribe:

» — πολλοστῷ δ' ἔτει
» ἐκ τῶν πολεμίων οἴκαδ' ὡς ἥκον πάλιν
» τοὺς συγγενεῖς καὶ φράτορας καὶ δημότας
» εὑρὼν μόλις, ἐς τὸ κυλικεῖον ἐγράφην.

» Mirum autem est, Athenaeum ita proferre hunc locum, » quasi accipiatur hîc κυλικεῖον in vulgata significatione;

f »cum longe alia ſit mens poëtae. Ait qui iſta loquebatur: »*ſe diu patriâ afuiſſe, in hoſtico retentum; unde longo poſt* »*tempore domum redux, vix agnoſcere potuerit ſuos cognatos,* »*tribules, cives: tandem inveniſſe tamen, & fuiſſe ſtatim aſcri-* »*ptum ἐς τὸ κυλικεῖον.* Voluit dicere *album tribulium*, quod »ſervabatur in curiis. Oratores ſaepe illius mentionem »faciunt. Sed ludens in tribules ſuos, homines vinoſos, »ait ſe *aſcriptum in cylicium:* quaſi tribules omnes eius »eſſent nihil aliud niſi cotylae, & *οἰνηρὰ ἀγγεῖα* ſive *ἀμ-* »*φορεῖς νενασμένοι.* Sic enim vulgo vocabant vino dedi- »tos, ut libro ſuperiore [ad X. 441. d.] dicebamus, & »ad Theophraſtum. [pag. 160.] — Paullo expeditior videtur Euſtathii ratio, qui (neſcio quo loco) iſta *Cratini* verba reſpiciens, teſte H. STEPHANO, in Theſ. Gr. Ling. II. 497. d. e. τὸ κυλικεῖον interpretatur *συμπόσιον*, ita ut εἰς τὸ κυλικεῖον ἐγράφην idem valeat ac εἰς τὸ συμπόσιον ἐνεγράφην, quaſi videlicet *πολιτογραφεῖς που*. Ad rationem quod ſpectat qua concinnandos verſus Caſaubonus cenſuit: in prioribus verſibus nullo verbo vel mutato vel adiecto opus erat; ſed in duobus poſtremis, quos intactos ille reliquit, cum utroque noſtro codice msto Ζεὺς ἔστί μοι ſcribendum fuit pro ἔτι μοι, & ἑρκεῖος pro ἕρκιος. In *Epitoma* fragmentum Cratini incipit a verbis, μόλις εἰς τὸ κυλικεῖον: quare etiam Euſtathius, in verbis ab H. Stephano citatis, vocem μόλις ad ſequentia retulit; quae quidem commodius ad ſuperiora verba in opere pleniore refertur. *Verſ.* 1. recte edebatur ἔτει: ubi mendoſe ἔτι ſcribitur in ms. *A*. Nec male *verſ.* 3. φράτορας habebant editi libri: ſed quum φράτερας daret idem noſter vetus codex, quin hanc ſcripturam auctori reſtituerem eo minus dubitare debui, quoniam diſerte Euſtathius ex aliis antiquis Grammaticis monuit ad Iliad. β'. pag. 181. l. 31. φράτορες, οἱ τῆς αὐτῆς φρατρίας. οἱ δὲ ἀρχαῖοι φράτερας φασὶ διὰ τοῦ ε. Confer varietatem lectionis apud Pollucem, III. 42. & 52.

AD CAP. IV.

a Εἰ δὲ οἱ ταῖς ἐξουσίαις χρώμενοι &c. »Locus CHAMAE- »LEONIS, quo afferuntur cauſſae, cur *dynaſtae & magna* »*pars divitum poculis ſeſe oblectent*, lucem accipiet ex ſimili

» disputatione apud Platonem in Protagora. « CASAUB.

οὔτ' ἐν γραφαῖς, οὔτ' ἐπὶ τῶν πρότερον. Male haec co- b
haerent: *neque in picturis, neque de priscis.* Nam & pictu-
ras eas dicit, quibus prisci mores pinguntur. Sed haud
dubie post alterum οὔτ' intercidit nonnihil; velut, οὔτ'
ἐν ποιήμασι, aut tale quidpiam. *Paulo post,* quos δαί- c
μονας dicit, adparet non alios esse atque ipsos *heroas* de
quibus agitur.

δημιουργοῦσιν αὐτοὺς πίνοντας ἐκπώμασι μεγάλοις. » Id
» est, pictores, statuarii, plastici, sculptores, caelatores,
» aliique id genus *artifices heroas faciunt e magnis poculis bi-*
» *bentes:* propterea ῥυτὸν, quod nomen est potorii vasis
» percapacis, [de quo infra, pag. 496 sq.] *heroibus pro-*
» *prium assignarunt.* Causſam pluribus exsequitur Athenaeus.
» Ita autem debemus accipere hîc vocem δημιουργεῖν. Et
» nota sis hanc de antiquissimis heroum imaginibus ob-
» servationem. « CASAUBONUS.

οἱ φάσκοντες τὸ μέγα ποτήριον φρέαρ ἀργυροῦν εἶναι.
» Libro quinto: [pag. 192. a.] καὶ πίνει ἐξ ἀργυροῦ φρέα-
» τος· καλῶς γάρ τις τὰ μεγάλα ποτήρια οὕτως ὠνόμα-
» σεν. « CASAUBONUS.

τὸ παρ' Ὁμήρῳ - - - κισσύβιον. Odyss. ι'. 346. Confer
infra, pag. 481. e. *Ibid.* εἰ μὴ αἰτιάσεταί τις τὴν δύνα- d
μιν τοῦ οἴνου. » Causſam cur tertio poculo depositus fue-
» rit Cyclops, ait posse adscribi *praestantiae vini* illius, ἣν
» αὐτὸς Ὅμηρος ἐξηγήσατο. Respicit illum versum, Ἀλλὰ
» τόδ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρός ἐστιν ἀπορρώξ. [Od. ι'. 359.
Sed respexit potius vs. 208 sqq.] » Aut haec erit causſa,
» inquit, τὸ ἀηδὲς τῆς πόσεως. Emendabam ex coniectu-
» râ ἄηθες: nam bibere *sine voluptate,* nihil ad causſas ebrie-
» tatis; at *insolentia* bibendi vinum, ad eam rem effica-
» cissima. Deinde ita scriptum offendimus in Excerptis &
» Eustathio. « CASAUBONUS. — Sed veram scripturam ἄη-
θες in editione Ven. etiam reperturus erat. Eamdemque
habet ms. *A.* Idem codex ἐγαλακτοπώτει per ω lon-
gum: tum ἔκπωμα, non ποτήριον, cod. *A.* & *Ep.*

περὶ τοῦ Νέστορος ποτηρίου, &c. Vide Iliad. λ'. 635 sq.
& confer Nostrum, pag. 493. c. d. *Ibid.* Ὥρα οὖν κατα- e
κλίνεσθαι. Verba ista cum sex sequentibus, quae initio ca-
pitis insequentis leguntur, deerant editionibus Ven. & Bas.
adiecta a Casaub. e codicibus Italicis, quibus adsentitur
noster cod. *A.* Iunior aliquis & indiligens scriba, cuius e

e codice procurata Veneta editio est, a priori Πλούταρχος ad posterius aberraverat.

AD CAP. V.

οὐ γᾶν αὐλακισμένην ἀρῶν &c. »Post haec sermonem »de *calycibus & poculis* habiturus Plutarchus, ita orditur: »Ἀλλὰ μήν, ὁ Πλούταρχος ἔφη, κατὰ τὸν Φλιάσιον ποιητὴν »Πρατίναν, οὐ γᾶν αὐλακισμὲν ἀνδρῶν, ἀλλὰ σκύφον μα»στεύων, κυλικηγορήσων ἔρχομαι. (In ed. 2. & 3. Anim»adversionum Casauboni inseruntur hoc loco haec, un»cis inclusa: »Locus est vitii manifestus, Vir magnus [is »SCALIGER, puto, fuit] emendabat οὐ γᾶς αὐλακισμένας »ἀρῶν, ἀλλὰ σκ. Ingeniose & proxime ad vestigia le»ctionis corruptae. Nos tamen aliter paulo sententiam »explicamus & corrigimus.) Lego, οὐ γᾶς αὐλακισμένας »ἐρῶν, ἀλλὰ σκ. Elegans sane locus: emendatio etiam ele»gantissima: sed cuius laus magna ex parte Hoeschelia»nis Excerptis debetur. Ibi invenimus, οὐ γᾶν αὐλακισ»μένην, ἀλλὰ σκύφον μαστεύων. Sed ille scriptor more »suo Pratinae locutionem immutavit, praecipuum illius »verbum excerpsisse contentus. Pratinae sunt non quae»cumque putarunt interpretes: [omnia usque ista ver»ba, οὐ τῶν Κυλ. εἷς ὑπάρχων, *Pratinae* tribuerat Dalec.] »verum ista tantum, οὐ γᾶς αὐλακισμένας ἐρῶν, ἀλλὰ »σκύφον μαστεύων. (Notanda est oppositio inter ἐρῶν γᾶς, »& μαστεύων σκύφον. ed. Cas. 2. 3.) Olim bene meritis »*agri portio* solita praemii loco dari: τέμενος proprie vo»cabant. αὐλακισμένη γῆ, *arvi* est periphrasis. Atque haec »Pratinae verba sententiae suae accommodat Plutarchus, »plane venuste. « CASAUBONUS. — Edebatur sic, γᾶν αὐλακισμὲν ἀνδρῶν, ἀλλὰ σκ. Eodemque modo scribitur in ms. *A*. Qua in scriptura (cum Epitomae praesertim scripturâ collata, quae γᾶν αὐλακισμένην, ἀλλὰ σκ. habet) haud obscure continetur ista, γᾶν αὐλακισμένην δρῶν. Atqui nihil expeditius aut probabilius videtur, quam ut cum *Scaligero* ΔΡΩΝ ex ΑΡΩΝ, id est *reportaturus*, ortum statuamus: quod verbum omittere nullo incommodo Breviator potuit, alterum verbum μαστεύων adposuisse contentus. ἀλλὰ σκύφον μαστεύων, incorrupte servavit Epitoma, e qua etiam in editos libros, inde ab Aldina editione, recepta sunt. Vitiose enim vetus codex *A*. ἀλλὰ

σκάφον μαντεύων dabat. Ubi tamen vitiosum μαντεύων ex e ματεύων corruptum videri potest: quod ipsum verbum FIORILLO probavit, (in Observ. in Athen. pag. 28.) *Pratinae* versum iambicum tetrametrum vel septenarium statuens huiusmodi,

Οὐ γαῖαν αὐλακισμένην, ἀλλὰ σκύφον ματεύων:

perquam commode. Nam facile credi potest, illud ἀρῶν, quod de certâ (ut nobis videtur) coniecturâ Athenaeo restituimus, non ex Pratinae versu sumtum esse a Deipnosophista, sed ipsius arbitratu adiectum. Eoque probabilior fit ista ratio, quod duo sequentia verba,

κυλικηγορήσων ἔρχομαι: —

eodem modulo decurrant, ut plane videantur esse prius hemistichium proximi tetrametri, qui in poëtae carmine istum superiorem exceperit. Poterat quidem verbum κυλικηγορεῖν ab Athenaeo fictum videri, qui & alia similia ludens finxit, ut κυνολογεῖν, I. 23. a. συκολογεῖν, III. 79. a. ἰχθυολογεῖν, VII. 308. d. At κυλικηγορεῖν esse vetus verbum, significans ὅταν ἐπὶ τῇ κύλικί τις ἀγορεύῃ, docet ipse Athenaeus paulo inferius, pag. 480. c. Commemoravitque etiam Pollux, VI. 29. λάλος, λῆρος, φλύαρος, κυλικηγορῶν, φορτικός. Quare dubitari non debet, verbo isto Pratinam usum esse eo loco, quem Athenaeus hîc respexerat. Esse autem illud ad similitudinem verbi δημηγορεῖν formatum adnotavit Eustathius, ad Od. ι'. pag. 359. l. 25. ubi κυλικηγορήσων interpretatur ἀγορεύσων περὶ κυλίκων.

οὐ τῶν Κυλικράνων εἷς ὑπάρχων. » Alludit hoc vocab. » ad τὸ κύλικας κεραννύναι. Macrobius Saturn. V. 21. « DALECAMP. — » locatur in vocibus κυλικηγορεῖν & Κυ- » λίκρανες, cum subiicit, οὐ τῶν Κυλ. εἷς ὑπ. id est, *quam-* » *vis eorum unus non sim, qui appellati sunt Cylicranes.* Cy- » licranes (quorum & Macrobius meminit, ut videtur ex » Athenaeo) tanquam viles mastigiae habiti. οὗς, ait No- » ster, χλευάζων Ἑρμιππος ὁ κωμῳδοποιὸς [κωμῳδιοποιὸς » ms. *A.*] ἐν τοῖς Ἰάμβοις φησὶν, εἰς τὸ Κυλικράνων βαδί- » ζων σπληνόπεδον ἀφικόμην. Ridicula vox σπληνόπεδον, » si quid in literis iudicamus. Ac censeo equidem emendan- » dum esse, vel οἰνόπεδον: *vineta* sic proprie vocantur, sed » pro *agro* simpliciter acceperunt, ut in illo Theognidis,

» Ληλάντου δ' ἀγαθὸν κείρεται οἰνόπεδον:

» vel ζηλόπεδον. Distinguendum autem,

» — εἰς τὸ Κυλικράνων

» ἐγὼ βαδίζων οἰνόπεδον ἀφικόμην.

» Non dubito, hunc ipſum *Hermippi* locum ab Heſy-
» chio indicari, cum ſcribit: Κυλικράνων. Πολέμων φησὶν,
» ὅτι τοὺς ὤμους κεχαραγμένοι ἦσαν κύλικες. οἱ δὲ τοὺς
» ὑπὸ τῇ Οἴτῃ Ἡρακλεώτας ἀπό τινος οὕτω ὠνομάσθαι. Ad-
» ſcripſi haec ut legi debent: nam in Heſychii editioni-
» bus multa corruptiſſime ſcribuntur. *Cylicranas* autem ex
» quorundam ſententia nomen inveniſſe ſcribit Athenaeus
f » ἀπό τινος Κύλικος γένος Λυσοῦ. Arbitror verum eſſe
» Λυδοῦ, ut paulo poſt, τινὲς ἀφικόμενοι ἐκ Λυδίας:
» vel ſi diverſa fuit traditio, γένος Λουσίου, a *Luſis* ur-
» be Arcadiae, de qua Stephanus. « Casaubonus. — At, qui ex *Hermippi Iambis*, ut quidem fert titulus, citantur verſus, ii non iambici ſunt, ſed manifeſte (ſi quid video) trochaici, quemadmodum diſtinguendos in noſtro exemplo curavimus:

Εἰς τὸ Κυλικράνων βαδίζων σπληνόπεδον ἀφικόμην·
εἶδον οὖν τὴν Ἡράκλειαν, καὶ μάλ' ὡραίαν πόλιν.

E quo intelligi par eſt, librum illum ſive libros *Hermippi*, qui *Iambi* inſcripti erant, non uno verſuum genere fuiſſe compoſitos. Et citantur quidem paſſim *Hermippi Iambi trimetri*, item *dimetri*, rurſusque *tetrametri*: de quibus conſulendus Hemſterh. ad Ariſtoph. Plut. vs. 701. & Harles in Fabr. Bibl. Gr. Vol. II. pag. 450. Quibus mixtos aut adiectos fuiſſe diverſi etiam generis verſus, ex hoc Athenaei loco colligi videtur: niſi fortaſſe ipſum etiam nomen Ἴαμβοι generaliori quadam notione accipi debet. Similiter quidem etiam nomen ἰαμβεῖον anapaeſtico verſiculo tributum vidimus, VII. 355. a. Editum vocab. σπληνόπεδον tenet uterque codex mſtus; nec mutare auſus ſum. *Agrum lieni ſimilem* interpretatus eſt Dalecampius, notans in ora: » *Oblongum & anguſtum.* « Nempe ſic σπλὴν, a *lienis* figura, & Graecis & Latinis dicitur *pannus oblongus*, *taenia.* « Vide Foeſii Oecon. Hipp. h. v. & Voſſii Etymol. voc. *Splen.* Suſpicor tamen, σκληρόπεδον ſcriptum oportuiſſe, *durum ſolum.* Dein, pro Λυσοῦ, recte Λυδοῦ dedit uterque noſter codex mſtus. Iidem codd. recte γένος dedere cum ed. Ven.

Σκυθινὸς ὁ Τήϊος. »Scythinus *Teius* is eſt, quem
» Diogenes Laërtius in Heraclito [IX. 16.] appellat τὸν
» τῶν Ἰάμβων ποιητήν. In Phyſicis Stobaei [lib. I. cap. XI. pag. 21. ed. Cant.] laudatur eius Liber περὶ Φύσεως. «

CASAUBONUS. — Σκυθῖνος, penultima circumflexâ, ut in noſtro ms. *Ep.* ſic ſcribitur apud Laërt. l. c. & apud Steph. Byz. in Τέως. Mox Κυλικρήνας tenuimus, ut editum erat: Κυλικρίνας ms. *A.* Κυλικρᾶνας ms. *Ep.* ſed ſuperne notata terminatio *ινας*. Dein Τρηχινίαν dedit codex a uterque. *POLEMONIS* Periegetae, quae ſequuntur, verba omiſit Breviator: ſed eadem ob oculos habuerat Heſychius loco paulo ante citato. In iſtis, ἀφ' ὧν οἱ τόποι διαμένουσιν, neſcio quid turbatum videtur: haud ſane quidem perſpicua ſunt. Dalecampius coniectando interpretatus eſt, *a quibus indita locis nomina ſervantur.* Nec nobis certius quidquam, quod ſequeremur, occurrebat. Suſpicor autem dixiſſe Polemonem, *diſtinctis locis illos habitaſſe.* Mox κεχαραγμένοι ex Heſychio correximus.

AD CAP. VI.

ὑδρίαν recte cod. ms. uterque, cum ed. Ven. & Baſ. b *Ibid.* οἰκίας ἔχουσιν ἐξ ἀνθερίκου πεποιημένας. De *antherico*, quod latine *albucum* vocatur, & ad *aſphodelorum* genus pertinet, vide Bodaeum ad Theophr. pag. 867. Plin. XXI. 17, 68. & inprimis Spanhem. ad Callim. H. in Delum, vs. 193. Agitur de illis *Numidarum mapalibus*, quae *ex cannis & arundinibus* confecta Polybius ait, lib. XIV. cap. 1. ſect. 7. & 15.

Ἰλλυριοῖς recte, cum accentu in ultima ſcriptum, dedit ms. *Ep.* *Ibid.* τὸ Κάδμου καὶ Ἁρμονίας μνημεῖον. »*Locum* illum *in Illyrico*, vel in Epiro, ubi *tumulus Cadmi* »*& Harmoniae* viſebatur, geographis non eſt praetermiſ»ſus. De eo etiam Dionyſius Periegeta, de Cerauniis »montibus loquens: [verſ. 390 ſq.]

»Κεῖνον δ' ἂν περὶ τύμβον [immo, κόλπον] ἴδοις περιηγέα τύμβον,
»τύμβον, ὃν Ἁρμονίης Κάδμοιό τε φῆμις ἐνίσπει.

»Videtur poëta verbo περιηγέα figuram loci reſpexiſſe, »cuius gratia appellatus fuerit *Cylices*, quod Athenaeus »ait. At Feſtus Avienus aliter deſcribit:

»*Tunc, prorepentis quae ſunt vada turgida Nerei,*
»*Harmoniae & Cadmi ſuſtentat gleba ſepulcrum.*«

CASAUB. — Vide Rufi Avieni Deſcript. Orbis, vs. 540 ſq. ubi, pro *Harmoniae*, *Hermionae* legitur in editione Oxon. neſcio qua auctoritate. Conf. Strabonem lib. I. pag.

46. edit. Casaub. & ad eum locum Adnotationem editoris. Adde Apollon. Rhod. Argonaut. IV. 517 sq.

Ἐν Συρακούσαις ἐπ' ἄκρᾳ τῇ Νήσῳ &c. » Quoties lego » insequentem observationem Athenaei de *calyce Syracu-* » *sanorum*, venit mihi in mentem populi Veneti, qui tra- » dito more a maioribus mare quotannis despondent. Simi- » le quid factitatum esse olim a Syracusanis, videmur » posse colligere ex Athenaei verbis: quamquam ille non » plane descripsit vetus hoc illorum institutum. *Polemo* » *narrat*, inquit Athenaeus, ἐν Συρακούσαις ἐπ' ἄκρᾳ τῇ » νήσῳ πρὸς τῷ [perperam πρὸς τὸ scribebatur in editio- c nibus omnibus] τῆς Ὀλυμπίας ἱερῷ, ἐκτὸς τοῦ τείχους, » ἑσχάραν τινὰ εἶναι, ἀφ' ἧς φησὶ τὸν Κύλικα ναυστολοῦσιν » ἀναπλέοντες, μέχρι τοῦ γενέσθαι τὴν ἐπὶ τοῦ νεὼ τῆς » Ἀθηνᾶς ἀόρατον ἀσπίδα. καὶ οὕτως ἀφιᾶσιν ἐς τὴν θά- » λασσαν, κεραμέαν κύλικα, καθέντες εἰς αὐτὴν ἄνθεα καὶ » κηρία καὶ λιβανωτὸν ἄτμητον, καὶ ἄλλα ἄττα μετὰ τού- » των ἀρώματα. *Syracusis in extrema Insula iuxta Olympiae* » *templum extra urbis muros est quidam focus: unde calycem* » *navi deducunt tendentes in altum, usque dum clypeus Miner-* » *vae templo impositus videri posse desinat. Ibi tum calycem* » *hunc fictilem in mare dimittunt; coniectis prius in illum flori-* » *bus, favis, thuris granis integris, & aliis praeterea quibus-* » *dam aromatis. Insula* quae hîc nominatur, una fuit e quin- » que urbis partibus. Fuit enim haec urbs πεντάπολις: » qua de re olim ad Strabonem. [lib. VII. pag. 270. ed. » Cas.] Lege τὴν κύλικα: nisi hoc loco aliud significat » κύλιξ quam *calycem*, quia sequitur κεραμέαν κύλικα: » non puto tamen. At qui ἀναπλέοντες mutant in ἀναπίμ- » πλαντες, & *calycem cineribus plenum* hîc comminiscun- » tur, infeliciter hariolati sunt. Quod ait de *floribus* & cae- » teris rebus solitis in pateram illam coniici, ad ritum per- » tinet ornandi iactu florum & aliarum rerum: de quo » multa ad Suetonium. « Casaubonus. — Totus iste lo- cus deest Epitomae. τὴν κύλικα, ut voluit Casaub. sic scribitur in ms. *A.* & sic iam scripserat *Guil.* Budaeus, in Comment. Ling. Graec. pag. 871. ubi hunc citavit lo- cum. Cum Venetorum annua solennitate, de qua cogi- tavit Casaubonus, nihil commune habet mos ille, de quo hîc agitur; qui videtur ab omnibus navium praefectis observatus fuisse, quotiescumque Syracusis in altum exi- ret navis. Loquitur autem *Polemo*, tamquam de re satis

nota; quare τὴν κύλικα dicit, adiecto articulo: verumtamen, qualis fuerit ille calix, uno verbo deinde indicat, κεραμέαν κύλικα dicens. ἀναπλέοντες utique significat in *altum navigantes, navibus proficiscentes;* non *implentes.* At, quum *calicem illum* ἀπὸ τῆς ἑσχάρας (id est, *a foco*, sive, *ab ara*) *secum sumsisse* dicantur qui navibus in altum profiscerentur, quumque in *eum* dein *thus & aromata* iidem *iniecerint;* haud ita absurda videtur DALECAMPII coniectura, statuentis *cineribus & relictis ab igne carbonibus repletum calicem* secum sumsisse nautas. Suspicatus autem equidem eram, ex poculo ad illam aram in navem recipi solito, libasse bibisseque socios navales, faustam navigationem precantes, donec extra urbis conspectum progressi, floribus & thure repletum in mare dimitterent. *Thus* ἄτμητον vel ἄτομον, SALMASIUS in Exercit. Plin. p. 360. interpretatur *guttas arabici thuris rotundas, prouti manarunt.*

AD CAP. VII.

In XENOPHANIS *vers.* 1. ζάπεδον, pro edito olim δάπεδον, dedit ms. *A.* Priores tres versus omisit Epitomae auctor. *Vers.* 2. Concisa locutio, πλεκτοὺς δ' ἀμ- d
φιτιθεὶς στεφάνους, ac vereor ne non satis emendata. *Vers.* 5. ἄλλος δ' οἶνος recte dedit codex ms. uterque: post haec, verbum ἐστὶν adiicitur in ms. *Ep.* praeter necessitatem, & refragante metro. *Vers.* 6. ἄνθεος ὀσδόμενος. » Quod vulgo Graeci *anthosmiam* vinum appellabant, Xenophanes intellexit istis verbis, ἄνθεος ὀσδόμενος. « CASAUB. *Vers.* 13. ὑμνὲν. » Scribe ὑμνεῖν. « IDEM. — e
Cui, licet doricum ὑμνὲν cum editis teneant ambo nostri mssti, tamen obsecuturus eram, nisi paulo etiam ante similiter doricam formam ὀσδόμενος pro ὀζόμενος uterque mstus cum editis agnosceret.

Vers. 17 *sq.* » Legitimum bibendi modum definit idem f
» poëta his verbis:

» Οὐχ ὕβρις πίνειν δ' ὁπόσον κεν ἔχων ἀφίκοιο
» οἶκαδ' ἄνευ προπόλου, μὴ πάνυ γηραλέος.

» *Tantum vini bibere licet*, inquit, *quantum te non impediet*
» *domum redire sine puero qui praeluceat, aut sine itineris duce.*
» Hoc significat ἄνευ προπόλου. Mediocris potationis utrum-
» que est indicium. Disciplina Laconum, ut Spartanos so-
» brietati assuefaceret, iubebat eos e convivio domum

f » redire δίχα λαμπάδος, ut Xenophon & Plutarchus ſcri-
» bunt. Illa, μὴ πάνυ γηραλέος, in contrarium ſenſum vero
» ab interprete ſunt detorta. Exceptio enim eſt, qua per-
» mittit ſenibus Xenophanes, ut propter aetatem domum
» a coenâ redeant non ſoli. « CASAUBONUS.

Verſ. 20. ὡς ἢ μνημοσύνη· καὶ τὸν, ὃς ἀμφ' ἀρετῆς.

» Ita ſcribam:

» ὅσσ' ἢ Μνημοσύνη, ἢ τὸν ὅσ' ἀμφ' ἀρετῆς.

» Eos ſermones probat inter pocula, qui nos reddant aut
» doctiores aut meliores. « CASAUBONUS. — » Verſus ita
» fortaſſis refingendus:

» ὥς οἱ μνημοσύνη καὶ τόνος, ἀμφ' ἀρετῆς.

» hoc conſtructionis modo: ὃς πιὼν ἀναφαίνει ἑσθλὰ ἀμφ'
» ἀρετῆς, ὥς οἱ μνημοσύνη καὶ τόνος: ſive τόνον accipias pro
» ipſo *vocis tenore*, ſive generalius pro *vi ac robore animi*.
» Pedeſtri oratione dixerim, ὥς αὐτῷ (ἔνεστι) μνήμη καὶ
» δύναμις, vel ὡς ἔχει μνήμης τε καὶ δυνάμεως. CORAY, *in Notis mſstis*. — Percommodum ſane foret, ὥς οἱ μνη-
μοσύνη: ſed in eamdem ſententiam accipi vulgatum poſſe
putavi, quod cum editis tenent ambo noſtri mſsti, ὡς ἢ
μνημοσύνη, ſcil. ἐστὶν αὐτῷ: *qui res bonas & utiles refert, prout memoria ei ſuggerit;* nempe utiles hiſtorias, & pulcras
utilesque poëtarum ῥήσεις. Deinde non modo τὸν & ὃς
pariter cum editis tenent ambo mſsti, ſed & ſic, ut a
nobis editum, diſerte diſtinguitur oratio in ms. *Ep.* καὶ
τὸν, ὃς ἀμφ' ἀρετῆς &c. quae ſcriptura non ſolicitanda
nobis viſa erat. *Verſu* 21. vero, perſpecte idem CO-
RAYUS monuit: » Pro διέπειν forte legendum διέ-
» πει. « — Sic autem ſcribitur in ms. *Ep.* (neſcio an & in ms. *A.*) ita quidem, ut hic verſus cum ſuperiori con-
nexus intelligatur: ὃς διέπει ἀμφ' ἀρετῆς, οὔτι (διέπει)
μάχας Τιτήνων &c. Nam abſque diſtinctione poſt ἀρετῆς,
ſcribitur in *Epit.* ὡς ἢ μνημοσύνη. καὶ τόν· ὃς ἀμφ' ἀρετῆς
οὔτε μάχας διέπει τιτήνων οὐδὲ γιγάντων &c.

Verſus 22 & *ſqq.* in hunc modum editi legebantur:

οὐδέ τε κενταύρων ἢ στάσιας προτέρων
† φενδόνας, τοῖς οὐδὲν χρηστὸν ἔνεστι
θεῶν προμηθείην αἰὲν ἔχειν ἀγαθήν.

Ubi CASAUBONUS adnotavit: » Acute SCALIGER *verſ.*
» 23. φλεδόνας vidit reponendum. Verſum ita concipio:

» οὐδ' ἄλλας φλεδόνας, τοῖς οὐδὲν χρηστὸν ἔνεστι:
» θεῶν δὲ προμηθείην &c. «

De mendâ, quae *verſum* 22. occupaverat, non cogitavit doctiſſimus Animadverſor; cuius tamen admonere eum Epitoma poterat, in qua ſic ſcribitur:

οὐδὲ κενταύρων πλασμάτων προτέρων.

Quibus in verbis finem eclogae Xenophanis fecit Breviator. Sed veteris ſcripturae clariora etiam veſtigia nobis codex *A.* exhibuit, *verſum* 22. & 23. ſic ſcribens:

οὐδέ τε κενταύρων πλασμάτων προτέρων
ἢ στάσιας φενδόνας, τοῖς οὐδὲν χρηστὸν ἔνεστι.

Ubi primum ex utriusque codicis ſcripturâ perſpicuum erat, *verſu* 22. πλάσματα τῶν προτέρων ſcripſiſſe poëtam. Tum *verſ.* 23. recte haud dubie Scaliger, ſuffragante Caſaubono, φλεδόνας correxit. Eamdem aut ei coniunctiſſimam vocem alio modo a librariis detortam ſupra vidimus, IX. 403. f. Ibi φλέδονας (a ſing. ὁ φλέδων) antepenacute ſcripſimus, & *nugatorem* interpretati ſumus. Hîc vero φλεδόνας penacute, a ſing. ἡ φλεδὼν, gen. φλεδόνος: quod vocabulum Suidas diſerte a φλέδων distinguit, & ἡ φλυαρία interpretatur; tamquam idem valens ac ἡ φλεδονεία. Sic & Etymolog. M. pag. 706. φλεδὼν, καὶ φλεδονεία, ἡ φλυαρία. Iam vero dubitari non poſſe videbatur, quin iſtud ἢ στάσιας ex ἀσπασίας eſſet corruptum. ἀσπασίας φλεδόνας, *gratas, amabiles nugas.* Cui quidem conſentaneum videri debuit, ut dein ταῖς ſcriberetur, non τοῖς οὐδὲν χρηστὸν ἔνεστι: ſed poterat etiam *neutrum* genus τοῖς ad πλάσματα, & omnino ad omnia quae praeceſſerunt, referri. Denique *verſu* 24. neceſſario δὲ particula cum Caſaub. inſerenda nobis viſa erat; quam ibi fert etiam metri ratio, ſi vocem θεῶν pro unâ ſyllabâ efferas.

AD CAP. VIII.

In *ANACREONTIS verſ.* 1. percommodum videri poterat, Οὐ φίλος, ὃς &c. quod editiones praeferunt omnes. Sed aliter mssti. Et ex ms. *A.* quidem haec enotata ſcriptura, Οὐ φίλεος (neſcio quo accentu; ac fortaſſe nullo) κρητῆρι &c. Sed in ms. *Ep.* plane ſic ſcribitur, Οὐ φιλέω ὃς κρητῆρι &c. ubi φιλέω ut diſſyllabum efferendum, niſi φιλῶ malis. Sed φιλέω ſcripſiſſe videtur poëta, pronunciaſſe autem φιλῶ. Perſaepe vero in ſuis cantilenis utitur verbis φιλῶ aut φιλέω, στυγέω, ποθέω, φεύγω,

aut horum ſimilibus. *Verſ.* 3. Pro Μουσέων, corrupte prorſus μαγέων vel ματέων habet ms. *Ep.* ſed ab eodem ſcribâ mendae nota ſuperne impoſita huic voci. Ex Athenaeo recepta eſt iſta ecloga ab H. Stephano in Adpend. Anthol. pag. 513. & a Brunckio in Anal. T. I. pag. 119. itemque in Anacreontis editionibus.

Ionis elegos omiſit Breviator. Ex Athenaeo in Analecta recepit Brunck T. I. pag. 161. adoptatis emendationibus a Toupio propoſitis in Epiſt. Crit. pag. 90. Confer Iacobs Animadv. ad Anthol. Vol. I. Part. I. pag. 314 ſqq. Hoc loco nude, Ἴων δ' ὁ Χῖος φησὶν, dicit Athenaeus: ſed pag. 496. c. addit ἐν Ἐλεγείοις, ubi duo verſus ex eâdem ecloga repetuntur; quem inferiorem locum reſpexit Casaubonus, cum hîc adnotaret: » Omnino *ſecundum* & *ter-*
» *tium Ionis Chii verſum* ſcribe ſic:

b » ἠμῖν δὲ κρητῆρ' οἰνοχόοι θέραπες
» κιρνάντων προχύταισιν ἐν ἀργυρέοις: —

» non κρητὴρ, [quemadmodum h. l. editum erat] neque
» προχοαῖσιν. vide infra in Προχύτης. « — Utramque tamen ſcripturam h. l. cum editis tenebat ms. *A.* (In Epit. tota deeſt ecloga.) Videtur olim hîc a docto quodam librario ex interpretatione ſcriptum fuiſſe προχόαισι, a ſing. ἡ προχόη, idem valente ac ὁ πρόχους. Conf. H. Stephani Theſ. Gr. Ling. T. IV. pag. 477. c. d. Sed vocabulo προχύταισι, eâdem quidem notione, hîc uſum eſſe poëtam, diſerte loco inferiore docet Athenaeus: quare & ἀργυρέοις hîc, ut ibi, fuit ſcribendum. Praepoſitio ἐν hîc non *in* denotat, ſed *inſtrumentum* ſignificat, ut ſaepe apud poëtas. Pergit Casaubonus: » Quod addit,

— ὁ δὲ χρυσὸς
» οἶνον ἔχων χειρῶν νιζέτω εἰς ἔδαφος:

» periphraſis eſt *libationis*; quam fieri praecipit *ex aureo po-*
» *culo vini pleno, manu prehenſo, & in terram effuſo.* χειρῶν
» νιζέτω, *effundat e manibus.* νίζειν, proprie eſt *lavare*: ſed
» quia lavantur manus *effuſâ* aquâ, hîc poſitum pro *effundere.*
» Hanc interpretationem ſequentia confirmant: σπένδοντες
» δ' ἀγνῶς. At, χειρῶν ἔδαφος poſitum eſſe pro *manibus*,
» quis ferat? [nempe Dalec. verterat, *in manuum ſolum*, i. e. *in palmas.*] » Deinde quae voluptas eſt tanta, manus
» vino lavare? « — At idem Dalec. ἱκέτω, pro νιζέτω legerat, *in manus veniat*, i. e. ut interpretatur ipſe, *in palmas ſumantur aureae paterae vino coronatae.* Sed utriusque

horum interpretum ratio quum minus expedita videretur, aliae rationes ab aliis doctis viris tentatae sunt. BENTLEY, in Epist. ad Millium, Graeca sic corrigenda censuit:

— »ὁ δ' ἕκαστος
»οἶνον ἔχων χειρῶν ἰζέτω εἰς ἔδαφος.«

Qua quidem vi verbis illatâ, ἕκαστος pro χρυσὸς inferendo, non video tamen quid lucri admodum capiat sententia & mens poëtae. TOUPIUS l. c. vulgatum *νιζέτω εἰς ἔδαφος* tenens, χρυσὸς in Χρύσης mutatum voluit, *Chrysen sacerdotem* huic compotantium sodalitati inculcans. Cuius emendationem BRUNCKIUS quidem ita fidenter adoptavit, ut ne mentionem quidem scripturae librorum facere dignaretur. Nos vero, donec certius aliquid aut expeditius saltem proferretur, librorum scripturam (cuius tamen integritatem minime praestamus) tenendam & in Casauboni interpretatione adquiescendum putavimus; non diffitentes tamen, insigni quadam veri specie commendabilem nobis visam esse emendationem a WESTONO in Hermesian. pag. 40. propositam, ὁ δὲ χρυσὸς - - - *εἰβέτω εἰς ἔδαφος*, *aurum vini plenum in pavimentum effluat* vel *destillet.* coll. Hesiodi Θεογον. vs. 910. & Horat. Carm. II. 14, 26. BENTLEII rationem prae caeteris probavit IACOBS, cuius vide Animadversiones.

Vers. 8. ἐκὼν δ' ἄρχε φιλοφροσύνης. *Tu vero volens praeside* &c. Haud satis scio, ad Bacchum-ne hoc referatur, quem initio statim invocavit poëta, an ad eum quem *regem convivii* creant sodales. Utrovis modo nimis concise enunciatum videtur: nisi forte refertur ad eumdem, ad quem pertinent duo versus sequentes; ut intelligamus, in iuvenum sodalium numero fuisse unum, qui haud ita pridem formosam uxorem duxisset, ad quem nunc regnum deferatur compotationis: quae etiam ratio fuerit, cur *hunc*, κυδρότερον, i. e. *glorioſius*, *augustius potaturum* dicat poëta. *Vers.* 9. Cum ὄντινα εὐειδὴς absque coniunctione in ed. Bas. & Cas. temere legeretur, ὄντινα δ' εὐειδὴς correxit Toupius, quod recte iam dabat ed. Ven.

AD CAP. IX.

Διὸ συνιοῦσιν ἡμῖν ἐπὶ τὰς Διονυσιακὰς ταύτας λαλιὰς &c. »Scribebam θαλίας: sed λαλιὰς etiam Excerpta.« CASAUBONUS. — *Epulas* in versione posuerat DALECAMPIUS,

id est, θαλίας, ut notavit in marg. ubi simul ait: » Alii »λαλιὰς, *collocutiones*, *confabulationes*.« — Illi vero *Alii*, sunt Graeci libri omnes, editi scriptique: quorum cur solicitaretur scriptura, nulla causa fuerat.

Alexidis eclogam ex *Tarentinis* Excerptis suis inseruit Grotius pag. 589. cuius latinam mutuati sumus versionem. Graecorum versuum initium sic ille constituit:

— Οὐδεὶς εὐλόγως
ἡμῖν φθονήσαι νοῦν ἔχων· οἳ τῶν πέλας &c.

d Quem nos *secundum* numeravimus *versum*, pro eo in editis haec verba legebantur, οὐδὲν ἀδικοῦμεν, οὐδὲν ἆρ' οἶσθ' ὅτι. In mssts vero, οὐδὲν ἀδικοῦμεν οὐδένα· ἆρ' οἶσθα. Nos cum Grotio οὐκ ante ἆρ' inseruimus: pro οὐδένα vero, οὐδέν' per apostrophum scripsimus. Grotius inverse posuerat, οὐδέν' ἀδικοῦμεν οὐδέν: quod eodem redit.

Vers. 6. Commodum foret, quod habet uterque codex mstus,

— οὐκ ἔχοιμ' ἂν φράσαι:

si ferret metrica ratio: cui satisfacturi primi editores, ἄν τι φράσαι posuere, & sic Grot. & ed. Cas. 2. & 3. Nos ἀντιφράσαι tenuimus, quod erat in ed. Cas. 1. Videndum tamen, ne aliâ quapiam ratione refingendum fuerit illud hemistichium. *Vers.* 8. Pro πάντα τ' ἀνθρώπων, suo iudicio Epitomator πάντα τἀνθρώπεια scripsit. *Vers.* 9 *extr.* ἀεὶ cum editis habet *Epit.* ubi αἰεὶ ms. *A*. *Vers.* 11. ἀφειμένους, id est *dimissos*, commode dedere ambo nostri mssti. Sic mox infra ἀφεῖται agnoscunt edd. & mssti.

e *Vers.* 15. Minime incommodum erat quod edebatur, καὶ τύχῃ γ' ἐρ. Sed sequendam putavi veterum codicum fidem, in καὶ τύχῃ τ' consentientium.

Sapphus eclogam, nullâ litera mutatâ, in minutos versiculos distribuere placuit, praeeunte Brunckio, cum in Analect. Tom. I. pag. 56. tum in Anacreonteorum carminum tribus editionibus. Sapphico modulo sic digerendos, & ex parte corrigendos, Grotefendius censuit, in *Notis mssts* nobiscum communicatis:

— — — Ἐλθὲ, Κύπρι,
χρυσέαισιν ἐν κυλίκεσσιν ἁβροῖς
συμμεμιγμένον θαλίαισι νέκταρ
οἰνοχοοῦσα
τοῖς ἑταίροις πᾶσιν, ἐμοῖς γε καὶ σαῖς·

Eodemque modo conſtitutos paulo poſt publice edidit e FIORILLO, Obſervat. Crit. in Athen. pag. 31. Extremo verſiculo, ἐμοῖς τε καὶ σοῖς exſpectaveram: ſed nihil, quod ſciam, mutat vetus codex *A*. In *Epit.* vero deeſt tota ecloga. Si vera ſcriptura eſt γε, talis fere fuerit ſententia, *meis quidem, ſed & eisdem tuis.* Recte vero καὶ σοῖς editur: pro quo καὶ σοὶ ſcribitur in ms. *A*.

AD CAP. X.

Πρὸς οὓς λεκτέον. »Vix feram πρὸς οὓς λεκτ. ſed πρὸς »οἷς vel τούτοις. *Praeterea*, ſive, *praeter illa, quae iam* »*expoſita ſunt, dicendum eſt*, antequam inſtituatur enume»ratio poculorum. « CASAUBONUS. — Sane, dictioni πρὸς οὓς quî ſit hîc locus, aegre dixeris; quae nihil fere aliud valere poteſt, niſi *adverſus quos.*

ὡς Κριτίας παρίστησιν ἐν τῇ Λακεδαιμονίων Πολιτείᾳ. »CRITIAS, cuius laudatur ἡ Λακεδαιμονίων Πολιτεία, li»brum edidiſſe olim videtur non de ſolâ *Spartanorum Re»publicâ*, ſed in univerſum DE *Rebuspublicis.* Nam Iulius »Pollux lib. VII. cap. 13. [ſect. 59.] eum citat ἐν ταῖς »Πολιτείαις. Ex eodem opere promtum ſcibis locum pul»cherrimum, quem, relatum a Clemente in ſextum Stro»matum, non poſſum quin adſcribam: Κριτίας γράφει· »Ἄρχομαι δέ τοι ἀπὸ γενετῆς ἀνθρώπου, πῶς ἂν βέλτι»στος τὸ σῶμα γένοιτο καὶ ἰσχυρότατος. εἰ ὁ φυτεύων γυμ»νάζοιτο, καὶ ἐσθίοι ἐῤῥωμένως, καὶ ταλαιπωροίη τὸ σῶμα· »καὶ ἡ μήτηρ τοῦ παιδίου τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι ἰσχύοι τὸ »σῶμα καὶ γυμνάζοιτο. « CASAUBONUS. — *Mox* dein, bene mssti ambo cum ed. Ven. & Baſ. habent Λακεδαιμόνιοι δὲ — ἕκαστος. Pro quo cum in ed. Caſ. Λακεδαιμονίοις ſcribatur, ſi operarum errore id commiſſum eſt, de eo monere debuit Caſaubonus in Animadverſionibus: ſi ipſius conſilio factum, rationem reddere facti oportebat. *Paulo poſt*, quod in omnibus editionibus legitur, ὁ δὲ παῖς οἰνοχοεῖ, id vellem vetus aliquis probatusque codex obtuliſſet: ſed in noſtro quidem utroque ὁ δὲ παῖς ὁ οἰνοχόος ſcribitur; quod auctori reſtituere debuimus. Iſtud, ὅσον ἂν ἀποπίῃ, recte-ne an ſecus interpretatus ſim, *quantum quisque ebibit*, neſcio. In eamdem ſententiam Dalecampius, *quantum fuerit epotum.* Sed fortaſſe rectius

Gallicus interpres, *autant qu'il veut boire*, i. e. *quantum bibere voluerit.* Verbum ἀποπίνω nulli Lexicographo notatum reperi.

Τοῦ δ' ἐπιδέξια πίνειν μνημονεύει καὶ Ἀναξανδρ. »Alibi »notamus, fuiſſe *peculiarem praebibendi modum*, qui voca»retur ἐπιδέξια. Pollux lib. II. [ſect. 159.] Παρὰ Εὐπόλι»δι προπόσεως σχῆμα (καλεῖται ἐπιδέξια·) Ὅταν δὲ πί»νωσι τὴν ἐπιδέξια.« CASAUBONUS. — De vocab. ἐπιδέξια ad lib. I. pag. 21. b. Animadverſion. Vol. I. pag. 168. nonnulla adnotata ſunt, quae tamen huc nil magnopere faciunt. Alius locus, quo de ea dictione commentatus ſit Caſaubonus, mihi non compertus. ἐπὶ δέξια (vel una voce ἐπιδέξια) πίνειν aut προπίνειν nil aliud ſonare videtur, niſi *in orbem bibere*, ita ut alter alteri poculum porrigat *ſervato ordine a ſiniſtra ad dextram.* Conf. XIII. 600. e.

a *ANAXANDRIDAE* eclogam levi pede transiliit Animadverſor. Eſt tamen in ea non modo *ſecundus verſus* parum legitimus: nam nec ἐστὲ νυνὶ initio ſenarii ferri poteſt; nec in fine πίνειν, niſi velis eſſe σκάζοντα: verum etiam alia inſunt haud ſatis plana, nobis quidem. Quod Eupolis apud Pollucem l. c. τὴν ἐπιδέξια (ſcil. πόσιν vel πρόποσιν) dixit, pro eo Anaxandrides τὸν ἐπιδέξια, ſcil. τρόπον, dicere videtur. Sed quid dicat, τὸν ἐπιδέξια λέγειν ἐπὶ τῷ πίνοντι, vellem nobis explicaſſet vir doctiſſimus. Dalecampius ſic vertit: *Placet tibi, o pater, ad dextram dicere omnes qui propinabunt?* (quaſi ſcriptum eſſet, ἐπιδέξια λέγειν πάντας τοὺς προπίνοντας.) Tum parallelismus videtur poſtulare, ut poſtremo verſu ὥσπερ ἐπὶ τεθνηκότι legatur: quamquam ἐπὶ praepoſitio etiam e ſuperiori verſu hîc ſubintelligi poterat. Ad poſtrema illa verba, haec adnotavit DALECAMPIUS: »Tantisper dum mortui cada»ver urebatur, qui funus proſecuti fuerant, ut undique »mortui faciem intuerentur, rogum luſtrantes & pyram »circumeuntes, ambulabant, deſignatore iubente, nunc »ἐπὶ δεξιὰ ſe convertentes, nunc ἐπ' ἀριστερά.« — *Siniſtro orbe* rogum luſtraſſe qui funus proſequebantur, peractisque iuſtis *dextro orbe a funere rediiſſe*, notarunt Archaeologiae Graecae ſcriptores. Conf. Statii Thebaid. VI. 215 ſq. & 223. Pro ἐπιδέξια, *verſ.* 4. perperam ἐπιδέξιω ſcribitur in cod. *A.* In *Epit.* tota deſideratur Ecloga.

AD CAP. XI.

τὰ κεράμεα ποτήρια. Sic recte ms. *A*. In *Epit.* desunt priora huius capitis verba: sed mox dein recte κεραμέοις, ms. *Ep.* cum ms. *A*.

In *Choerili verſ.* 1. ubi vulgo Χερσὶν ὄλβον ἔχω le- b gebatur, Toupium ſecutus ſum, ἄνολβον corrigentem, ad Theocr. pag. 332. ubi τρύφος ἄνολβον *fruſtum inutile* interpretatur, provocans ad Schol. Sophoclis, Antig. 1379. Poſſis vero etiam *infelix* intelligere, ex Heſychii gloſſa. Aliam huius loci emendationem propoſuerat Valckenarius ad Herodot. VIII. 12. cuius vide ibi notata.

Verſ. 3. In mendoſam ſcripturam,

πνεῦμα Διωνύσοιο πρὸς ὕβρεος ἔκβαλ' ἄνακτος:

cum editis conſentiunt ambo mssti; niſi quod ὕβρεως habent, reclamante metro. Ibi perſpecte monuit Casaubonus: » Scribendum, duce *Guil.* Cantero, [Novar. Lect. » lib. IV. c. 5.]

» — οἷά τε πολλὰ

» πνεῦμα Διωνύσσοιο πρὸς ὕβριος ἔκβαλεν ἀκτάς.

» Eſt enim ſermo allegoricus. Vocem πνεῦμα, niſi ita » ſcripſeris, nunquam recte expoſueris. « — Quam emendationem merito probavit Valcken. ad Herodot. l. c. Sed non opus erat Διωνύσσοιο geminata ſibilante ſcribere, quum per ſe iam producta eſſet νυ ſyllaba, ut iam aliàs obſervavimus.

Αἱ Ῥοδιακαὶ προσαγορευόμεναι χυτρίδες. » Recte c » ſic libri noſtri. Emendandus eſt Euſtathius, in cuius co- » dicibus ἰτρίδες perperam, pro χυτρίδες, ad nonam Odyſ- » ſeam. « [pag. 359. l. 8.] Casaubonus. — Aliud celebre fictilium genus erat *Roſicum* vel *Rhoſicum*, cum hoc non confundendum: de quo lib. VI. pag. 229. c. Quae autem de *Rhodiacis ollulis* hîc ex Ariſtotele adferuntur, non carent difficultate: ad quae quamquam nihil animadvertit Caſaubonus, dubito tamen omni ex parte probatam ei fuiſſe Dalecampii rationem. Nam hic interpres, verba iſta, σμύρνης γὰρ καὶ σχοίνου &c. latine ſic convertens: *Etenim myrrhâ, odorato iunco, & aliis eiusmodi, coniectis in vinum, coquuntur*, (ſcil. Rhodiacae ollulae:) *ideoque vinum affuſum minus inebriat:* recte quidem *odorato iunco* poſuit, quod Graece σχοίνου ſonat, ut habet noſter codex *A*. non σχίνου; commode etiam, *& aliis huiusmodi* poſuit,

c quod verbotenus praeiverunt ambo noſtri Graeci codices, τῶν τοιούτων ἑτέρων ſcribentes: ſed illud audacius & plane contra mentem auctoris fidemque librorum, quod pro εἰς τὸ ὕδωρ ἐμβληθέντων, *conjectis in vinum* ſcripſit. Ad quae verba idem interpres haec adnotavit: » Hoc duo» bus modis intelligi poteſt: altero quidem, lutum e quo » fiunt Rhodiaca fictilia odorato vino conſpergi & tracta» ri: altero, fictilia iam in fornace cocta odorato vino » elixari, ut iucundum aromatum odorem trahant & tam» quam bibant. Ex Luſitania afferuntur hodie vascula ſua» viter olentia, ex argilla rubra, aquae bibendae, cuius » potu gens illa non minus, quam vino delectatur. Fa» ma eſt, luto, e quo fiunt, odores miſceri.« — Haec igitur *Dalecampius* quidem: at nihil horum Ariſtoteles. Nempe, quae de *Copticis fictilibus* Athenaeus praedixerat, eadem ad *Rhodiacas* etiam illas χυτρίδας retulit hic interpres. At non de *modo parandi fictilia Rhodiaca* loquitur philoſophus; ſed de *potus genere* quodam, quod vel in *Rhodiacis* maxime *vaſis* adponi ſolebat, aut, quoniam Rhodi inventum & maxime in uſu fuiſſet, *ollula Rhodiaca* vulgo vocabatur; ut a clariſſimo viro Delaporte Dutheil docte obſervatum vidi. Nam ſicut, verbi cauſſa, λοπὰς tropice de *cibo cocto* dicitur, qui in *patina* menſae infertur; & τάγηνον, de *cibo frixo*, qui in *ſartagine* paratur adponiturque: (conf. Athen. I. 5. c. & ibi not.) ſic percommode χυτρὶς, id eſt, *ollula*, nominari vulgo potuit aliquod *decoctum*, quod in *ollulâ* menſae inferebatur. Porro, ut *Rhodios* fuiſſe novimus inſignes in arte culinaria artifices, ſic minime mirum, ſi ciborum aut potionum nonnulla genera nomen ab illis invenerunt. Igitur quod ait Ariſtoteles ἕψονται, nempe χυτρίδες, *coquuntur, fervefiunt ollulae;* id ſimili ratione accipiendum ac in vulgato illo proverbio, ζεῖ χύτρα, *fervet olla;* ut nempe vel de *cibo* vel de *potu* agatur, qui illa olla elixatur. Ergo, *ollulae* illae *coquuntur*, idem ſonat, ac ſi dixiſſet, *decoctum illud paratur:* quod ipſum planioribus verbis mox deinde in altero loco, quem adpoſuit Athenaeus, declaratur. Reſtant illa verba, conciſe admodum (ut ſolet fere Ariſtoteles) enunciata, καὶ παραχεόντων εἰς τὸν οἶνον, ἧττον μεθύσκουσιν: ubi nominativus ad verbum μεθύσκουσι referendus, rurſus eſt αἱ Ῥοδιακαὶ χυτρίδες, ut ſenſus ſit: *& illae ollulae minus inebriant*, (id eſt, faciunt ut vinum minus in-

ebriet) *ſi eas* (aut, ſi quid ex eis) *vino adfundunt* potantes. Quae in priori teſtimonio paulo obſcuriora videri poterant, ea (ut dixi) in altero ſatis perſpicue declarantur. Pro eo quod priori loco σχοίνου poſuerat, altero loco σχοίνου ἄνθους ait, quod perinde eſt: & ex ipſa illa graeca dictione σχοίνου ἄνθος aut uno vocabulo σχοίνανθος, latinum *ſquinanthum*, quo in officinis utuntur, detortum eſt. Confer SALMASII Homonymia Hyles Iatricae, cap. 86. pag. 120 ſq. Satis etiam adcurate copioſeque de σχοίνῳ egit H. STEPHANUS, Theſ. T. III. pag. 1201. Initio verborum Ariſtotelis, ubi ait εἰς τὰς μέθας παρεισφέρονται, μέθαι ſunt *compotationes*, ut II. 40, 10. Sic & in D. Pauli Epiſt. ad Roman. XIII. 13. iunguntur κῶμοι καὶ μέθαι, *commeſſationes & compotationes*. Quod dein ait τὰ πνεύματα πέττον, ſimili ratione dictum eſt atque vulgatiſſimum illud, τὸν χόλον vel τὴν ὀργὴν πέττειν, πέπτειν, καταπέπτειν, ſive illud *mollire & temperare* intelligas, ſive *intus cohibere, continere*. Vocabulum πνεύματα ad ſuperiora verba ſic referendum cenſuit Gallicus interpres, quaſi conſtructio naturalis haec eſſet, ὥστε καὶ παραλύειν τὰ πνεύματα τῶν ἀφροδισίων, πέττον αὐτά. At mihi ad παραλύειν intelligendus videbatur accuſativus τοὺς πίνοντας, ut παραλύειν τοὺς πίνοντας τῶν ἀφροδισίων ſimiliter dictum ſit atque illud apud Thucyd. II. 65. τοὺς Ἀθηναίους παραλύειν τῆς ὀργῆς, *Athenienſium mitigare iram*. d

AD CAP. XII.

Τὴν δὲ μανίαν τοὺς πολλοὺς &c. »Quia dixerat, οὐ δεῖ »οὖν ἐκμανῶς πίνειν: ſumit auctor occaſionem ex verbo »ἐκμανῶς, docendi obiter, vocabulum μανία multis dictio»nibus ſolitum adiungi a Graecis, quarum [rerum] *flu»dium vehemens* vellent declarare. Sane ita eſt: μανία di»citur omne *vehemens deſiderium* cuiuscumque rei. Omitto »poëtas. Eunapius in Proaereſio: Ὁ δὲ, χρυσῆς τινος αὐτὸν »μανίας ὑπολαβούσης ἰδεῖν τὴν Ἑλλάδα: id eſt, *cum eum »cepiſſet aurea cupiditas inſanum magna viſendae Graeciae.* (In ed. Caſ. 2. & 3. adiicitur: »Inde μανικὸν φίλον ap»pellarunt *amore ferventiſſimo coniunctum*. B. Chryſoſto»mus, Homiliâ primâ adverſus Iudaeos: καὶ θεὸν ἕξεις »ἵλεων, καὶ τοῦτον κερδανεῖς, καὶ φίλον κτήσῃ μανικὸν, »τῇ πείρᾳ τὴν εὐεργεσίαν μαθόντα.) Caeterum, quam

d »vim habeat τὸ μανία, cum quosdam vocamus γυναι-»κομανεῖς, ὀρνιθομανεῖς aut χρυσομανεῖς, expendit Gale-»nus in quarto DE Dogmatis Hippocratis & Platonis, »adversus Chrysippum disputans: a quo (*Chrysippum* di-»co) sumit noster hanc observatiunculam.« CASAUBO-NUS. — De *CHRYSIPPI* scripto, quod his verbis hîc ci-tatur, ἐν τῇ Εἰσαγωγῇ τῇ περὶ Ἀγαθῶν καὶ Κακῶν πραγ-ματείᾳ, supra dictum est, ad IV. 159. d. ubi praedicta Athenaei verba sic interpretati sumus, *in Isagoge illa, quae inscribitur Tractatio de Bonis & Malis*, aut, *quae de Bonis & Malis tractat:* videndum vero, ne in eam fortasse senten-tiam fuerint accipienda, quam hîc in latina versione simul indicavimus, nempe, *in Isagoge* sive *Introductione ad tracta-tionem de Bonis & Malis;* quo intelligeretur maius quoddam fuisse opus, τὴν περὶ Ἀγαθῶν καὶ Κακῶν πραγματείαν, cuius quoddam *compendium* fuisset id scriptum, de quo hîc agitur; quod veluti *Isagoge* quaedam aut *Introductio ad maiorem* & pleniorem *Tractationem* fuisset. Sic τῇ πραγμα-τείᾳ idem hîc valuerit ac εἰς τὴν πραγματείαν. Notio, quam vocibus μανίᾳ & μανὴς in illa vocabulorum com-positione, de qua hîc agitur, subiiciebant Graeci, eadem prorsus est, quam vernaculo sermone vocabulis *passion* & *passionné* exprimere consuevimus. Utuntur Graeci etiam verbis similiter compositis, ut ὁπλομανεῖν, ἱππομανεῖν. Conf. Iacobs Animadv. ad Anthol. Vol. I. P. II. pag. 107. Sic verbo ὀρνιθομανεῖν passim usus est Aristophanes, in Avi-bus. Τὴν ὀρτυγομανίαν respexit M. Antoninus, cum lib. I. cap. 6. gratus profitetur, *Diogneto se debere* τὸ μὴ ὀρτυγο-τροφεῖν, μηδὲ περὶ τὰ τοιαῦτα ἐπτοῆσθαι.

e *Paulo post*, ubi ἀπαρτώμενοι vulgo legebatur, mo-nuit CASAUBONUS: »Scribe, οὐκ ἀλλοτρίως τῆς μανίας »κειμένης ἐν αὐτοῖς, ὡς ἁμαρτάνουσι μανικῶς, καὶ τῆς »ἀληθείας ἐπὶ πλεῖον ἀπαρτωμένοις. *Non abs re posito no-»mine μανίας in talibus: ceu peccantibus furiose*, quibus illae »appellationes tribuuntur, *& a veritate plurimum recedenti-»bus.*« — Tenet quidem editam olim scripturam codex *A.* in *Epit.* vero desunt postrema Chrysippi verba. Sed haud cunctanter amplecti debuimus Casauboni emendationem.

AD CAP. XIII.

f ὑποπίνωμεν. Sic recte ed. Ven. & Bas. cum ms. *A.* (In

Epit. deſunt priora huius capitis verba.) In ed. Caſ. 1. f operarum errore factum erat, ut ὑποπίνομεν ſcriberetur. De vera ſcriptura obiter monuit CASAUB. in Animadv. quam in orâ adnotaſſe contenti qui editionem 2. & 3. curarunt, non modo vitioſam in contextu tenuerunt; verum etiam, quum in eâdem Animadverſione (caſu, haud dubie, non Animadverſoris conſilio) omiſſum eſſet pronomen τούτων poſt γελωτοποιῶν, in orâ deinde ed. 2. & 3. tamquam varietatem ſcripturae etiam adnotarunt γελωτοποιῶν καὶ μίμων, pro γελωτοποιῶν τούτων καὶ μίμων.

καὶ τραγήματα παρεφέρετο. »In *PHILOCHORI* teſti» monio de *more Athenienſium edendi in theatro inter ſpectan*» *dum*, notemus illa, καὶ τραγήματα παρεφέρετο. Nam & »Philoſophus in decimo operis pulcherrimi DE Moribus ad »Nicomachum, [cap. 5.] id confirmat: Χαίροντες ὀτῳοῦν »σφόδρα, inquit, οὐ πάνυ δρῶμεν ἕτερα. καὶ ἄλλα ποιοῦ»μεν, ἄλλοις ἠρέμα ἀρεσκόμενοι. οἷον καὶ ἐν τοῖς θεάτροις »οἱ τραγηματίζοντες, ὅταν φαῦλοι οἱ ἀγωνιζόμενοι ὦσι, »τότε μάλιστα αὐτὸ δρῶσι. Euſtratius, qui verba Ariſto»telis interpretatur de Circenſibus, docet nos ſimile eius »aevo fieri ſolitum eſſe Conſtantinopoli. Verum de his »alibi.« CASAUBONUS. — Quod ait auctor οὐκ ἀσίτους εἶναι τοὺς θεωροῦντας, id DALECAMPIUS ſic interpretatus eſt, *qui ſpectabant, ieiuni theatrum non adibant.* Quae interpretatio, a Gallico interprete etiam adoptata, prorſus a mente auctoris aliena mihi viſa erat. In eamdem tamen ſententiam, quamquam in verbis nonnihil mutans, locum hunc accepiſſe doctiſſimus CORAY videtur, cuius huc ſpectat nota manuſcripta huiusmodi: »Durum perquam & »ab indole linguae alienum videtur τὸ οὐκ ἀσίτους. »Forte legendum οἰκοσίτους: praeceſſit enim, ἠριστη»κότες καὶ πεπωκότες ἐβάδιζον ἐπὶ τὴν θέαν. Conf. Theo»phraſti Charact. cap. 22. τοὺς δὲ διακονοῦντας ἐν τοῖς γά»μοις οἰκοσίτους μισθώσασθαι.« — De vocab. οἰκόσιτος dictum lib. VI. p. 247. e. f. At ei hîc non videtur fuiſſe locus: nec enim eo adducit auctor teſtimonium Pherecratis, quo probet, domi cibum cepiſſe Athenienſes priusquam ad ſpectacula ſe conferrent, ſed quo probet, multis fuiſſe in uſu, (etiamſi pranſi & poti acceſſiſſent, tamen adhuc) *inter ſpectandum cibi aliquid capere*: atque ea vis mihi ineſſe viſa erat his verbis, οὐκ ἀσίτους εἶναι τοὺς θεωροῦντας, quae proprie ſonant *non ſine cibo eſſe* (vel, *fuiſſe*) *ſpectatores.*

Φανόδημος. Sic recte ms. *A.* In *Epit.* quidem omissum auctoris nomen: sed vide X. 437. c. & III. 114. d.
a &c. *Ibid.* τοῦ ἐν Λίμναις Διονύσου. De *Limnis*, id est, *Paludibus*, quod loci nomen fuit Athenis, in quo *Bacchi templum*; haud multo ante dictum, ad X. 437. d. Cuius de loci nomine quum manifeste *Limnaeus* cognominatus fuerit *Bacchus*, molesta est etymologistarum intemperies, ad alia omnia referentium cognominis illius originem. Ad editam olim scripturam, εἶτ' αὐτοῖς προσφέρεσθαι nihil quidem e ms. *A.* adnotatum; sed haud dubie αὐτοὺς fuit corrigendum. Et sic in suo operis plenioris exemplo legerat *Epitomae* auctor: unde ille ipse, mutatâ quidem orationis constructione, αὐτοὶ προσφέρονται scripsit. Scriptura αὐτοῖς debetur insscitiae hominis, qui usum verbi προσφέρομαι ignoraverat: quod, ubi de cibo agitur, *edere* significat; ubi de potu, *bibere*: ut iam saepius observavimus.

De *Nymphis*, *Bacchi nutricibus*, conf. I. 38. b. & ibi not. Quod dein vulgo legitur, ἀναλαλοῦντες εὐανθῆ, id *floridum* interpretatus est Dalecampius: *Evanthen*, ut nomen proprium tenuit Gallicus interpres, quod Graece Εὐάνθη scriptum oportuerat. Nobis neutrum ferendum visum erat, sed Εὔαντα corrigendum. Satis nota exclamatio bacchantium, εὐάν: unde & Εὐάν τε coniectare licuerat. Sed, ὁ Εὔας, τοῦ Εὔαντος, epitheton etiam esse ipsius *Bacchi*, diserte adnotavit Etymologici M. auctor, pag. 553. l. 46. Romanis *Evan* in recto casu, apud Ovid. Metam. IV. 15. In *Epit.* desunt omnia ista Bacchi cognomina. Codex *A.* vero vulgatum tenet: quod ne fidenter abiicerem & cum Εὔαντα permutarem, retinuit me *Euripidis* testimonium continuo deinde citatum, in quo φιλανθὴς cognominatur Bacchus: quod testimonium cur hîc potissimum citaverit Athenaeus, (atque ita quidem, ut dicat Διόπερ, i. e. *Quare etiam Euripides* &c.) nulla plane causa aut occasio adparet, nisi ipsum illud Bacchi cognomen, quod similitudinem aliquam cum hoc habet,
b quod hîc vulgo legitur. *Mox* & Βακχευτὰν in Dei cognominibus memorat, quod aliâs *hominem bacchantem* significat. Sed & Βακχευτὴς θεὸς nominatur in Antipatri Epigr. 27. T. II. Analector. p. 116.

In *Euripidis vers.* 1. recte φιλανθέος edd. cum ms. *Ep.* a recto casu φιλανθὴς, eiusdem formae cum εὐανθὴς aliisque similibus. φιλανθέου ms. *A.* quo in vocab. si

tenenda terminatio ου ſecundae declinationis, φιλανθέμου b
oportebat. Sed vera utique ſcriptura videtur φιλανθέος: nec aliam video rationem (ut modo dicebam) cur iſtos Euripidis verſiculos hîc adpoſuerit Athenaeus, niſi quod, quemadmodum paulo ante ex Phanodemo docuerat, cognomine εὐανθῆ invocatum ſubinde eſſe *Bacchum*, ſic Euripides eumdem φιλανθῆ adpellaverit. Pro τοῦ Ἡλίου ἵπτων, ex pravo itacismi more τοῦ Ἰλίου ſcribitur in ms. *A.* *Secundus Euripidis verſus* quum in edd. ſic legeretur,

Αἰθίοπα, πεπαίνοντα ὀρχάτους ὀπωρινοὺς,

monuit CASAUBONUS: »Scribe,

»Αἴθοπα, πεπαίνοντ' ὀρχάτους ὀπωρινούς.«

Eam ipſam ſcripturam exhibuerunt nobis ambo noſtri mssti. Conf. Euſtath. ad Iliad. λ'. pag. 836. l. 15. Quem *Aethopem* ſolis equum Graecus poëta dicit, is *Aethon* apud Ovidium nominatur, Metam. II. 153. Nec vero idcirco adſentiendum *Dalecampio*, apud Ovidium *Aethops* legendum cenſenti. *Verſ.* 3. pro βροτοὶ vitioſe βλιτοὶ ſcribitur in ms. *Ep.* ſed de menda ipſe codicis ſcriba ſuperne adpoſitâ notâ monuit; cuius generis notae, ſubinde in optimo codice occurrentes, fortaſſe ex ipſius Breviatoris autographo propagatae ſunt, qui easdem vitioſas ſcripturas in ſuo exemplo plenioris operis reperiſſet, neque auſus eſſet corrigere.

HOMERICI verſus leguntur, Odyſſ. ι'. 208 ſqq. Tertium c
illorum intactum reliquimus qualis editus erat, niſi quod κρητῆρος pro κρατῆρος correximus. Ferri utcumque potuerat χεῦεν, quod habet ms. *A.* quia prior ſyllaba vocis ὀδμὴ ob debilem poſitionem corripi poterat: ſed eamdem alibi conſtanter producit Poëta. In voce ἥδεῖ' apoſtrophum non modo apud Athenaeum ſervat codex noſter *A.* cum editis: ſed & apud Homerum pariter ἥδεῖ' ſcriptum video in principe editione Florent. & in duabus Aldinis, quae ad manus ſunt: quo fit utique, ut ad metrum ſyllaba deſit verſui. Cui incommodo remedium adlaturi recentiores poëtae editores, ſic ſcripſerunt,

χεῦ· ὀδμὴ δ' ἥδεῖα ἀπὸ κρατῆρος ὀδώδει:

non curantes hiatum illum ἥδεῖα ἀπὸ, de quo quid ſtatuendum ſit viderint artis metricae magiſtri. Equidem aut ἀπὸ τοῦ κρητῆρος, aut pro ὀδώδει compoſitum verbum ὑποδώδει deſideraveram. Epitomae auctor Homericum teſtimonium poſt illud Timothei, quod continuo ſequitur,

c posuit; monens, ex Homero Timotheum suos versus expressisse. ἔστι δὲ, inquit, (nempe, *id quod Timotheus dixit*) παρὰ τὸ Ὁμηρικόν· ἓν δέπας ἐμπλήσας, ὕδατος ἀνὰ εἴκοσι χεῦεν· ὀδμὴ δ' ἡδεῖα ἀπὸ κρατῆρος ὀδώδει.

Ad *Timothei* eclogam nihil aliud, nisi haec, adnotavit Casaubonus: »In *Timothei* verbis e *Cyclope*, Excerpta habent ἐνέχευεν· ἀνέμισγε δέ: & πηγᾶν pro νυμφᾶν. Apud Eustathium extat verbum, quod hinc excidit: nam scribendum, εἴκοσι δ' ὕδατος μέτρα ἔχευεν.« — At multis modis corrupta poëtae verba cum in msstis erant, tum vero maxime in editis. Et priora quidem, qualia consentientibus superioribus editionibus & msto *A.* edidimus, talia ab ipso fortasse Athenaeo, metri rationem non anxie curante, scripta fuerint, Ἔχευε δὲ ἓν μὲν δέπας κίσσινον μελαίνας σταγόνος ἀμβρότας ἀφρῷ βρυάζον. Et consentit Epitoma, nisi quod in ea duo priora verba, ἔχευε δὲ, omissa sunt. Apud poëtam vero, transpositis duobus verbis, sic scriptum oportuisse,

— — Ἔχευε δ' ἓν μὲν κίσσινον
δέπας μελαίνας σταγόνος ἀμβρότας, ἀφρῷ
βρυάζον· ——

perspecte monuit Grotefendius in Notis msstis, & Fiorillo in Observ. in Athen. pag. 2. Dein in editis sic legebatur: εἴκοσι δὲ μέτρ' ἀνέχευεν. ἔσμιγε δ' ἅμα Βακχίου &c. Ubi ἔσμιγε quidem manifeste vitiosum erat, ex ed. Ven. imperite in alias omnes propagatum: pro ἅμα Βακχίου vero αἷμα Βακχ. corrigendum & metrum & sententia admonebat; ut ab eisdem, quos modo laudavi, duumviris observatum. Et δ' ἅμα quidem tenet ms. *Ep.* sed monstrosum διαμα, quod habet ms. *A.* veteris scripturae vestigium prodere videtur. Perapte vero rubrum vinum *sanguinem Bacchi* vocat poëta. Nam Βάκχιος idem valet ac Βάκχος vel Διόνυσος, ut paulo ante in fragmento Euripidis, rursusque in alio apud Nostrum, XV. 666. c. & in eiusdem Cyclope, vs. 517 sqq. ἀνέχευεν tenet noster cod. *Ep.* sed ἀνέμισγε pro ἔμισγε habet. Codex *A.* vero, ἔμισγε tenens, ἀνέχευαν scribit. Quae omnia parum promovent. Et per se dubiae auctoritatis verbum est sic compositum ἀναχεύω, & versui hoc loco minime convenit, & prorsus supervacaneum est ob id quod initio ponitur ἔχευε: denique manifeste deest vocabulum, *aquam* denotans, in genitivo casu ponendum,

& cum εἴκοσι μέτρα conſtructum. Illud nomen ex ingenio, c
vel potius e re ipſa ſatis per ſe perſpicua, & ex Homerico loco, quem ob oculos hic poëta habuerat, ſupplevit Euſtathius ad Odyſſ. ι'. pag. 358 extr. & ſq. ubi Timothei verba in hunc modum citat: ἓν μὲν δέπας κίσσινον μελαίνας σταγόνος ἀμβρότας ἀφρῷ βρυάζον, εἴκοσι δ' ὕδατος μέτρ' ἔχευεν. Ubi etiam ſatis oſtendit, ſuſpectum ſibi fuiſſe verbum ἀνέχευεν, quod in Athenaei Epitoma repererat; pro quo ſimplex ἔχευεν poſuit. Sed ex toto reliqui fragmenti colore ſatis intelligitur, vocabulum ὕδατος, tumido & pompatico poëtae (de quo vide VIII. 338. a. & 352. a. & utrobique notata) nimis triviale videri debuiſſe, quam ut illo hîc uteretur. Nova, grandia, & longius quaeſita ei placuerant: quare perquam probabile videri debet id, quod tam ingenioſe quam docte *Grotefendius* noſter, ſuffragante *Fiorillo*, hîc reponendum cenſuit, ναχύτου ſive νηχύτου: quo de vocabulo videndus Scholiaſtes Apollonii Rhod. ad III. 539. & Heſychii Interpretes ad voc. Νήχυτον. Similiter etiam Horatius, ut monuit idem Grotefendius, *liquidum* pro *aqua* dixit, idque ne in grandiſono quidem aliquo carmine, ſed Sermonum libro I. 1, 54. Ex μετρανηχύτου, cum ignota librariis vox eſſet, & terminatio fortaſſe intricatius fuiſſet ſcripta, μέτρ' ἀνέχευεν fecerunt. Iam pro edito olim νεορρύτῳ, quod minus commode ad Βακχίου referebatur, mendoſe quidem νεορρύτως ſcribitur in ms. *A.* ſed recte νεορρύτοις in ms. *Ep.* ad δακρύοισι relatum: ipſum autem δακρύοισι, quod & *Grotef.* & *Fior.* ex ingenio poſuerunt, perſpicue nobis exhibuit idem ms. *Ep.* Denique Νυμφᾶν ſcriptum oportuiſſe, non νύμφαν, per ſe patebat: poëticum autem Νυμφᾶν minus commode in πηγᾶν mutavit Epitomae auctor.

AD CAP. XIV.

Οἶδα δέ τινας &c. »Veteres ita pocula adamarunt, ut »*reperti ſint qui gloriarentur non adeo de divitiis, atque* ἐπὶ »τῷ κεκτῆσθαι πολλὰ ἐκπώματα *ex auro argentoque.* Hoc »probat auctor exemplo *Pytheae Arcadis: qui monumento* »*ſuo inſcribi mandavit moriens hoc elogium: Plura ſe pocula* »*poſſediſſe quam mortalium quemquam.* In *ultimo verſu*,

»τῶν προτέρων πάντων πλείονα πασσάμενος: d

»recte Dalecampius quod editum eſt expreſſit, [*in epulas*

d *abſumſit*, vertens.] »Nam πάσασθαι primâ brevi, vel »πάσσασθαι poëtice, idem ac γεύσασθαι. Sed neque ea »lectio placet, neque ſententia. Scribo πασάμενος. »πάσασθαι, primâ longâ, eſt *poſſidere*. Verte igitur, *Qui* »*plura*, nempe pocula, *poſſedi quam omnes priores*.« Sic CASAUBONUS. — Cuius emendationem adoptavimus, VALCKENARIO etiam in Animadv. ad Ammonium p. 187 ſq. & ERNESTIO ad Callim. pag. 255. probatam. Tenet tamen h. l. πασσάμενος ms. *A*. cum edd. In ms. *Ep*. magis etiam vitioſe ἀσπασάμενος ſcribitur, omiſſâ voce πλείονα. Scripturam ἐκ Φιγαλίας cum editis tenet ms. *A*. ſic & paulo inferius κατὰ Φιγαλίαν: in *Epit*. omiſſum oppidi nomen. Poterat vero etiam, ut alibi, Φιγαλείας & Φιγαλείαν ſcribi: itemque Φιγαλέας & Φιγαλέαν. Vide Notata ad IV. 148. f. *PYTHEAE Epigramma* Analectis ſuis inſeruit Brunck, T. II. pag. 244. *HARMODII* liber *de Phigalenſium Inſtitutis*, quo ea res tradebatur, iam ſuperius (lib. X. p. 442. b.) hoc titulo citatus erat, περὶ τῶν παρὰ Φιγαλεῦσι Νομίμων.

e Ξενοφῶν δὲ &c. Vide *XENOPHONTIS Cyropaed*. VIII. 8, 18. Ibi pro ἐξ ἀδίκων, quod apud Athenaeum habemus, ἐξ ἀδίκου vulgo ſcribitur: & dein οὐδὲν τοῦτο αἰσχύνονται.

ὁ τὴν κυκλικὴν Θηβαΐδα πεποιηκώς. Confer Salmaſ. Exercit. Plin. pag. 598. & Küſterum ad Suid. voc. Ἀντίμαχος Κολοφ. qui *Cyclicam Thebaidem* obſcuri auctoris, quae hîc citatur, distinguendam monuerunt ab Antimachi Thebaide, quae paulo inferius pag. 468. a. ſub auctoris nomine laudatur. Quibus ſuffragatur Schellenberg, in Antimachi Reliquiis, pag. 22 ſq. Et cyclicam Thebaidem pariter quidem ab Antimachi Thebaide distinguit VALCKENARIUS, cum alibi, tum in Notis ad Phoeniſſ. pag. 25. nec tamen eo minus verſus iſtos, quos Athenaeus hîc retulit ex *Antimachi Thebaide* ductos iudicavit; reclamante SCHELLENBERGIO l. c. pag. 78. *Paulo poſt*, ubi ἐκπώματα ἃ ἀπηγορ. editum erat, ἔκπωμα ὃ ſcripſimus auctoritate veteris codicis *A*. In *Epit*. quidem ſic ſcribitur: Ὅτι Οἰδίπους δι' ἐκπώματα τοῖς υἱοῖς κατηράσατο παραθεῖσιν ἃ ἀπηγορεύκει·

f αὐτὰρ ὅ γ' ὣς φράσθη. »*Quinto verſu* e *Cyclica Thebaide* ſcribit codex Huraldinus, αὐτὰρ ὅ γ' ὣς ἐφράδη: »non φράσθη, quod tamen eſt uſitatius.« CASAUBONUS in *Addendis ad Animadv*. — Noſtri quidem mssti ambo vul-

gatum φράσθη tenent. In fine *verſus* 7. perperam ἐπάρας a (ſic) ſcribebatur in edd. Quo ſpectat CASAUBONI animadverſio: » *Septimum verſum* ita emenda:

» Αἶψα δὲ παισὶν ἑοῖσι μετ' ἀμφοτέροισιν ἐπ' ἀρὰς
» ἀργαλέας ἠρᾶτο. —

» pro ἀρὰς ἐπηρᾶτο. « — Poterat quidem fortaſſe & ἐπαρὰς ſcribi, quod vocabulum compoſitum legitur Iliad. ι'. 456. Sed eo lubentior amplexus ſum Caſauboni emendationem, quod in noſtro ms. *Ep.* perſpicue ſic ſcriptum ἐπ' ἀρὰς reperi. Imprecationem iſtam Oedipi ex Athenaeo adponens VALCKENARIUS l. c. poſterius hemiſtichium *octavi verſus* ſic ſcripſit, θεὸν δ' οὐ λάνθαν' Ἐριννύς: neſcio; conſulto-ne nominativum Ἐριννὺς ponens, an imprudentibus operis ea ſcriptura exciderit. Nobis omnino tenendus accuſativus caſus videbatur, quem etiam *Schellenbergius* auctori adſerit. Si quid corrigendum, Ἐριννύν ultimâ acutâ ſcriptum oportebat: ſed ad editam ſcripturam Ἐριννῦν (ultimâ circumflexâ) nullus ex ms. *A.* diſſenſus adnotatus eſt, in ms. *Ep.* vero perſpicue ſic ſcriptum video.

Duo *poſteriores verſus* ſic editi legebantur,

ὣς οὔ οἱ πατρῴαν εἴη φιλότητι δάσαιντο,
ἀμφοτέροισι δ' ἀεὶ πόλεμοί τε μαχαί τε.

Ubi nulla quod ad ſententiam difficultas: ſed multis modis manifeſte turbata verba. Ultimum verſum, uno licet pede mutilatum, intactum reliquit CASAUBONUS, haec adnotaſſe contentus: » *Penultimum* ſic lego:

» ὣς οὔ οἱ πατρῷά γ' ἑνὶ φιλότητι δάσαιντο:
» vel ἑυηεῖ φιλότητι δασ. Eſt autem ἑυνὴς, *benignus, mitis.* » Oedipi diras habes apud Sophoclem in Oedipo Coloneo » & alios. « — Valckenarius l. c. ὣς οὐχ οἱ πατρῷα γ' ἑνὶ corrigebat. Nobis ad πατρῷα (iſtâ notione, *patria bona, patrias opes*) neceſſario articulus τὰ deſiderari videbatur, οὔ οἱ vero ex οὐχὶ detortum coniecimus. Sed ne ſic quidem ſatis liquido emendatum verſum praeſtamus. *Poſtremi* defectum ſic ſupplevit Valckenarius:

ἀμφοτέροισι δ' ἀεὶ εἶεν πολεμοί τε μάχαι τε.

Nempe poſt ἀεὶ facile intercidere εἶεν potuit. Nobis tamen magis arriſit ratio a IACOBSIO in *Notis mſstis* propoſita, εἶεν δ' ἀμφοτέροισιν ἀεὶ &c. Nihil opis hîc veteres libri offerebant: ms. *A.* nil ab editis discedit: in *Epit.* vero deſunt duo poſtremi verſus. De Oedipi imprecationibus vi-

a de Valckenarium loc. cit. & Apollodori Biblioth. III. 5, 9.

AD CAP. XV.

Καικίλιος δὲ ὁ ῥήτωρ &c. » Expoſuimus lib. VI. cap. » XXI. illa, *Caecilius rhetor* ὁ ἀπὸ Καλῆς ἀκτῆς. » CASAUB. — Vide ad VI. 272. f.

Ἀγαθοκλέα, φησὶ, τὸν τύραννον &c. » *Agathocles* Sicu- » lus, de figulo tyrannus, *cum multa pocula aurea poſſide-* » *ret, ſolitus eſt amicis illa oſtendens, dicere, Ex fictilibus* » *quae finxerat haec eſſe confecta.* Hoc ita Athenaeus: ἐξ » ὧν ἐκεράμευσε κατεσκευασμένα ταῦτα: vel, ut in mem- » branis, κατεσκευακέναι. Iocus eſt Agathoclis, tenuita- » tem prioris fortunae ingenue confitentis inter familiares. » Verba ſonant, quaſi ille ex artis ſuae quaeſtu in eas » opes perveniſſet. Dalecampius legit ἐξ οὗ: ineptâ & fal- » ſâ ſententiâ. « CASAUBONUS. — κατεσκευακέναι dedit uterque noſter codex mstus. Monſtroſe prorſus κατε- κευσμένα ſcriptum in ed. Ven. De *Agathocle* figlinam ex- ercente priusquam ad regnum Syracuſarum perveniſſet, conf. Polyb. XII. 15, 6. & XV. 35, 2.

b πανξένοις. » Menda eſt in *primo verſu* e *Lariſſaeis* » SOPHOCLIS,

» Πολὺν δ' ἀγῶνα πάνξενα κηρύσσεται.

» Lego πανξένοις: *omnibus hoſpitibus & peregrinis.* πάν- » ξενοι, ut Πανάχαιοι & Πανέλληνες. CASAUBONUS. — Emendationem adoptavimus, praeeunte *Brunckio* in So- phoclis Fragmentis. Videndum tamen ne πάνξενον po- tius fuerit corrigendum: ut ἀγὼν πάνξενος dicatur ludo- rum certamen, ad quod hoſpites omnes & peregrini ad- mitterentur.

Λυσίμαχόν φησι τὸν Βαβυλώνιον &c. De *Babylonio* quem dicit *Lyſimacho*, itemque de *Himero*, *Babyloniorum & Se- leucenſium tyranno*, nihil aliunde nobis compertum.

c Ἀντικλείδης δ' ὁ Ἀθηναῖος. Coniunctionem δὲ, cum de- eſſet editis, adſcivimus ex ms. *A.* *Ibid.* περὶ Γρᾶ διηγού- μενος τοῦ τὴν ἀποικίαν εἰς Λέσβον στείλαντος. » *Gras*, qui » dicitur hîc *dux* fuiſſe *coloniae in inſulam Lesbum dedu-* » *ctae*; is eſt opinor, quem Pauſanias in Laconicis, [III. » 2. pag. 206 ſq.] ait κτίστην fuiſſe Aeolidis, Echelati fi-

»lium, Penthili nepotem, Oreſtis abnepotem: nam Aeoli- c
»carum urbium ἡ Λέσβος σχεδόν τι μητρόπολις ὑπῆρχεν, ut
»ait Strabo. *Grais* tamen hic Pauſaniae dicitur, non *Gras*.
»Ego hoc malo: ac ſcribam lubens apud Pauſaniam,
»συνήραντο δὲ τῷ Γρᾷ: non, ut editum eſt, Γραΐδι. Inve-
»nias uſitatum hoc nomen apud Graecos: & ſcribit de eo
»antiquiſſimus Grammaticorum Dionyſius Thrax: Τὰ εἰς
»ας κύρια ἰσοσυλλάβως κλινόμενα, καὶ ἐπὶ τέλους ἔχοντα
»τὸν τόνον, περισπᾶται. οἷον, ὁ Γρᾶς, τοῦ Γρᾶ, ὁ Λᾶς,
»τοῦ Λᾶ.« CASAUBONUS. — His PALMERIUS, Exercit. pag. 517. adiecit verba Scholiaſtae Lycophronis ad Caſſandr. vs. 1369. quae verba ex Theone, antiquo eiusdem poëmatis interprete, ducta ille non dubitavit: Ἀπόγονος δὲ τούτου (Oreſtis ſcil.) καλούμενος Γρᾶς μετὰ ἑκατὸν ἔτη κυριεύσας τῆς Λέσβου πόλιν ἔκτισε. Nomen Γρᾶν latere etiam in Γραῦν apud Strabonem lib. XIII. pag. 582. ed. Caſ. monuit Kühnius ad Pauſan. l. c.

καταθεῖναι διαπλέοντας τῷ Ποσειδῶνι εἰς τὸ πέλαγος παρθένον. Si verum eſt verbum καταθεῖναι, (pro quo vitioſe καταθῆναι in ms. *Ep.* ſcribitur) intelligi debebit *ſolvere*, aut *deponere*, veluti *depoſitam conſecrare* virginem: ſicut ἀνατίθεσθαι dicitur id quod Diis ſuperis dicatur vel conſecratur. Sed veriſſime a CORAYO in *Notis msstis* monitum videtur: »Immo καθεῖναι, a καθίημι. Mox ſequitur περὶ
»τῆς ἀφεθείσης (ab ἀφίημι) εἰς τὴν θάλασσαν παρθένου.«
— Eamdem ſcripturam Dalecampius expreſſit, vertens *Neptuno in mare proiicerent.*

Pro Ἔναλλος & Ἔναλλον, quae erant edita, Ἔναλος d
& Ἔναλον dedere mssti noſtri. De quo etiam ex aliis codicibus CASAUBONUS monuit, ubi ait: »*Enallus*, in
»msstis eſt *Enalus*, diverſa nominis origine.« — Nempe iſtud nomen ab ἅλλομαι, *ſalio*, derivatum: hoc ab ἅλς, *mare*. Pro ἐκκολυμβῆσαι, fortaſſe ἐγκολυμβῆσαι legendum ſuſpiceris cum CORAYO. Si vulgatum teneas, ἐκ praepoſitio eo referetur, quod *e navi proſiluerit*. Ad verba, διηγεῖσθαι τὸν τρόπον, intercidiſſe quidpiam videri poteſt. *Modum ſuae occultationis*, in verſione poſuit Natalis Comes; *quo pacto evaſerat*, Dalecampius. At in *Epit.* quidem omiſſa ſunt verba τὸν τρόπον, & nude ſic ſcribitur, ὁ Ἔναλος διηγεῖτο τήν τε παρθένον – – διατρίβειν &c. ſed codex *A.* nil mutat. Poterit autem intelligi τὸν τρόπον ὃν παρεγένετο, aut τὸν τρόπον ὃν ἐγένετο τὸ πρᾶγμα.

d Poſt verba iſta, τὰς τοῦ Ποσειδῶνος ἔβοσκεν ἵππους, ſic continuabatur oratio in Athenaei editionibus omnibus: καί ποτε καὶ κύματος ἐπιφερομένου, συγκολυμβήσαντα αὐτὸν ἐκβῆναι, ἔχοντα κύπελλον στρογγύλον, μικρὸν; πάνυ παλαιὸν, ὥτα συντεθλασμένον σφόδρα, ἔχον κύκλῳ τε γράμματα ἄραγε ἕνδεκα χρυσᾶ, ΔΙΟΣ ΣΩΤΗΡΟΣ. χρυσοῦ δὲ οὕτω θαυμασίου, ὡς τὸν παρ' αὐτοῖς αὐτῷ παραβαλλόμενον, οὐδὲν διάφορον εἶναι χαλκοῦ, οὐκ ἄλλου μέν οὖν. τοιοῦτον εἶδομεν ποτήριον γραμματικὸν ἀνακείμενον ἐν Καπύῃ &c.

Quo ſpectant CASAUBONI obſervata haec. Primum, in *Animadverſionum capite tertio* extremo (ubi agebatur *de virgine mari demerſa*, & *de Enalo*) ait: »In ea hiſtoria, »quae de hoc *Enalo* narratur, poſtrema verba confude»runt exſcriptores cum verſibus *Alexidis*, propter ali»quam ſimilitudinem, ut dicturi ſumus ſequenti capite.« — Tum *Animadverſionum Caput quartum* ſic orditur idem doctus Athenaei interpres: »Mutili ſunt editi codices »Athenaei, amiſſis temporum iniuriâ paginis aliquot ſta»tim poſt illa verba, de quibus noviſſime tractatum eſt »a nobis. Summam eorum quae deſiderantur, inventam »in illo optimo libro Excerptorum *Davidis Hoeſchelii*, & »altero parili huic, qui fuit penes eruditiſſimum virum »*Ioannem Levinium*, ut accepimus a nobiliſſimo Marco »Velſero, deſcripſimus, & infra ſubiecimus. Sic igitur »in utroque eorum libro ſcriptum: non enim ficus ficui »ſimilior, quam haec duo exemplaria; in hac certe par»te: immo, ut perſuadeo mihi, etiam in caeteris; fa»cile enim ex unguibus leonem: nam Levinianus codex »nobis inviſus.«

Hinc in eodem *Animadverſionum capite quarto* continuo adponit ex Hoeſcheliano codice eam partem EPITOMAE, quae ad amiſſam partem Operis plenioris pertinebat, his verbis:

»Καί ποτε καὶ κύματος ἐπιφερομένου συγκολυμβήσαντα »αὐτὸν ἐκβῆναι, ἔχοντα κύπελλον χρυσοῦ, οὕτω θαυμα»σίου, ὡς τὸν παρ' αὐτοῖς αὐτῷ παραβαλλόμενον, οὐδὲν »διάφορον εἶναι χαλκοῦ. Τιμιώτατον δὲ ἦν πάλαι τὸ τῶν »ἐκπωμάτων κτῆμα.« — & ſic porro. Poſtrema verba illius ſupplementi a Caſaubono adpoſiti haec ſunt:

»ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΝ ἔκπωμα, τὸ γράμματα ἔχον ἐγκεχα»ραγμένα. Ἄλεξις· τὴν ὄψιν εἶπω τοῦ ποτηρίου γέ σου Πρώ»τιστον· ἦν γὰρ στρογγύλον, μικρὸν πάνυ, Παλαιὸν, ὦτα

» συντεθλασμένον σφόδρα. Ἔχον κύκλῳ τε γράμματα. d
» Ὅτι πάντες οἱ ἀρχαῖοι τῷ ου ἀντὶ τοῦ ο στοιχείου
» προσεχρῶντο. παραπλησίως δὲ καὶ τῷ ει ἀντὶ τοῦ ε. σαν
δὲ, &c. «

Denique his rurſus haec Animadverſio ſubiecta: » A » *deſcriptione poculi*, quae narrationem *Anticlidis de Enalo* » claudebat, transſiliit librarius ad alius poculi deſcriptio- » nem, quae *Alexidis verſibus* continebatur in ſermone de » *literatis poculis*. Errori, ut videtur, anſam praebuerunt » vocabula aliquot tam ab *Anticlide* quam ab *Alexide* uſur- » pata. Atque hic error ſemel commiſſus in uno libro, » in omnia deinde exemplaria, de quibus aliquid nobis » compertum, propagatus eſt. Saepe iam de hoc genere » mendae queſti ſumus. Non temere ullum invenio ſcri- » ptorem antiquum, cuius codicibus non ſit aliquod ſimi- » le ex eadem cauſſa vulnus impoſitum. Sed enim hoc » inſigne exemplum eſt: neque enim, ut fere fit, perio- » di aliquot, ſed integrae paginae ſunt praetermiſſae. » ANTICLIDIS verba ita (opinor) Athenaeus ſcripſerat: » συγκολυμβήσαντα αὐτὸν ἐκβῆναι. ἔχοντα κύπελλον, στρογ- » γύλον, μικρὸν, πάνυ παλαιὸν, χρυσοῦ δὲ οὕτω θαυμα- » σίου, ὡς τὸν παρ' αὐτοῖς αὐτῷ παραβαλλόμενον, οὐδὲν διά- » φορον εἶναι χαλκοῦ. ALEXIDIS autem verſus ſic: Γραμ- » ματικὸν ἔκπωμα· τὸ γράμματα ἔχον ἐγκεχαραγμένα. » Ἄλεξις·

» Τὴν ὄψιν εἴπω τοῦ ποτηρίου γέ σου
» πρώτιστον· ἦν γὰρ στρογγύλον, μικρὸν πάνυ,
» παλαιὸν, ὥτα συντεθλασμένον σφόδρα,
» ἔχον κύκλῳ τε γράμματ'. ἆρά γ' ἕνδεκα
» χρυσᾶ, ΔΙΟΣ ΣΩΤΗΡΟΣ; οὐκ ἄλλου μὲν οὖν. «

Haec CASAUBONUS. — Nobis veriſſimam cauſſam illius defectus, quo omnia exempla plenioris operis Athenaei hodie laborant, GODOFREDUS noſter SCHWEIGHAEUSER ex vetuſti noſtri *codicis A. Veneto - Pariſienſis* inſpectione aperuit. Scilicet in illo codice (aliorum omnium, qui hodie ſuperſunt, fonte) ſicut omnis ea pars, quae duos priores libros cum tertii initio complexa erat, ſic & hoc ipſo loco aliquot deſunt folia, iam olim evulſa atque deperdita, priusquam ex eo alia deſcribi exempla coepta ſunt. Deſinit pagina verſa unius ex foliis ſuperſtitibus in haec verba, ἔβοσκεν ἵππους· καί ποτε καὶ κύματος. Folii vero proxime ſequentis pagina prior incipit ab iſtis,

d στρογγύλον, μικρὸν, πάνυ παλαιὸν, ὅτα συντεθλασμένον, ἔχον κύκλῳ τε γράμματα ἄρα γε ἕνδεκα χρυσᾶ, διὸς σωτῆρος, οὐκ ἄλλου μὲν οὖν. &c. Neque adeo aliud quid dare potuerunt codices, ex illo exemplari exſcripti. Quum vero minime cohaereret oratio, manifeſtusque eſſet defectus, aſtutus aliquis idemque imperitus librarius, cuius codice uſus eſt Athenaei editor Venetus, (nam in ipſum editorem, doctum virum, *Marcum Muſurum*, culpam illam temere conferre nolim) ſatis incruſtatum fore id vulnus ſibi perſuaſit, ſi poſt verba καί ποτε καὶ κύματος, ex aliquo *Epitomae* codice, iſta inſereret, ἐπιφερομένου, συγκολυμβήσαντα αὐτὸν ἐκβῆναι, ἔχοντα κύπελλον, hisque continuo illa ſubiiceret, στρογγύλον, μικρὸν, πάνυ παλαιὸν &c. denique ſi inter illa, ἕνδεκα χρυσᾶ διὸς σωτῆρος, & iſta οὐκ ἄλλου μὲν οὖν, ex eâdem *Epitomâ* haecce, χρυσοῦ δὲ οὕτω θαυμασίου - - - διάφορον εἶναι χαλκοῦ, alieniſſimo loco inſereret. Simili aſtutia aliud in his libris vulnus incruſtatum libro IV. & Vto notavimus: ubi miras turbas invexerant folia quaedam (in codice etiam vetuſtiore quam noſter cod. *A.*) vinculis ſuis olim ſoluta, quae non perierant quidem, ſed alieno loco temere inſerta erant. Vide Animadverſionum noſtrarum Tom. II. pag. 661 ſqq.

Nos, ubi deſinit vetus codex, reliqua ſuo loco, prout dedit *noſter codex Epitomae*, paſſim emendatior *Hoeſcheliano*, continuo tenore poſuimus usque ad eum locum ubi in vetuſtis membranis abruptum ſermonis filum denuo continuatur: ſi qua vero in his manifeſte vitioſa nobis viſa erant, ea, ubi commoda occurrebat emendatio, corrigere non dubitavimus, codicis ſcripturâ infra contextum adnotatâ. Iſtud igitur *Supplementum Libri Undecimi* quum ſaepius in doctorum virorum ſcriptis ita citetur, ut citationes ſuas illi referant ad eam *Paginam*, qua quodque teſtimonium legitur *in Animadverſionum Caſauboni editionibus ſecundâ & tertiâ;* nos in gratiam ſtudioſorum Lectorum in ſuperiore ora editionis noſtrae paginas illas exempli Caſauboniani notavimus: quo, ſi quis locum aliquem ex hoc ſupplemento citatum alicubi viderit, is facili operâ eumdem locum in noſtra Editione reperire poſſit. Literae *a. b. c.* &c. ad latus poſitae, quinque partes fere aequales cuiusque illarum paginarum indicant. Porro, quemadmodum in pleniore opere, ſic & in hoc Sup-

plemento, commodis locis nova *Capita* ſuis numeris distinximus.

Igitur *ad Pag.* 781. *c.* ſtatim notamus, vocem μεγάλου, quae poſt ἐπιφερομένου deeſt exemplo Caſauboniano, e noſtro ms. *Ep.* a nobis eſſe adiectam. An. Caſ. p. 781 c

AD CAP. XVI.

Ἀχιλλεὺς οὖν ὡς ἐξαίρετον. »Locum reſpicit qui eſt »Ἰλιάδ. ῥαψ. π'. [vs. 225 ſqq.] « CASAUBONUS. — Manifeſte vero vitioſum erat, quod in noſtro codice ſic ſcribitur: οὔτι θεῶν πίνεσκεν ἀπ' αὐτοῦ, οὔτέ τεω σπένδεσκ', ὅτι μὴ Διΐ. Caſaubonus tacite οὔτε θεῶν πιν. & dein οὔτε θεῷ σπενδ. correxit. Sed quum Homericum τεῳ teneat codex noſter, intelligi par erat, reliqua etiam recte, ut apud Homerum, hîc ſcripta olim fuiſſe, & abſurdum illud ac prorſus a poëtae mente alienum οὔτι (vel οὔτε) θεῶν πίνεσκε, non ab Athenaei manu eſſe, ſed ex alicuius librarii errore natum.

Καὶ ὁ Πρίαμος &c. »De *Priami poculo* vide ῥαψ. ω'. »[vs. 234.] CASAUB.

Αὐτός γε μὴν ὁ Ζεὺς τῆς Ἡρακλέους γενέσεως &c. »Vide infra in ſermone de *Carcheſio*, [XI. 474. f.] & de »*ſcypho*. [pag. 498. c.] « CASAUB. — Quod nos hîc edidimus, δῶρον Ἀλκμήνῃ δοθῆναι, verbum in ed. Caſ. omiſſum dedit noſter codex. Sequitur hexameter neſcio d cuius poëtae, qui Doricâ linguâ ſcripſit, Ἃ δ' ὑποδεξαμένα - - αἶψα: quod vero ſequitur vocabulum ποτήριον, id vel Athenaeus vel Breviator extra verſum adiecit.

Τὸν δ' Ἥλιον ὁ Στησίχορος &c. »*Steſichori* locum de *Solis* »*poculo* habes infra in *Herculeo* poculo.« CASAUB. — Vide pag. 469. e. f. Quod mox de *Hercule* adiicitur, de eo vide eâdem pag. 469. d. & 470. c. d. & Euſtath. ad Dionyſii Deſcript. Orbis pag. 105.

Οἴδαμεν δὲ καὶ τὸ Βαθυκλέους τοῦ Ἀρκάδος ποτήριον &c. »Nota hiſtoria ex Diogenis Laërtii Thalete. [lib. I. ſect. »28.] De eodem aliquid iterum infra in Πέλλα. [pag. »495. e.] « CASAUBONUS. — Conf. Plutarch. in Solone, pag. 80.

Τὸ δὲ Νέστορος ποτήριον πολλοὶ κεραμεύουσι. Per iocum verbo κεραμεύουσι uſus eſt Athenaeus, pro *tractant*, *fin-*

d *gunt, in omnes partes verſant:* id eſt, ut ſtatim ipſe adiicit, *de eo* varia atque varia *ſcripſerunt.* Menti Deipnoſophiſtae occurrerat illud verbum ex occaſione verborum Agathoclis paulo ante (pag. 466. a.) adpoſitorum.

Καὶ θεοφιλὲς δὲ τὸ ποτήριον· χρυσέοις γοῦν δεπάεσσιν ἀλλήλους δεξιοῦνται. »δεξιοῦνται, *Dii* videlicet, apud poë»tam. Alludit ad hos verſus: [ex initio quarti Iliados:]

»Οἱ δὲ θεοὶ πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο
»χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ· μετὰ δέ σφισι πότνια Ἥβη
»νέκταρ ἐφυσοχόει. τοὶ δὲ χρυσέοις δεπάεσσι
»δειδέχατ' ἀλλήλους. « — CASAUBONUS.

Ἐλευθέριον δὲ, φησὶ, καὶ ἐμμελῶς ἐν οἴνῳ διάγειν. Adiectivum ἐμμελὲς, quod hîc dabant libri, perperam ad ἐλευθέριον referebatur. Haud dubie vero *adverbium* hîc poni debuit. ἐμμελῶς ἐν οἴνῳ διάγειν, *modeſte verſari in vino.* Sic ἐμμελὴς καὶ σωφρονικὸς iunguntur apud Plutarchum. Apud Lucian. in Vitarum Auctione c. 27. τί ἂν πράττοις ἐμμελῶς; haud male vertunt, *numquid recte & ordine facere potes?* Suidas: Ἐμμελῶς· συνετῶς, εὐρύθμως. Apud Heſychium, pro εὐρύθμως, vulgo ἐῤῥωμένως ſcribitur; manifeſto (ut nobis quidem videtur) errore. Ad verbum φησὶ, ex Breviatoris more intelligendum, *Athenaeus inquit.*

Paullo poſt, πόματι per o breve ſcribere quidem Breviator ſolet: ſed Athenaeus, ut ex cod. *A.* frequenter obſervavimus, recte per ω longum. Quare πώματι correximus. *Ibid.* Θρᾳκίῳ νόμῳ ἀμυστιν οἰνοποτεῖν. *Thracum bibacitas* ſaepius notata apud Noſtrum. Vide X. 442. f. & XI. 477. c.

AD CAP. XVII.

e Ὅτι διὰ σπουδῆς εἶχον οἱ ἀρχαῖοι ἐγκόλαπτον ἱστορίαν ἔχειν ἐν ἐκπώμασιν. Suâ-ne de coniecturâ, an ex libri Hoeſcheliani praeſcripto ἀκολάστοι ediderit Caſaubonus neſcio: illud miror, in iſta ſcriptura adquieviſſe doctiſſimum virum. Forſan ἀκολάστους *prodigos* intelligebat & *luxurioſos;* qui ſcilicet nimios ſumtus in eiusmodi pocula impenderent. At ἀκόλαστον habet noſter codex: in quo nemo facile dubitaverit quin lateat ἐγκόλαπτον, quod equidem fidenter in corrupti vocabuli locum ſubſtitui. De particulâ Ὅτι vix opus fuerit, ut moneamus, initio ῥήσεως adiectam eſſe ex Breviato-

rum more, ſubintelligentium, Ἰστέον vel Σημείωσαι ὅτι, e *Sciendum*, aut *Notandum quod:* aut Φησὶν ὁ συγγραφεὺς ὅτι, *Dixit auctor, quod* &c.

ἐν ταύτῃ δὲ τῇ τέχνῃ (nempe, κολαπτικῇ) εὐδοκίμησαν Κίμων καὶ Ἀθηνοκλῆς. *Cimon* apud Plin. XXXV. 34, 8. & apud Aelian. Var. VIII. 8. (ex Perizonii emendatione) memoratur, pictor, non ſculptor: & is quidem ex rudiore artis aevo. *Sculptoris* vel *caelatoris Cimonis* an apud alium ſcriptorem, praeter Noſtrum, mentio reperiatur neſcio. Nec *Athenoclem* ſculptorem aut caelatorem alii auctori memoratum reperio. *Athenodorum* quidem ſtatuarium, Polycleti diſcipulum, Plinius nominat cum alibi, tum XXXIV. 8, 19. & Pauſanias, X. 9. pag. 819. Sed *Athenoclem* rurſus in artificum numero iſta arte clarorum nominat Noſter paulo poſt, pag. 782. b.

Μέανδρος - - - ποτήριον τορνευτὸν, καὶ τορευτά. Sic noſter codex, ut edidit Caſaub. Diximus de hoc loco ſupra, ad V. 199. b. Animadv. T. III. pag. 105 ſq.

Ἀντιφάνης· Ἄλλοι δὲ καὶ δὴ &c. » Quatuor hîc ſenarii » iambici, & pars quinti. Sed verſus ſecundi prima τα- » τοποδία, in utroque Excerptorum libro ſimiliter ſcripta, » quomodo ſit reſtituenda non poſſum coniecturâ aſſe- » qui. « CASAUBONUS. — Nempe *ſecundus verſus*, ita vulgo ſcriptus,

ἀφρῷ σκιὰ, καὶ χρυσοκόλλητον δέπας,

ſententiam utique nullam fundebat. Cui emendando profuturum Valerii Flacci verſum, I. 260. *valida ſpumantia pocula Baccho*, VALCKENARIUS ad Eurip. Phoeniſſ. p. 11. notaverat; ipſam vero emendationem, σκιασθὲν, pro σκιὰ καὶ, propoſuit in Notis ad Callimachi Fragm. pag. 258. Rurſus *verſ.* 4. haud dubie mendoſum erat, παντελῶς ἐστραμμένοις, quod ediderat Caſaubonus: pro quo idem VALCKENARIUS ibidem ἐστραμμένοι legendum cenſuit. At, ibi multo probabilior nobis viſa erat Gallici interpretis ratio, ἐστραμμένον legentis, nempe ποτήριον. In noſtro codice, pro calligraphi more qui eum exaravit, terminatio vocis non expreſſa eſt. In eodem codice *verſ.* 1. pro Βακχίου perperam Βακχείου ſcribitur. Ut vero hîc Βακχίου παλαιγενοῦς dicit Antiphanes, ſic νέκταρος παλαιγενοῦς Alexis apud eumdem Noſtrum pag. 472. a. De vocab. Βάκχιος, proprie idem valente ac Βάκχος & Διόνυσος, paulo ante dictum eſt, ad p. 465. c.

f *NICOMACHI* teſtimonium, cum in hunc modum editum eſſet,

Ὦ χρυσοπλαῦστα καὶ χρυσοῦς ἐμῶν·

intactum reliquit Caſaubonus. ADAMUS, teſte Villebrunio, ſic corrigebat ſupplebatque:

Ὦ χρυσοπλάστα χρυσόοις ἐμὸν δέπας.

quod Gallico ſermone illi ſic reddidere: *Ouvrier en or, puiſſe-tu dorer ma coupe.* At perſpicue χρυσοκλαῦστα ſcribitur in noſtro codice, id eſt, *qui aurum lacrymaris:* cui conſentaneum erat, ut ἐμῶν pro participio verbi ἐμέω haberemus. Itaque ſimili quodam ioco hoc dictum nobis viſum erat, atque iſta, σισαμίδας δὲ χέζει, μῆλα δὲ χρέμπτεται, XIV. 646. f. μαλάχας μὲν ἑξερῶν, ἀναπνέων δ' ὑάκινθον &c. XV. 685. a. σάγδαν ἐρυγγάνοντα, XV. 691. c. aliaque his ſimilia. In poſteriore hemiſtichio, ſi prior ſyllaba vocis χρυσους brevis eſſet, poſſes χρυσοὺς legere, quod in noſtro codice inter lineas notatum: ſic deeſſe cenſendum foret poſtremum verſus vocabulum. At quoniam in χρυσὸς in eiusque derivatis producitur prior ſyllaba, voces χρυσοῦς ἐμῶν terminare verſum debuerunt; intercidit autem nomen ſubſtantivum, ad quod adiectivum χρυσοῦς referebatur.

In *PHILIPPIDIS verſ.* 1. pro ποτήρια ἂν, quod dabant libri, ποτήρι' ἦν ſcripſi cum FIORILLO, Obſervat. in Athen. pag. 55. Cum eodemque, *verſu* 3. ὑπερηφανῆ correxi, quod deſiderabat verſus, pro vulgato ὑπερήφανα. Videndum tamen, ne quid aliud ſive ſub ipſo illo ὑπερήφανα lateat, quod Caſaub. edidit, ſive ſub mendoſo οὐπερήφανα, quod habet codex noſter. *Verſ.* 4. Poſt κάδοι particulam καὶ *delendam* monebat metri ratio.

a »Τάλαντα Βαβυλώνια ογ', μναῖ ιβ'. Ita Hoeſcheliana »Excerpta: at Levinii, μναῖ νβ'. « CASAUB. — Noſter codex cum Leviniano facit.

AD CAP. XVIII.

Ἔθος δ' ἦν πρότερον – – ὕδωρ ἐμβάλλεσθαι. »Durat hic »mos hodieque in Narbonenſi Gallia: ubi pueri a po»culis aquam in ſcypho offerunt, deinde vinum ex oeno»phoro aut lagena infundunt. « CASAUBONUS. — Quod pro teſtimonio citatur, *XENOPHANIS* diſtichon, ex *Elegiis* ſumtum eſt: e quibus latum locum haud multo an-

te adpoſitum vidimus, pag. 462. d. e. f. Initio pentame- a
tri, ſcripturam ἐγχέας non ferebat metrum, ob ultimam ας productam, niſi duas ſyllabas εας pro una efferendas ſtatueres. Sed quum ἐγχεύας daret noſter codex, intelligebatur χεύας ſcriptum oportuiſſe.

Ἀνακρέων. »In *ANACREONTIS* verbis, φέρ' ἀνθεμεῦν»τας ἡμῖν στεφάνους, Aeolicum eſt ἀνθεμεῦντας, pro ἀν»θεμοῦντας; hoc autem pro ἀνθεμόεντας: *affer nobis floreas* »*coronas.* In neutro libro perſcripta erat haec dictio: ſed »notata compendio eodem.« CASAUBONUS. — Etiam in noſtro codice compendioſe in fine ſcriptum iſtud verbum: ſed ita tamen, ut ſatis dignoſci poſſit ἀνθεμεῦντας debuiſſe calligraphum. Vide Barneſii Anacreontem vs. 1382 ſqq. Apud Brunckium habes pag. 64. In ed. Gailii, pag. 104.

Πρὸ δὲ τούτων Ἡσίοδος. Sic recte noſter codex: non τούτῳ, ut perperam a Caſaubono editum erat, quod dein in ed. 2. & 3. in τούτου mutatum eſt. In *priore* HESIODI *verſu*, pro ἀενάου ſcribitur ἀεννάου in cod. noſtro, contra metri legem. Recte vero initio *verſ.* 2. idem codex τρὶς dedit, ut apud Heſiod. Ἔργ. 594. utque apud Noſtrum lib. X. pag. 426. c. ubi perperam τρεῖς editum erat quemadmodum hîc. Metri quidem lex deſiderare videtur, ut τρὶς δ' ὕδατος ſcribatur, ut apud Heſiodum: ſed coniunctionem omittere licuit Athenaeo; ac potuit etiam ſyllaba τρὶς ob ſequentem aſperum ſpiritum produci. Recte etiam ἑέμεν ſcribit codex noſter, non ἵεμεν, ut habet ed. Caſ.

In *THEOPHRASTI* teſtimonio, pro ἐπιχεῖν, quod per- b
incommode editum erat, recte ἐπέχεον dedit noſter codex. *Ibid.* ὅπως ἐν τῷ πίνειν ὑδαρέστερον χρῶνται τῷ ποτῷ, καὶ τούτου ποιησάμενοι τὴν ἀπόλαυσιν, ἧττον ὀρέγοιντο τοῦ λοιποῦ. Quemadmodum ὀρέγοιντο in optativo ſive potentiali modo poſitum eſt, ſic & haud dubie χρῷντο ſcriptum oportuerat. De re, quae hîc agitur, haec monuit CASAUBONUS: »Ratio medica moris »huius quae ex *Theophraſto* affertur, ut epoto prius quod »erat magis aqueum, minus avide vinum expetatur: ſub»tilior eſt quam verior. Nam contra, cum aquae prius »infuſae vinum ſuperfunditur, prius quam aqua vinum »bibitur, utpote labro propius: aquam voco, & vinum, »quod plus aquae aut vini mixtum habet. Hoc igitur

b »videamus. At illud recte: remedium adversus temulen-
»tiam fore, si potu τοῦ ὕδαρους naturae satisfactum fue-
»rit prius. Nec dissimile est quod libro III. dicebamus,
»cap. 33. « — In illo Animadversionum capite, ad quod hîc nos remittit Casaubonus, nihil equidem, quod huc spectet, reperi. Turbaverat autem virum doctum hoc, quod dictionem istam τὸ ὕδωρ ἐπὶ τὸν οἶνον ἐπιχεῖν, ita acceperat, quasi id unum spectasset Theophrastus, quod olim primum aqua infundi solita sit, & dein vinum (*suâ naturâ levius*) aquae *superfusum*. At ἐπιχεῖν, si quid video, hîc non tam *superfundere*, quam *adfundere* intelligi debet: neque *vinum* in cratere cum aqua *mixtum*, quamquam naturâ levius, idcirco *supernatasse* putandum est. Sed cum ait Theophrastus, *veteres aquae vinum adfudisse, non vino aquam*, hoc dicit, ex veterum more in potu, qui ex aquae & vini mixturâ constabat, aquam veluti basin & fundamentum fuisse, id est, primam atque praecipuam potus partem, quae longe maiore portione, quam vinum, ad illam mixtionem adhibebatur. Illud paulo obscurius videri poterat, quid sit quod ait τοῦ λοιποῦ. Desiderabam τοῦ ἀκράτου: & puto paullo planius locutum esse Theophrastum: sed ex connexione orationis satis tamen intelligi videtur, τὸ λοιπὸν hîc dici *reliquum vinum quod aquae non fuit adfusum, vinum merum*, vel *meracius*, quod Graece ἄκρατον & ἀκρατέστερον sonat. At rursus dubitationem movere potest quod continuo adiicitur, καὶ τὸ πλεῖστον δὲ εἰς τοὺς κοττάβους καταναλίσκον. Quae verba equidem sic acceperam, *vini meri olim plurimam partem ad cottabi ludicrum utebantur*. Negari autem non potest, illud τὸ πλεῖστον referri ad id quod modo praecessit, τοῦ λοιποῦ. Atqui in copiosa ludicri huius descriptione, quae initio libri XV. apud auctorem nostrum legitur, *vini meri* in cottabi ludo adhiberi soliti non fit mentio: sed vinum quo utuntur, ait auctor, esse τὸ ὑπολειπόμενον ἀπὸ τοῦ ἐκποθέντος ποτηρίου. Videor tamen mihi in his ipsis Athenaei libris legisse, in cottabi ludi usum nonnisi meracius vinum adhiberi solitum: quam in partem nullus quidem nunc disertior locus nobis occurrit, sed satis clara res fieri videtur, ex X. 427. c. d. ubi vide notata. Confer Cratini versus, paulo post (cap. 22.) citatos.

AD CAP. XIX.

Ἔνδοξοι δὲ τορευταὶ, Ἀθηνοκλῆς. Eumdem *Athenoclem* iam paulo ante eodem nomine laudatum vidimus, cap. 17. *Ibid.* Στρατόνικος. *Stratonici caelatoris* Plinius meminit, XXXIII. 12, 55. & XXXIV. 8, 19. num. 25. *Myrmecidis* & *Callicratis* ſolertiam laudat idem, VII. 21, 21. & XXXVI. 5, 4. num. 15. Alios auctores, qui eosdem laudarunt, nominavit ad Plinium Harduinus.

καὶ Μῦς· οὗ εἴδομεν σκύφον Ἡρακλεωτικόν. »Quid appellet *ſcyphum Heracleoticum*, diſce ex iis quae dicuntur »infra, [pag. 500. a.] ubi agitur de *ſcaphide*. « CASAUBONUS. — *Mys caelator* Plinio laudatus, XXXIII. 12, 55. & Pauſaniae in Atticis, I. 28. pag. 67. cuius verba inprimis faciunt ad illuſtrandum epigramma, quod in *ſcypho* quodam *a Mye caelato* inſcriptum ait Athenaeus. Etenim Pauſanias, de aenea Minervae ſtatua loquens, Phidiae opere, hiſtorias in eiusdem Minervae clypeo *caelaſſe* ait *Myn*, τορεῦσαι Μῦν· τῷ δὲ Μυῒ ταῦτά τε καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἔργων Παῤῥάσιον καταγράψαι τὸν Εὐήνορος: i. e. *Myi vero iſta & reliqua opera pinxiſſe*, (ſive, *deſcripſiſſe*, *delineaſſe*) *Parrhaſium Evenoris filium*. Ex quo intelligitur, Πράσιον, qui in epigrammate apud Noſtrum nominatur, nullum alium eſſe niſi clariſſimum illum pictorem *Parrhaſium*, Evenoris filium: quare pro Πράσιοιο, quod habent libri omnes haud immerito Παῤῥασίοιο ſcriptum malles cum IACOBSIO, in Exercit. Critic. Tom. II. pag. 152. Pro Γράμμα quod habent libri, cum eodem viro docto Γράμματα ſcribi debuiſſe, ipſe verſus declarabat: qua notione autem accipiendum ſit illud vocabulum, docet Pauſaniae locus modo citatus. Vocem γράμμα raro admodum de *picturâ* uſurpari, recte monuit H. Stephanus, Theſ. T. I. pag. 862. b. Adnotatur tamen in Heſychii Gloſſis: Γράμματα· τὰ γεγραμμένα, καὶ συλλαβαὶ, καὶ τὰ ζωγραφήματα. Vocabulum ἔργον, in eodem rudi ſatis epigrammate, *argumentum operis* dicitur: ſi modo vera illa ſcriptura. Sed nec uſus ſermonis convenit, & reclamat verſus: nam foedus ille hiatus, ἐμμὶ δὲ ἔργον, ne in viliſſimo quidem verſificatore ferendus. Quare πέρσις, non ἔργον, ſcriptum olim fuiſſe facile

tibi perſuadeas. Paulo ante, ἐντετορευμένην dedit noſter codex: non ἐντετορνευμ.

AD CAP. XX.

c Ὅτι κλεινοὶ λέγονται παρὰ Κρησὶν οἱ ἐρώμενοι. »Ex »iſtis Excerptis divinare non poſſumus, quomodo dela»tus ſit Athenaeus in hunc ſermonem, tam alienum huic »loco: nam alibi plura auctor de hoc *Cretenſium* furore. »[vide XIII. 602. f. ibique notanda.] Sed de occaſione »digreſſiunculae huius licet facere coniecturam ex ſimili »loco infra, in Χόννοι. vide Fragmentum alterum cap. »XV. deſcriptum: [quod pertinet ad lacunam, qua la»borat opus plenius eodem hoc libro XI. pag. 502. b.] »Caeterum de voce κλεινὸς adi Heſychium, & Euſta»thium qui haec citat. « CASAUBONUS. — Euſtathium vide ad Iliad. Ψ'. pag. 1413 extr. Copioſe vero de iſto Cretenſium inſtituto disputavit Strabo, lib. X. pag. 483 ſq. Verbum παραστασθέντες, quod recte habet ed. Caſ. 1. cum msstis & Euſtathio, foede corruptum eſt in ed. 3. Quid occaſionem praebuerit Athenaeo moris illius hîc commemorandi, intelligitur e *donis*, quae ait data fuiſſe amaſiis; quorum in numero donorum *poculum* erat.

AD CAP. XXI.

»Subiecti verſus, Ὁρᾷς ὅταν πίνωσιν &c. ſunt *ARI»STOPHANIS*, ex *Equitibus*. [verſ. 92 ſqq.] « CASAUB.

d Αὔξει γὰρ καὶ τρέφει, μεγαλύνει τε τὴν ψυχὴν ἡ ἐν τοῖς πότοις διατριβή. »Libro XII. [pag. 512. b.] ἔστι γὰρ »τὸ μὲν ἥδεσθαι καὶ τὸ τρυφᾶν ἐλευθέρων. ἀνίησι γὰρ τὰς »ψυχὰς καὶ αὔξει: & in hanc ſententiam alia multa. « CASAUBONUS.

PINDARI ecloga iſta, Ἀνίκ' ἀνθρώπων &c. emendate ſcripta legebatur cum in editis, tum in msstis codicibus. Itaque nullâ literâ mutata eam exhibuimus; in digerendis vero verſibus SCHNEIDERUM maxime ſumus ſecuti, in cuius collectione Fragmentorum Pindari legitur hoc num. 65. MITSCHERLICH ad Horat. T. II. pag. 708. ſic digerendos ſcribendosque verſiculos cenſuit:

»Ἀνίκ' ἀνθρώπων καματώδεες οἶχον-
»ται μέριμναι στηθέων ἔξω, πελάγει

» δ' ἐν πολυχρύσοιο πλούτου d
» πάντες ἴσα νέομεν ψευδῆ πρὸς ἀκτάν.
» ὃς μὲν ἀχρήμων, ἀφνει-
» ὸς τότε, τοί τ' αὖ πλουτέοντες ἀέξον-
» ται φρένας ἀμπελίνοις τόξοις δαμέντες. «

Etiam SCHNEIDERUS connectebat illa, πλουτέοντες ἀέξονται &c. quae etiam satis commode cohaerent: at, apud ipsum poëtam nonnulla fuisse interiecta, ostendunt verba haec sive Athenaei sive Breviatoris, εἶτ' ἐπάγει.

AD CAP. XXII.

Ἀγαύλη. » Vide libro XV. [initio.] & Hesychium. » Sed infra hoc libro in Κοτταβὶς [pag. 497. d. e. f.] ea- » dem paene verba. « CASAUBONUS. — Confer Eustathium ad Iliad. β'. pag. 260. l. 38 sqq.

In *CRATINI versu* 2. pro vulgato χοέας, postulante metro & suffragante Atticorum usu χοᾶς scripsi cum PIERSONO ad Moer. pag. 412. Et claudicantem in fine tertium versum fulcivi cum eodem *Piersono* (ibid. pag. 254.) adiectâ τε particulâ; cuius ope nunc participium ἐπονομάζουσα cum πίνουσα coniungitur. De verbo ἐπονομάσαι, vide X. 426. e. ibique not. & ad VI. 254. a. Animadv. Tom. III. pag. 506. Quod vero ait,

ἀλλ' ἴσον ἴσῳ μάλιστ' ἀκράτου δύο χοᾶς:

Gallicus interpres, interpungens orationem post μάλιστα, priora verba ad primum versum retulit, sic vertens: *C'est la mort même que de boire du vin lorsqu'il y a de l'eau: qu'il y ait tout au plus autant de l'un que de l'autre.* Quae speciosa videri ratio possit. At codex noster (satis caeteroquin in distinguenda oratione, ubi sententia poscit, accuratus) post ἐπῇ quidem interpungit, post μάλιστ' autem cum editis ignorat distinctionem. Et, verum si quaeris, connexa ista sunt, ἴσον ἴσῳ ἀκράτου. Similiter certe & alibi legimus, κατὰ δύο καὶ τρεῖς ἀκράτου, X. 430. d. e. συνεχὴς ἄκρατος ἐδίδοτο ἴσον ἴσῳ, X. 431. a. &c. Denique sicut ex Hesiodi praecepto tribus aquae partibus una vini misceri debuit, quae fuit usitatissima temperandi vini ratio moderate bibentium: sic, qui *par pari* bibebant, ii *meracius* bibere olim censebantur. *Versum* 3 & 4. sic reddidit popularis noster: *Elle lance, de sa main flechie, les*

latages au Priape de Corinthe, en prononçant le nom de celui pour qui elle joue.

AD CAP. XXIII.

f Αἰακὶς ἡ κύλιξ καλεῖται. »Perperam apud Heſychium »αἰακίξ. Euſtathium lege haec deſcribentem.« CASAUBONUS. — Ab *Aeaci* regis nomine nomen iſtud derivat Euſtath. ad Iliad. φ'. pag. 1315. l. 46. ἰστέον δὲ, ὅτι τῷ Αἰακῷ παρονομάσθαι δοκεῖ ἡ αἰακίς· κύλικος δὲ αὕτη εἶδος, ὡς ἐν τοῖς τοῦ Ἀθηναίου κεῖται. Caeterum non modo apud Heſychium, ſed & apud Suidam αἰακὶξ ſcribitur, itemque in alio Lexico msto, citato ab Heſychii editore.

Ἄκατος, ποτήριον ἐοικὸς πλοίῳ. »*Acatum*, pro pocu»lo uſurpatum etiam Grammatici nos docent.« CASAUBONUS. — Heſychius: Ἀκάτιον· ναῦς, ἤγουν πλοῖον. (ἁλιευτικὸν addit Suid.) ἔστι δὲ καὶ φιάλη, ἴσως διὰ τὸ ἐοικέναι στοργγύλῳ πλοίῳ. Ex hoc Athenaei loco habet Euſtathius quod legitur in Comment. in Odyſſ. ι'. p. 359. l. 34. τὴν ἄκατον, ποτήριον ἐοικὸς πλοίῳ. Idem, ad Iliad. λ'. pag. 816. l. 17. ἐπεὶ καὶ ἄκατος παρὰ τοῖς παλαιοῖς, φιάλη πλοιοειδής. Huc vero pertinet quod ait apud Noſtrum Antiphanes, XV. 692. f. μεγάλην Διὸς Σωτῆρος ἄκατον ἥρέ τις.

In *EPICRATIS* ecloga non erant diſtincti verſus: quarti tamen & quinti initium literâ maiusculâ in contextu indicavit CASAUBONUS. In *Animadv.* idem pauca haec notavit: »In *Epicratis* verbis, κόντος eſt quam vocabant nau»tae καταπειρατηρίαν. Feſtus in voce *percontor*. χάλα πό»δας Hoeſch. Exc. πόδα Levinii. Notum quid *pes* in »re nautica.« — KOPPIERS in Obſervatis Philol. pag. 31. hunc locum reſpiciens, ait: »*Epicratis* Comici verba fa»cile forſan emendanda & metro ſuo reſtituenda: ſed »hîc in Antiphanis ſolis occupari malo.« — Vellem, obiter ſaltem protuliſſet vir doctus, ſi quid ei occurrerat quod obſcuro loco lucem aliquam adfundere potuiſſet. VALCKENARIUS in Diatribe Euripidea pag. 235. poſtrema verba, cum ſic edita legerentur, ἐντρεπῆ τε τὸν κόντον ποού. Καὶ τοὺς κάλους ἔκλυε, καὶ χάλα πόδας. ita corrigenda cenſuit:

»εὐτρεπῆ τε τὸν κόντον ποιοῦ,
»καὶ τοὺς κάλως ἔκλυε, καὶ χάλα πόδα.

»contum compone, ſolve rudentes & pedem laxa.« — Et εὐ- f
τρεπῆ recte dedit noſter codex. Tum vero idem κοντὸν, recte, cum accentu in ultima, non κόντον. ποοῦ vero tenet cum aliis codicibus; quemadmodum ſubinde ſcriptum reperitur id verbum ubi penultima corripitur: quamquam & in ποιου corripi diphthongus ob ſequentem vocalem poterat. Praeſtabat utique κάλως: ſed ferendum κάλους putavi, in quod conſentiunt libri. Poterat etiam πόδας ferri, in plurali numero, quod ex Hoeſcheliano cod. edidit Caſaub. Et in noſtro codice ita compendioſe ſcripta vox, ut haud certo definias, utrum πόδας, an πόδα valeat id quod hîc ſcriptum: ſed videtur πόδα eſſe, in ſingulari. Habes apud Euripidem in Oreſt. 706. eamdem dictionem, χαλᾷν πόδα: ubi de vocab. ποῦς notavit Graecus interpres: λέγεται οὕτω τὸ σχοινίον τὸ κάτωθεν τοῦ ἱστίου: nempe *funis quod a velo deſcendit*, cuius ope vel intenditur velum vel laxatur. In priori eclogae parte facilius erat, verſus ex metri lege diſpeſcere, quam vel corrupta verba corrigere, vel mentem poëtae recte interpretari. *Verſu* 1. ante κυλίκια articulum τὰ cum ſermonis uſus tum ipſe verſus deſiderare nobis videbatur. *Verſ.* 2. pro καὶ εὐθὺ conciſe κ' εὐθὺ ob eamdem metri neceſſitatem ſcripſi. *Verſ.* 3. vero, τ' ἐπηυρίσας pro edito δ' ἐπηυρ. codex noſter dedit. Quid ſit vero ἐπηυρίσας, lubens ab eo qui noverit diſcam. ἐπαυρίσας ſaltem ſcriptum oportuiſſe, haud temere ſuſpiceris: quamquam verbi ἐπαυρίζω nusquam alibi veſtigium ullum facile reperias. Sed potuerit eſſe hoc nauticum verbum, a vocab. αὖρα derivatum, cui fuerit notio ſubiecta, *velum dirigere ſecundum ventum*: cum quo haud male deinde conveniat verbum πλήρωσον: *imple*, ſcil. *vento*. Sic duo illa nomina γραῦς & νέα, neſcio quo ludicro invento, quove nautici ſermonis uſu, de duobus *velis* fuerint accipienda. Sed, quid ſit quod *acatiorum*, (nempe *poculorum*) & *calicum* hîc fiat mentio; porro, quid dicat poëta κατάβαλλε, *deiice acatia*; denique alia plura, quae in brevi hac ecloga leguntur, minime mihi perſpicua eſſe profiteor: quae cum recte percepta habere ſibi viſus Villebrunius ſit, ſive ſuo Marte, ſive ab Adamo edoctus; ſtudioſi Lectoris in gratiam haud gravabor illius adponere interpretationem. Igitur poëtae verba ſic ille Gallice reddidit: »*Laiſſe de coté ces petits* »*akates* (*gobelets*); *prends en de plus grands; mets-moi*

f » *cette vieille en fagot près de la hune ; tends toute cette nou-* » *velle, & fais lui bien prendre le vent ; donne un mouvement* » *libre & promt à la rame. Lâche tous les cables, & laiſſe* » *jouer les pieds à l'aiſe.* « Tum ad iſta verba, *mets-moi cette vieille en fagot* &c. haec adnotavit : » C'eſt l'expreſ- » ſion dont nos marins ſe ſervent pour dire, *plier* totale- » ment une voile, & la lier à la vergue lorsqu'on ne s'en » ſert pas. Ce paſſage eſt une équivoque. On voit que » l'auteur parle ici d'une *vieille femme* & d'une *jeune fille.* » L'équivoque préſente un autre ſens: *Mets-moi cette* » *vieille près de la gondole, ou du carcheſium, qui ſignifie auſſi* » *la* gabie, *la hune, & tend la* jeune *ou* la voile neuve. » Je lis enſuite εὐτρεπῆ, non ἐντρεπῆ. Le mot πόδας qui » ſuit, eſt encore une equivoque ; il ſe prend pour les » cordages qui ſervent à fixer les voiles pour prendre le » vent, (*verſoria* dans Plaute) & ici les pieds qu'on voit » à la Chloë de Longus ſous l'ombrage. « — His ſcriptis demum animadverti, non praetermiſſum eſſe hunc locum a FIORILLO, *EPICRATIS verſiculos* ita numeris ſuis reddendos ſcribendosque adfirmante in Obſerv. in Athen. pag. 56.

» — — Κατάβαλλ' ἀκάτια κυλίκια,
» αἶρου τὰ μείζω, γ' εὐθὺ τοῦ καρχησίου,
» ἄνελκε τὴν γραῦν, τὴν νέαν δ' ἐπηυρίσας,
» πλήρωσον ἐντρεποῦ τε τὸν κόντον ποῦ,
» καὶ τοὺς κάλους ἕκλυε τε καὶ χάλα πόδας.

Sed interpretationis loco ſatis ille habuit, docuiſſe nos id quod nil huc faciebat » verbum καταβάλλειν proprie de *feminando* adhiberi, ſignificare vero etiam *diruere.* «

a Ἀρκλον. » Vix videtur vere Graecum vocabulum. Ea- » dem tamen omnia totidem literis in utroque Excerpto- » rum libro.« CASAUBONUS. — Nec diſſentit codex noſter.

AD CAP. XXIV.

Ἄλεισον καὶ Δέπας, τὸ αὐτό. Ὅμηρος &c. Vide
b Odyſſ. γ'. 40-63. *Ibid.* δέπας δι' οὗ Διῒ μόνῳ &c. Iliad. π'. 225-227. Locus haud multo ante etiam citatus, pag. 781. c.

ἢ, ὅτι δύο ὦπας εἶχε· ταῦτα δὲ ἂν εἴη τὰ ὦτα. Sic codex noſter cum aliis: ubi quo pacto δύο ὦπας (quod ſonat *duos oculos*, aut *duas facies*) *aures* interpretati ſint

Grammatici, aegre dixeris. Quo factum puto, ut Euſtathius, abſurdam iſtam etymologiam commemorans, ad Od. ι'. pag. 348. 27. ſic ſcripſerit: οἱ δὲ, ὅτι δύο ὦπας ἢ ὀπὰς (i. e. *foramina*) εἶχεν, ὡς ἀμφωτον.

τὸ δὲ ἄλεισον, ἤτοι ἀπὸ τοῦ ἄγαν λεῖον εἶναι &c. Rurſus alia eiusdem vocabuli etymologia traditur in fine capitis, εἰ μὴ ἄρα τὸ ποικίλον &c. Confer Euſtath. ad Iliad. λ'. pag. 836. l. 7. & ad Iliad. ω'. p. 1493. l. 21.

Ἦτοι ὁ καλὸν ἄλεισον &c. Odyſſ. χ'. 9 ſq.

Ἀμφικύπελλον δὲ λέγων αὐτό. Odyſſ. γ'. 63. & ſaepius alibi. Confer Euſtath. ad Il. α'. pag. 120. l. 8. & praeſertim ad Odyſſ. ο'. p. 567. l. 43 ſqq. ubi etiam recte κυφὸν c ſcribit, ut noſter codex; non κύφον, ut edd. Ibidemque, ſicut in editis & in codice noſtro, nominatum legas Ἀνίκητον, *Anicetum* Grammaticum; cuius nusquam alibi mentionem factam reperimus.

Πείσανδρος. *PISANDRI ſecundum librum* Ἡρακλείας nominatim citat Athenaeus paulo inferius, pag. 469. d.

AD CAP. XXV.

Ἀμαλθείας κέρας, καὶ ἐνιαυτός. »De poculis, quae vo»cabant *Amaltheae cornu* & *eniauton*, Euſtathius ex Athe»naeo.« CASAUBONUS. — De *cornibus* pro poculis olim uſitatis, vide Noſtrum, XI. pag. 476. Cur vero ἐνιαυτὸς dictum ſit poculorum genus aliquod, ſua de coniectura rationem hanc reddidit Euſtathius ad Iliad. ν'. p. 883. l. 11. ἴσως διὰ τὸ μεγαλεῖον εἶναί τι καὶ ἐπιτελεστικὸν, ἐπεὶ καὶ τελεσφόρος ὁ ἐνιαυτὸς λέγεται. μεγάλα δὲ, ὡς εἰκὸς, τινὰ τῶν κεράτων, ὡς ἐκ μεγάλων βοῶν.

Ἄμυστις. Iam ſupra paſſim de hoc vocab. diximus. d Ἀμυστὶς acute ſcribitur apud Heſychium: ubi vide auctores ab Interpretibus laudatos. Nempe adverbialiter quidem dicitur, ἀμυστὶ πίνειν: ſed nomen ἄμυστις antepenacute effertur: de quo iuvabit contuliſſe quae Suidas adnotavit.

τὸ ῥῆμα δὲ ἐξεμύστισε φασί. Nil variant libri nec hic, nec dein in κἀξεμύστισε, quod ex Platone comico adfertur. Et conſentit Euſtathius ad Iliad. χ'. pag. 1388. l. 43 ſqq. qui & diſerte verbum (in praeſente infinit.) ἐκμυστίζειν format; nempe ex hoc ipſo loco Epitomae Athenaei. At ab ἀμυστὶ vel ἄμυστις conſentaneum erat for-

mari verbum ἐξαμυστίζω: unde ἐξημύστισε & κἀξημύστισε ſcriptum oportebat. Qua ratione apud Suidam ſcribitur: Ἐξαμυστίσαι· ἀμυστὶ, τουτέστι ἀπνευστὶ, καὶ ἄνευ τοῦ ἀναπαύεσθαι πίνειν.

In *PLATONIS* comici *verſ.* 2. recte εἰς κοῖλον κύτος habent mssti cum edd. Perperam εἰς κοῖλον πλάτος, Euſtathius loco modo citato. Sed *verſ.* 3. temere & prorſus contra auctoris mentem καὶ τεταργανωμένον edidit CASAUBONUS: quae verba idem editor eodem modo in Anim-adv. repetens, ait: »hoc eſt τάργανον, de quo cap. XIII.« (nempe ad XI. 495. e.) Recte vero καὶ οὐ τεταργανωμένον habet codex noſter & Euſtath. l. c. quod ex metri lege in κ' οὐ τεταργαν. leviter fuit mutandum: de quo iam monuerat SOPING ad Heſych. in Τεταργανωμ. Valet autem τεταργανωμένον, τὸ ταρακτὸν, id eſt, *turbatum.*

e *ἈΜΕΙΡΣΙΑΕ* verſus ſic digeſtos ediderat Caſaubonus:

Αὔλει μοι μέλος· σὺ δ' ᾇδε πρὸς τήνδ'. ἐκπίομαι δ' ἐγώ.
τέως αὔλει σὺ καὶ τὴν ἄμυστιν λάμβανε.

tum duos reliquos, ſicut a nobis editi. Nos, haud certiſſimâ quidem ratione, ſed aliquantulo tamen commodius, ita ut a nobis factum, digeſtos fore priores verſus putavimus. In codice msto, quod iam ſaepius monui, nusquam diſtincti verſus. In verbis, haud ſane ſatis emendate ſcriptis, nil diſſentiunt libri: nec vero nos quidquam mutare auſi ſumus; cum nihil, in quo fidentius adquieſcere poſſemus, occurreret. Orationem eis in locis diſtinximus, ubi in noſtro codice diſtinguitur. Sententiam, in latina verſione, hariolando utcumque exprimere tentavimus. *Tertium verſum* ſic interpretati ſumus, quaſi ſcriptum eſſet, — τέως

αὐλεῖς σύ· κᾆτα τὴν ἄμυστιν λάμβανε.

Fidentior FIORILLO, Obſervation. in Athen. p. 55. praeciſe praecepit: »Lege & ſcribe:

» — A. Αὔλει μοι μέλος.
»Σὺ δ' ᾇδε πρὸς τήνδ'. ἐκπίομαι δ' ἐγὼ τέως.
»Αὔλει σὺ καὶ ταύτην ἄμυστιν λάμβανε.
»B. Θνητόν γε μὲν ἄνθρωπον οὐ χρὴ πόλλ' ἔχειν.
»Ἄλις δ' ἐρᾶν, μέν ἐστι, καὶ κατεσθίειν.
»A. Σὺ δὲ κάρτα φείδη. —

» Verſus quintus (inquit) forte & ita explendus:

»Ἄλις δ' ἐρᾶν, πίνειν τε, καὶ κατεσθίειν.«

Iſtis Graecis ſubiiciamus Gallicam VILLEBRUNII interpre-

tationem: »A. Joue moi un air de flûte; & toi chante: e »moi, je vais boire, pendant que tu joueras de ta flûte. »B. Çà donc, prend l'amyſtis. D. *L'homme né mortel n'a »pas beſoin de tant de choſes; il ſuffit qu'il aime & qu'il man- »ge.* A. Oh! tu te contentes de trop peu.« — Dein ad iſta verba, *L'homme né mortel* &c. haec adnotavit: »*Ce qui »eſt en italique, eſt ce qu'on chantoit. Dès que l'autre avoit fi- »ni de boire, il diſoit: Oh!* &c. *pour prouver qu'il avoit bu.*« Sic ille. Cui facile equidem credam, verbis iſtis, Οὐ χρὴ πολλὰ &c. contineri debuiſſe cantilenam quam dixit Athenaeus: ſed, qualia vulgo leguntur, nullum utique veſtigium *rapiditatis* illius, quam in eorum rhytmo exſpectaſſes, comparet.

AD CAP. XXVI.

ὡς ἀπὸ Σελεύκου, σελευκίς. Sic recte ed. Caſ. 3. cum msstis. Perperam σελευκός ed. Caſ. 1. & σελευκοῖς ed. Caſ. 2. Conf. infra, p. 497. f. *Ibid.* καὶ ἀπὸ Προυσίου, προυσίς. Infra, p. 496. e ſcribitur Προυσίας. Sed rectius utique videtur Προυσιὰς, quod habes p. 475. f.

Ἀναφαία. Sic, hoc accentu, ſcribitur haec vox in f noſtro codice. In ed. Caſ. maiusculis literis cunctis expreſſa ſunt omnia poculorum nomina in hoc Supplemento nominata, nec adpoſiti accentus.

Ἀρύβαλλος. ποτήριον &c. In *balneorum vaſis* commemoratur ἀρύβαλλος apud Polluc. VII. 166. Notione vero *marſupii*, apud eumdem X. 152. *Ibid.* Ἀριστοφάνης Ἱππεῦσι. Vide *ARISTOPHANIS Equites*, vs. 1094 ſq. & ibi Scholion, quod etiam deſcripſit Suidas, in Ἀρύβαλλος.

οὐ πόρρω δέ ἐστι τοῦ ἀρυστίχου ὁ ἀρύβαλλος. De ἀρυστίχῳ vide ſupra, lib. X. pag. 424. c. ubi & ſimilia alia vaſorum potoriorum nomina memorantur, ἀρυστὴρ, ἀρυσάνη, ἀρύταινα. *Ibid.* ἀπὸ τοῦ ἀρύτειν. Quod hic editum erat ἀρύειν, id minime per ſe improbandum, & conſentit cum Schol. Ariſtoph. & Suida l. c. Sed videtur tacite ſic correctum a Caſaubono, cum mendoſa quidem eſſet librorum ſcriptura, ſed pro ea aliam verbi formam debuiſſent librarii. Nam, quod codex noſter habet, ἀρύγειν, id ex ἀρύτειν (idem valente ac ἀρύειν) corruptum eſſe cum per ſe perquam probabile erat, tum ex Euſtathio intelligebatur, hunc locum ex Athenaei Epitoma de-

ſcribente in Comment. ad Odyſſ. α'. pag. 39. l. 23. ubi in Baſileenſi quidem editione ἐκ τοῦ ἀρύπτειν ſcribitur, ſed in Aldina ἐκ τοῦ ἀρύττειν.

Sophoclis verſiculos in Fragmentis ex incertis Tragoediis num. 45. retulit Brunck, nullâ adiectâ interpretatione. Minime tamen, nobis quidem, perſpicua eſt *poſterioris verſus* ſententia,

a ἢ τὰς ἀρύστεις ὧδ' ἔχουσ' ἐκώμασας.

Novimus, ὧδ' ἔχων aliâs ſignificare, *ita te habens, tali ſtatu*: ſed hoc loco accuſativus τὰς ἀρύστεις a verbo ἔχουσα regi debere videtur.

Ἀργυρίς. Conf. p. 502. a. *Ibid.* ἐξ ἀργυρίδων χρυσῶν. Catachreſin iſtam nominis ἀργυρὶς notavit & cum aliis ſimilibus contulit Euſtathius, ad Iliad. υ'. p. 1281. l. 16. & Valckenar. ad Phoeniſſ. pag. 14. Sed nihil impedire videtur, quo minus *deauratas argyrides* intelligamus: ſic non magnopere abuſus vocabulo fuerit poëta, certe non vobabulo ἀργυρίδων; ſed χρυσῶν, pro καταχρύσων poſito.

AD CAP. XXVII.

Βατιάκιον, λαβρώνιος, τραγέλαφος &c. Vide infra, pag. 484. e. tum p. 496. b. & p. 500. d. e. *Ibid.* Περσικὴ δὲ φιάλη, ἣ βατιάκη. Conf. Ariſtot. de Mirabil. Auſcult. c. 50. p. 97. & p. 100. ed. Beckm. Adde quae ex Hemsterhusii Epiſtola adnotavit Heſychii editor, T. I. p. 706. *Ibid.* Βατιάκαι ἀργυραῖ. Perperam βάτια καὶ ἀργ. codex noſter. *Ibid.* τισιγίτης ἀργυροῦς εἷς. »Diſertim ita ſcriptum in »utroque exemplari. [itemque in noſtro cod.] Barbari»cum & nomen & poculum.« Casaubonus.

b λαχανοθήκη ἀργυρᾶ. Mireris quale ſit hoc vaſis genus, *olerum repoſitorium*. Poſſis de maiore quadam *patinâ* cogitare: ſed θήκη denotare videtur ciſtam aut armarium, quo aliquid reponitur & conſervatur. Poteras coniectare λαχανοθήκη, *ciſta conſervandis pretioſis rarioribusque pellibus villoſis*. Sed praeſtabit, puto, λαγανοθήκη. Sunt autem λάγανα, genus quoddam *placentularum* aut *minutorum liborum*; de quibus vide Noſtrum, III. 110. a. & 113. d. & Heſychium in voce. *Ibid.* οἰνοφόρον penacute ſcriptum recte dedit codex mstus; non οἰνόφορον, ut edd. *Ibid.* ἄλλα ποτήρια παντοδαπὰ μικρὰ κθ'. Quoniam ſequitur continuo iterum, ἄλλα ποτήρια μικρὰ &c. non adiecto numero; haud

temere ſuſpicari licebit, priori loco ubi adiectus numerus b *viginti novem*, non μικρὰ ſcriptum oportuiſſe, ſed μακρὰ, *maiora*.

ἄλλα ποτήρια μικρὰ ῥυτὰ, καὶ βάτια. De poculis, quae ῥυτὰ vocabantur Graecis, ex profeſſo agit Noſter, pag. 496 ſq. Plerumque ut ſubſtantivum uſurpatur id nomen; & ſic fortaſſe hîc quoque accipiendum, commate poſt μικρὰ interſerto. Sed parum intereſſe videtur: nam ſua origine adiectivum vocabulum eſt: de cuius vi infra ſuo loco videbimus, pag. 467. e. Operarum errore ῥυσὰ pro ῥυτὰ h. l. legitur in ed. Caſ. 3. Dein vitioſum haud dubie eſt βασία, quod habet codex noſter, pro quo recte, ut videtur, βάτια ſcribitur in ed. Caſ. Qua de voce conſulendus HEMSTERHUSIUS loco paulo ante laudato, ſcil. ad Heſych. T. I. p. 706. Quae continuo deinde λυκουργοὶ hoc loco, conſentientibus libris, nominantur pocula, ea inferius pag. 486. c. d. rectius ut videtur, λυκιουργεῖς φιάλαι.

Βῆσσα. Sic edd. & mssti, geminatâ literâ ſibilante; & ſic noſter quidem codex cum in contextu, tum in orâ. Apud Heſychium vero habes Βησίον, (ſimplici lit. σ.) ποτήριον. Et Euſtathius ad Od. α'. pag. 39. l. 27. verbotenus citans hunc ex Epitoma Athenaei locum, ſimplici σ literâ βῆσα ſcripſit, diſertim adnotans, ita ſcriptum ſe id nomen ſuo in codice reperiſſe. Conf. Hemſterh. ad Polluc. X. 68. pag. 1229. Quod vero apud Polluc. VI. 96. legitur Βησιακὸν, id ex βατιάκιον corruptum.

AD CAP. XXVIII.

Βαυκαλίς. Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ αὕτη. ὡς Σώπατρος ὁ παρωδός· »βαυκαλὶς ἡ τετράκυκλος.« In SOPATRI verbis nihil de *Alexandria*: ergo illud, ὡς Σώπατρος, nonniſi eo pertinet, quod vocabulo βαυκαλὶς ille uſus ſit. Quid ſit vero quod ille ait, βαυκαλὶς ἡ τετράκυκλος, *quatuor circulis vel orbibus inſtructa*, eo minus perſpicuum eſt nobis, quod de vaſis huius forma nihil Athenaeus nos docuit, nihil certe excerpſit Breviator. Ubi de *curru* agebatur apud Noſtrum, V. 198. c. & e. τετράκυκλον dictum vidimus *quatuor rotis inſtructum*. Quod ſi hîc de *dolio* ageretur, intelligeremus *quatuor circulis cinctum revinctumque*: nam & *teſta-*

cea dolia, qualia haec fuerint, maioris firmitatis cauſſa circulis vel laminis quibusdam metallicis potuerint cingi. Caeterum, *refrigerando vino* inſerviiſſe τὴν βαύκαλιν, intelligitur ex Nicarchi epigrammate, in Anthol. Henr. Stephani lib. II. pag. 161. & in Analectis Brunckii, T. II. pag. 357. uberiusque docuit IACOBS, in Animadv. T. II. P. III. p. 43 ſq. Cum quo quidem minime convenire videtur id quod ex Alexandro Aphrodiſ. adnotavit Stephanus in Indice Theſ. pag. 623. f. βαυκάλιον (diminutivâ formâ) dici *vas anguſti oris*, a ſono quem edit quum aquâ repletur. Sed ad hanc ſoni notionem fortaſſe reſpexit idem SOPATER in *altero teſtimonio*, ubi fortaſſe dixit *lambere*, *ſorbillare* cum aliquo linguae & labiorum ſonitu. Ibidem, νᾶμα μελισσῶν Gallici interpretes intellexere *mel aquâ dilutum*: quae interpretatio perapte quidem convenit cum eo quod de *ſiti ex crapulâ* ibi adiicitur: ſed eâdem dictione nil aliud niſi *mel* ſignificatum vidimus lib. X. pag. 449. c. & 432. c. De *baucali* denique obſervemus, *aeneam* fuiſſe illam quae in Nicarchi praedicto epigrammate memoratur.

c Κατασκευάζουσι δὲ, φησὶν, οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τὴν ὕαλον.

Iſtud φησὶν, ut iam ſaepius monuimus, in *Epitoma* ſic poſitum, ad *Athenaeum* refertur. *Alexandrinum vitrum* laudans Salmaſius ad Solin. p. 769. omiſſo hoc Athenaei loco, ad illud Martialis diſtichon provocat:

Quum tibi Niliacus portet cryſtalla cataplus,
ſunt mihi de circo pocula Flaminio.

Diſertim vero etiam Alexandrinos vitriarios laudavit Strabo, lib. XVI. pag. 758. ed. Caſ. Qui dein memoratur *Lyſippus*, nobiliſſimus ille *ſtatuarius* eſt, qui (ut Plinius refert, XXXIV. 7, 17.) MD. opera confeciſſe perhibebatur, tantae omnia artis, ut claritatem poſſent dare vel ſingula. *Caſandrea* vel *Caſſandrea* nomen eſſe conſtat *inſtauratae a Caſandro* antiquae urbis Potidaeae, in Thracica Macedonia; cuius in vicinia fuit *Menda* oppidum, unde *Mendaeo vino* nomen. κέραμος quodcumque *vas figlinum* dicitur: ſed ſigillatim de *vaſe vinario* uſurpatur. Ad κεραμείων intellige ἀγγείων, niſi κεραμίων ſcriptum oportuit. Vide Animadv. ad I. 3. f.

Ad poſtrema verba, ἐξ ἑκάστου ἀποπλασάμενον ἴδιον ποιῆσαι πλάσμα, adnotavit CASAUBONUS: »In utroque »libro erat ἰδίᾳ, ſuperſcriptis τῷ α literis ον. Puto ſcri»bendum, ἐξ ἑκ. ἀπ. τὸ ἴδιον, ἴδια ποιῆσαι πλάσμα.

»τα, vel ἰδιάζον ποιῆσαι πλάσμα.« — Cum Caſauboni codicibus conſentit noſter.

AD CAP. XXIX.

Βίκος. Sic h. l. ſcripti cum edd. Nec aliter ſcribitur d apud Heſych. & Suidam. Nec male tamen βῖκος, penultimâ circumflexâ, ſcribebatur apud Noſtrum, I. 29. d. immo rectius fortaſſe: productâ certe ſyllabâ βι utitur poëta Archeſtratus apud eumdem Noſtrum III. 116. f. quare & per ει & per η interdum ex pravo librariorum more pro ι ſcriptum hoc vocab. reperitur. Sed & βικὸς nonnumquam acute ſcribitur, ut apud *Xenophontem*, loco hîc citato, Ἀναβασ. lib. I. haud procul a fine, pag. 212. ed. Baſ. Caeterum de uſu huius vocabuli vide Heſychii Interpp.

φιαλῶδες ποτήριον, κατὰ τὸν Παριανὸν Πολυδεύκην. Peculiare videtur, quod ex *Polluce Pariano* adfertur, βίκον eſſe ποτήριον φιαλῶδες. Caeterum grammaticum Lexicographumque doctiſſimum Iulium Pollucem, Naucratitam, novimus quidem omnes: *Pariani Pollucis* velim ſcire an alibi, ſi hunc Athenaei locum excipias, mentio occurrat. Mihi quidem nusquam memoratum reperire contigit.

Βομβυλιός. Monuit ad hunc locum Casaubonus: »De *bombylio* dictum libro ſexto, cap. XVIII.« — Nempe ad VI. 262. b. ubi vide notata. Eſt ſcil. *bombylius*, vas potorium anguſto collo, e quo guttatim bibitur, ita ut ſonitum edat lagena. βομβυλίος h. l. penacute ſcribitur in noſtro codice: (in ed. Caſ. ubi maiusculis literis ſcripta vaſorum nomina, non adpoſiti ſunt accentus:) in opere pleniore vero, XI. 484. e. & 488. a. recte in ultima notatur accentus. Sic apud Heſychium; cuius tota gloſſa huc transſcribi meretur: Βομβυλιός· ποτηρίου γένος, κατὰ μικρὸν πότον [immo, τὸ ποτὸν] στάξαντος. [forſ. στάζοντος.] ὅθεν διὰ τὸν ἦχον οὕτω κεκλῆσθαι. ἢ ζῷον, ἦχόν τινα ποιοῦν, τοῦ γένους τῶν σφηκῶν, ἢ μέλισσα μεγάλη, ἢ μυῖα. Ubi vide quae notarunt Interpretes. Reperias tamen & antepenacute ſcriptum vocabulum; ut apud Polluc. X. 68.

οὗ περὶ τῆς ἰδέας Σωκράτης φησίν· Οἱ μὲν ἐκ φιάλης πίνοντες &c. *Socrates* ille quis ſit, qui in teſtimonium hîc vocatur, difficile dictu. Κράτης ſcriptum oportuiſſe, & de *Cratete* comico accipiendum, ſuſpicatus erat Kor-

d PIERS, Obſerv. Philol. pag. 29. At nihil poëtici coloris ineſſe videtur verbis ex hoc auctore citatis. *Grammaticum* CRATETEM potius intelligam equidem, ſaepius laudatum Athenaeo. Maiorem veri ſpeciem habet, quod idem KOPPIERS ibidem ſtatuebat, in fine teſtimonii ex hoc auctore citati, pro στάζοντες, quod habent libri, στάζοντος ex Heſychii loco paulo ante laudato, corrigendum eſſe. At quum in fine ſuſpenſa ſit oratio, nil certi ſtatui poteſt. Si στάζοντες teneamus, activa notione accipiendum hoc verbum fuerit.

Βρομιάδες. A *Bromio*, id eſt, Baccho, nomen invenire iſtud poculorum genus potuit. Sed ignotum aliis auctoribus vocabulum.

AD CAP. XXX.

Γραμματικὸν ἔκπωμα. »Quicquid erat literas in»ſcriptum, Graeci Γραμματικὸν, Latini *literatum* dixerunt: »ut, *frons literata:* & in Rudente, de urna: *Nam haec li»terata eſt: ab ſe cantat cuia ſiet.* Γραμματικοῦ ποτηρίου me»minit Lexiphanes Lucianeus.« CASAUBONUS.

Ἄλεξις· Τὴν ὄψιν εἶπω &c. De his *ALEXIDIS* verſibus, & quo pacto ſupplementum, quod ex Epitomâ (ubi defectum erat plenius Athenaei opus) inſeruimus, continuetur hoc loco in pleniore opere, dictum eſt ſupra ad pag. 466. d. ubi vide notata. In Epitomâ terminatur iſta *Alexidis* ecloga in verbis ἔχον κύκλῳ τε γράμματα: in pleniore vero opere (cuius folium illud, quod poſt folia deperdita proximum ſupereſt, ab iſtis verbis incipit, στρογγύλον, μικρὸν &c.) reliqua adiiciuntur. In his quidem *verſ.* 4. Ἄρα γε ἕνδεκα ſcribitur in editis, nec alia ſcriptura e cod. *A.* adnotata, nec adeſt vulgo *interrogandi ſignum;* ut taceam perſonarum notas, quae nusquam adiectae. Secutus ſum vero CASAUBONUM, Ἆρά γ' ἕνδεκα corrigentem, ut ſupra dictum eſt, & interrogative accipientem haec verba. p. 466 e

Τοιοῦτον εἶδομεν ποτήριον &c. »*Literati poculi exemplum* »commemorat Sophiſta coenarum *Capuae viſum ſibi, Dia»nae conſecratum, ex Homericis verſibus petito caelaturae ar»gumento;* ipſis etiam *inſculptis* inibi *verſibus* poëtae, *tam»quam eſſet Neſtoris poculum:* non quod voluerit artifex »perſuadere hominibus, eſſe hoc illud ipſum poculum,

» quo Neſtor uſus; ſed hanc fuiſſe illius figuram, aucto-
» re poëtâ. Similes poculo huic videntur fuiſſe illi duo
» *ſcyphi Homerici* Neronis, de quibus Suetonius in vita,
» cap. 47. Faciunt iniuriam induſtrii artificis manibus, qui
» *ſtolidum* hîc illum appellant. [Quod *Dalecampius* fecerat, ea ratione niſus, quod Homerici verſus inſculpti eſſe non poſſent in poculo Neſtoris, Homero longe vetuſtioris.] » Sed non aſſecuti ſunt viri boni mentem Athenaei; qui » infra, in Νεστορὶς, [pag. 489. b.] ſcribit, *vulgus Capua-*
» *norum pro vere Neſtoreo id poculum habuiſſe.*« CASAUB.

Ἀχαιὸς δ' ὁ τραγικὸς &c. »Subiicitur huic aliud literas
» inſcriptum poculum ex *ACHAEI tragici Omphale*: cuius
» verſus, male in vulgatis codicibus acceptos, ita ſcribi-
» mus. Loquitur unus Satyrorum:

» Ὁ δὲ σκύφος με τοῦ θεοῦ καλεῖ πάλαι, f
» τὸ γράμμα φαῖνον, δέλτ', ἰῶτα, καὶ τρίτον
» ο, νυ τ' αὖ πάρεστι, κ' οὐκ ἄπεστιν υ.
» ἐκ τοῦ 'πέκεινα σαν, τό τ' ο κηρύσσετον.

» *Dudum eſt cum me Dei ſcyphus vocat, literam oſtendens*, Δ.
» I. *& tertiam* O. *etiam* N *adeſt: neque abeſt* Υ. *Ulterius prae-*
» *dicant* Dei nomen *duae literae* Σ *&* O. Ut plenum ſit Διο-
» νύσου nomen, unum a fine υ deſideratur: quod cur a
» caelatore fuerit praetermiſſum, vel ab Achaeo potius,
» explicat accurate Athenaeus. Eſt autem eius rei cauſſa:
» quod *veteres* (legendum enim ex *Epit.* πάντες οἱ ἀρχαῖοι,
» non οἱ Ἀχαιοί.) vocalem ο pronuntiabant ου. Unde
» factum, ut pro ſimplici vocali interdum ſcriberent ου:
» ut libro ſuperiore cap. XX. [X. 453. d.] & contra, pro
» diphthongo, ſimplex ο: ut hoc in loco. Addit Athenaeus:
» παραπλησίως δὲ καὶ τὸ υ γράφουσιν ὅταν καὶ καθ' αὑτὸ
» μόνον ἐκφωνῆται, καὶ ὅταν συζευγνυμένου τοῦ ἰῶτα. Ut
» ο pro ου ſcripſerunt: ſic etiam υ pro diphthongo υι. Ita
» quidem vulgata lectio: at non ita manu exarata. Nam
» in Excerptis ſumma huius τηρησειδίου ita proponitur:
» Ὅτι πάντες οἱ ἀρχαῖοι τῷ ου ἀντὶ τοῦ ο στοιχείου προσε-
» χρῶντο. παραπλησίως [δὲ additur in noſtro cod.] καὶ τῷ
» ει ἀντὶ τοῦ ε. Fortaſſe non male.« CASAUBONUS.

In *Epit.* deſunt *ACHAEI verſus*, & ſtatim poſt verba ἔχον κύκλῳ τε γράμματα (quae leguntur in quarto Alexidis verſu) ſubiiciuntur iſta, modo a Caſaub. citata, Ὅτι πάντες οἱ ἀρχαῖοι &c. *Primus verſus* maiori ex parte repetitur infra, pag. 498. e. In *verſ.* 2. pro φαῖνον, quod

f tenet ms. *A.* cum editis, φαίνων utique corrigendum exiſtimavi cum TOUPIO in Epiſt. Crit. pag. 99. & TYRWHITTO apud Burgeſs, in Notis ad Daweſii Miſc. Crit. ubi tractatur hic locus pag. 424 ſq. Librarii (quod ſexcenties alibi factum videas) genus adiectivi retulerunt ad proximum ſubſtantivum τὸ γράμμα. At conſtructio ſic concipienda, *σκύφος φαίνων τὸ γράμμα, ſcyphus oſtendens hanc inſcriptionem.* Nam τὸ γράμμα hîc idem valet ac τὸ ἐπίγραμμα, ut V. 209. d. coll. cum b. Vide Animadv. T. III. pag. 180 extr.

Tertius & quartus verſus ſic editi legebantur:

ο ν τοῦ υ πάρεστι κοὐκ ἀπουσίαν
ἐκ τοῦ πέκεινα σαν τό τε ο κηρύσσετον.

Quos ſic refingendos cenſuit DAWES, Miſcellaneor. Crit. pag. 123.

ου, νυ πάρεστι, κοὐκ ἀπουσίαν ἔχει (vel ἐχ' ὑ)
υ 'κ τοῦ 'πέκεινα (vel ἐκ τοῦ 'πέκεινα) σαν, τό τ' ο
κηρύσσετον.

Ubi κηρύσσετον interpretatus eſt *proferte*; quaſi hoc diceret unus e Satyris, duos alios adloquens. TOUPIUS, leviſſimâ mutatione, ſic corrigebat:

Ο. Νυ, τό τ' Υ πάρεστι, κ' οὐκ ἀπουσίαν
ἐκ τοῦ 'πέκεινα Σαν τό τ' Ο κηρύσσετον;

TYRWHITTUS, caetera Toupii tenens, prius hemiſtichium tertii verſus ſic ſcribendum cenſuit,

ο, νυ τε κ' υ πάρεστι. —

Cum vero iſta, κ' οὐκ ἀπουσίαν κηρύσσετον, interrogative accepiſſet *Toupius*, interpretatusque eſſet, *nonne vero literae* Σ *&* Ο *indicant aliquid deeſſe?* multo commodius praeſtantiſſimus *Tyrwhitt*, eadem verba in hanc accepit ſententiam, *& ex alia parte* Σ *&* Ο *proclamant non-abſentiam*, i. e. *praeſentiam.* coll. Euripid. Hippol. 196. Thucyd. I. 137. ibique Dukeri not. & Sophocl. Ai. 540. *Tertio verſu* ad ſententiam nihil intereſt, utrum νυ τε κ' υ legas, an νυ τό τ' υ: ſed poſteriorem rationem probavimus, ut ſcripturae librorum propiorem: nam ex ΤΟΤΥ facile in του υ (quod habet cod. *A.* cum edd.) aberrare potuerunt librarii. Initio vero eiusdem verſus non ο, ſed ω, dedit noſter codex: quam ſcripturam non aſpernandam putavi. Nec vero idcirco ΔΙΩΝΥΣ. per ω longum ſcriptum in calice fuiſſe adfirmo; (quamquam citra abſurditatem id ſtatui poſſet, niſi paulo poſt, pag. 467. a. bis Διονύσου conſen-

tientibus libris ſcriberetur:) ſed eodem pertinet iſta ſcriptura atque illa quam poſtremo verſu idem codex exhibet, τὸ τε ου ſcribens; non τὸ τε ο, ut erat editum: iterumque idem codex continuo deinde τῷ ου ἀπεχρῶντο, non τῷ ο: rurſusque paulo poſt (p. 467. a.) διὰ τοῦ ου μόνου γράφουσι, non, ut editum erat, διὰ τοῦ ο μόνον. Nempe iſtae literae (ω & ου) in hoc vetere codice ita ſcriptae ſunt, uti illarum *nomina* olim pronunciabantur. Atqui nomen quo deſignabatur vocalis ο, olim ου erat; ita ut, qui illam vocalem per ſe nominare vellet, is ου diceret: quod perſpicue declaratum vidimus lib. X. pag. 453. d. & f. Contra, *nomen* τοῦ ω *longi*, ſimpliciter ω erat, & ut latinum *o* pronunciabatur. Quare poëta, cum vellet hoc loco ſonum ο pronunciari, ω ſcribere debuit. Poſtremo vero verſu ου debuit ſcribere, quo ſimul indicaretur litera ο, quae inſcriptionem claudebat, ſimul ſonus *u*, quo illa vocalis in legenda inſcriptione iſta efferri debuit, ut audiretur illud vocabulum, quod ſignificare caelator voluerat; nempe ea vox quam vulgo his literis ſcribimus, Διονύσου. Atque etiam Epitomae auctor, licet & verſus iſtos omiſerit, & inſequentia Athenaei verba in arctum admodum contraxerit; tamen, quod ait, πάντες οἱ ἀρχαῖοι (ſic recte etiam noſter cod. *Epit.* non Ἀχαιοὶ) τῷ ου ἀντὶ τοῦ ο στοιχείου προσεχρῶντο, haud obſcure oſtendit, in ipſius etiam exemplo Operis plenioris ου, non ο, ſcriptum ſe reperiſſe. Simillima ratio eſt proximae obſervationis, παραπλησίως δὲ a
καὶ τὸ ει (ſic enim recte, non τὸ υ, habent ambo noſtri codices) γράφουσιν &c. ubi τὸ ει non intelligenda diphthongus, nec duae iſtae literae ε & ι, ſed illa vocalis ſimplex, quae olim ει (*ei*, unâ ſyllabâ pronunciatum) nominabatur, poſtea vulgo *epſilon*: quo de nomine ει vide itidem libro X. pag. 453. d. & f. Ad extremum vero, ad communem & ſua aetate uſitatum ſcribendi morem redit Athenaeus, ubi ait: κἂν τοῖς προκειμένοις οὖν – – τὴν τελευταῖαν συλλαβὴν διὰ τοῦ ο μόνου, ὡς βραχέος &c. ubi βραχέος, pro edito βραχέως, dedit vetus codex, in ſcripturam ο vero cum editis conſentit. Caeterum de nuda litera ο interdum pro diphthongo ου uſurpata, vide Suidam in Φιλοξένου γραμμάτιον, & quos ibi laudavit Küſterus, quem non praeteriit hic Athenaei locus.

τὸ δὲ σαν ἀντὶ τοῦ σίγμα Δωρικῶς εἰρήκασιν. »De *ſan* »Dorico, vulgo notum ex Herodoto & aliis.« Casaubo-

NUS. — σίγμα, penacute, & hîc & lin. ſeq. ſcribunt ambo codices. Priori loco nude σ ſcribebatur in editis, & dein σῖγμα, ut & X. 453. d. De dorico *ſan* Herodotum vide I. 139. & quos ibi laudavit Weſſeling. Confer Noſtrum, X. 454 extr. & Schol. ad *ARISTOPHANIS* verſum, mox ab Athenaeo citatum, ex *Nubibus*, num. 122.

b οἱ γὰρ μουσικοὶ, καθάπερ πολλάκις Ἀριστόξενός φησιν, τὸ σίγμα λέγειν παρητοῦντο - - - τὸ δὲ ῥω διὰ τὸ εὔκολον πολλάκις παραλαμβάνουσι. Cur haec per particulam cauſſalem γὰρ cum ſuperioribus iunxerit auctor noſter, non video: quare placet quod eſt in *Epitoma*, οἱ δὲ μουσικοὶ, ὡς Ἀριστοξ. φησὶν &c. Placet item, quod non habet adverbium πολλάκις cum Ἀριστοξ. iunctum: ac videtur utique, niſi prorſus abundat illa vox, transpoſitis verbis ſcribi debuiſſe, οἱ δὲ μουσικοὶ πολλάκις, καθάπερ Ἀριστοξ. aut πολλάκις τὸ σίγμα λέγειν παρητ. *Muſici* autem, quos dicit, intelligi debent qui *Dorica* lingua uſi ſunt. Quod adiicit, τὸ δὲ ῥω - - παραλαμβάνουσι: non (ut *Villebrunius* accepit) ſignificat *iunxiſſe illos literae s ſonum literae r:* ſed, *ſaepius r literam adhibuiſſe*, ſeu *r literâ uſos eſſe*, ſcilicet loco literae *s:* quod frequentiſſime quidem omnium Spartani, ſed & frequenter Dores omnes & Aeoles fecerunt. Vide Caſauboni Animadv. ad VIII. 341. a. & Maittaire Dialect. pag. 146 ſq.

καὶ Πίνδαρος δὲ &c. »*PINDARI* verba exercuerunt nos »libro X. cap. XXI.« CASAUBONUS. — Immo & nos exercitos habuerunt. Vide ad X. 455. c. Nec tamen ad liquidum deducta ſunt.

c Ad *EUBULI* ex *Neottide* teſtimonium, quum ſic editum eſſet: Μισῶ κάκιστον γραμματικὸν ἔκπομα † εἶτ' ἀρ' ὡς ὅμοιον &c. obiter adnotavit CASAUBONUS: »*Eubuli* locus »per nos haud deſinet eſſe ſtigmatias.« — Nec nobis ad eum emendandum certi quidquam occurrebat, niſi id quod codex *A.* obtulit, ἔκπωμα, recte ſic per ω ſcriptum, pro mendoſo ἔκπομα. De quo vitio monuit etiam FIORILLO, Obſervation. in Athen. pag. 83. cuius quidem reliqua ratio, qua corrigendum hunc locum digerendosque verſus ſtatuebat, talis eſt, ut gratiam nobis vir doctus habiturus videatur, ſi eam hîc ſilentio praetermiſerimus. ADAMUS, referente Villebrunio, tali quodam modo conſtituendos verſus cenſuerat:

Μισῶ κάκιστον γραμματικὸν ἔκπωμ'. ἐπεὶ

ἕτερον ὅμοιον οὗμὸς υἱὸς ᾤχετο c
ἔχων φιάλιον. —

Quae ſequuntur, τῷ δὲ πολλὰ γίνεται ὅμοια, ea videtur idem *Adamus* (quemadmodum & *Villebrunius* & *Fiorillo*) pro Athenaei verbis habuiſſe. Nobis probabilior viſa erat DALECAMPII ratio, ſtatuentis poëtae verba eſſe, ſed alii perſonae tribuenda. Ac ſane patitur verſus:

ἔχων φιάλιον. Β. Τῷ δὲ πολλὰ γίνεται
ὅμοια. —

AD CAP. XXXI.

Γυάλα. »Vel invitis libris omnibus γυάλαι ſcri»bendum. Legi apud Euripidem γύαλα κρατήρων: [id eſt, »*craterum cava*, vel *fundi*:] neque abnuero, etiam γύα»λα κυλίκων poſſe dici. At γύαλον, pro *poculo*, non le»ges: ſed γυάλης. Sic in omnibus deinceps exemplis.« CASAUBONUS. — Γυάλα (ſic ſcriptum) cum editis habet ms. *Ep.* Videtur vero Γυάλας oportuiſſe; ſicut mox legitur, γυάλας, ποτηρίου εἶδος. Item apud Etymologum p. 243. l. 13. Γυάλας, εἶδος ποτηρίου παρὰ Μακεδόσι. Quod ipſum etiam latet in illo mendoſo apud Heſychium, Γυλλὰς, εἶδος ποτηρίου, παρὰ Μακεδόνων. Confer vero etiam Heſychii Interpp. T. I. pag. 863. not. 2. & Maittaire Dialect. pag. 279. Codex *A.* in contextu habet Γύαλα, in ora vero (ſic) περὶ γύλης.

Παρθένιος δ' ὁ τοῦ Διονυσίου. Sic ſcriptum oportuit, ut p. 501. a. & XV. 680. d. Confer Suidam in Διονύσιος Ἀλεξανδρεύς: & Ionſium, DE Scriptt. Hiſt. Phil. p. 15 ſq.

Μαρσύας, ὁ ἱερεὺς τοῦ Ἡρακλέους. Sic recte ms. *A.* Perperam Ἡρακλέος edd. Tres memorantur *MARSYAE*, hiſtorici omnes: quorum duo, alter *ſenior*, Alexandri M. aequalis & coalumnus; alter *iunior*, Res Macedonicas ſcripſere. Uter horum fuerit *Herculis ſacerdos*, nusquam proditum reperi: ſed, ex *rerum Macedonicarum* libris ductum eſſe teſtimonium hîc citatum, inde colligo, quod & Heſychius & Etymologus diſerte doceant, *gyalam* poculi genus apud *Macedonas* dici. Caeterum, quam & tenuiter & parum adcurate hac in parte operis Epitomam ſuam confecerit Breviator, hoc exemplo intelligat lector. Nam de *gyala* nil aliud in Epit. legitur, niſi haec ipſa verba: Γυάλα, ποτήριον Μεγαρικόν. οἴνου πλήρη γυάλοις ἔχοντα τινά.

AD CAP. XXXII.

d Δεῖνος. »Pro Δεῖνος ſcriptum in Excerptis Δεινιάς: »quod eſt idem: & additur, λέγεται δὲ ἡ δεινιὰς καὶ δῖνος.« CASAUBONUS. — Turbatum utique in Epitoma eſt huius Capitis initium: non quidem unius Breviatoris culpâ, ſed partim librariorum, partim etiam ipſius Athenaei (ut videtur) errore. In noſtro codice non habet hoc caput, ut alia omnia, titulum rubro ſcriptum; nec in ora notatur poculi nomen, de quo hîc agitur. Incipit autem hoc modo: Θηρίκλειον καὶ δεινιάς: ἀπὸ τῶν σκευασμάτων (ſic perperam pro σκευασάντων) ἔχουσι τὰ ὀνόματα. λέγεται δὲ καὶ δεινιὰς καὶ δεῖνος. Ἀρχέδικος· Νικοστράτην τινὰ &c. De vocab. δεινιὰς continuo deinde videbimus. De ſcripturâ vocabuli δεῖνος, *poculum* ſignificante, dubitari poteſt: & variant non modo librarii, ſed & ipſi auctores, Grammatici certe. Apud Heſychium & Suidam δεῖνος ſcribitur: ſed δῖνος apud Pollucem, VI. 99. & Etymologum, pag. 277. l. 14. Apud Athenaeum toto hoc capite conſtanter diphthongo ει utitur ms. *A.* cum editis. In Epitomae codice noſtro, praedicto loco, ſuper δεῖνος ſcripta litera ι ſcripturam δῖνος indicat, quam ſolam in ſuo cod. Epit. (quemadmodum Caſaubonus in Hoeſcheliano) repererat Euſtathius, totum hoc caput citans ad Iliad. υ'. pag. 1283. l. 3 ſqq. ſed ipſe, utram ſcripturam alteri praeferendam ſtatueret, addubitans. At noſter codex in *Archedici* teſtimonio bis rurſus δεῖνον ſcribit, literâ iota ne ſuperne quidem adnotatâ. Tum idem σκοτοδίνην quidem ſcribit, ſed diphthongo ει ſuperne adpoſitâ: rurſus idem in *Teleſillae* teſtimonio, in contextu quidem δῖνον habet, ſed ει inter lineas. Rurſus vero apud Noſtrum p. 503. c. ambo noſtri codices δίνον (ſic) ſcribunt: mendoſe id quidem, hactenus certe, quod *acuitur* penultima, quae *circumflecti* ſaltem debebat. Et δῖνος, penultimâ circumflexâ, ſed ſimplici ι vocali, praeter auctores ſupra nominatos, ſcribit quoque vetus Ariſtophanis interpres, formam etiam huius vaſis, & materiam e qua confici ſolitum, declarans. Κεραμεοῦν ἐστι (ait, ad Nub. 380.) βαθὺ ποτήριον, ὃ καλεῖται δῖνος· ὅπερ ἄνω εὐρύτερον ὂν, κάτω εἰς ὀξὺ λήγει. Aliter vero, ad Veſp. 615. Δῖνος δέ ἐστιν ἀγγεῖόν τι κεράμειον, βάσιν οὐκ ἔχον, ἀλλὰ στρογγύλον κάτω. Caeterum a Graeco iſto vocabulo, utcumque ſcripſeris,

vetus Latinum Varroni citatum, *tina*, derivandum cen- d
ſuerunt Salmaſius in Exercit. Plin. pag. 165. & Voſſius in Etymologico.

Ὅτι καὶ τοῦτο ποτηρίου ὄνομα &c. Iſtam particulam Ὅτι h. l. dedit vetus codex *A.* non eâ notione, qua a Breviatore uſurpatam ſaepe memoravimus; ſed cauſſali notione. Negari tamen non poteſt, haud ſatis concinne procedere hîc orationem: at nec commodius procedet, ſi eam particulam cum editis libris omittas. Neque alioqui mirum in concinnanda oratione artificem Athenaeum noſtrum obſervavimus. Malles dein, δῆλοι Διονύσιος &c. Sed iſtud verbum h. l. non admittit conſequens orationis ſtructura.

Ποτήρι' ἡ γραῦς &c. »Verſus eſt elegans veteris comi- »ci: [*DIONYSII Sinopenſis:*]

»Ποτήρι' ἡ γραῦς, ἄλλο δ' οὐδὲ ἓν βλέπει.

»ſententiae eiusdem cum Latinorum proverbio, *Anus ad* »*armillum.*« CASAUBONUS.

Κλεάνθης δ' ὁ φιλόσοφος, ἐν τῷ περὶ Μεταλήψεως, ἀπὸ τῶν κατασκευασάντων, φησὶν, ὀνομασθῆναι τήν τε θηρί- e κλειον κύλικα καὶ τὴν δεινιάδα. *CLEANTHIS* ille liber, a Laërtio in Librorum huius philoſophi recenſu praetermiſſus, rurſus citatur pag. 471. b. ſuper eodem argumento. Libri inſcriptionem, περὶ Μεταλήψεως, *de Sumtionibus*, interpretatus eſt DALECAMPIUS, adiectâ ad oram Notâ: »Opinionibus & iis quae hominum longâ conſuetudine »inoluerunt.« — KÜSTERUS (in Athenaei exemplo, quod ipſius olim fuerat) *de Permutatione* vel *Reciprocatione* latine reddendum cenſuit. Dalecampii verſionem, *de Sumtionibus*, tenuit Menagius ad Laërt. VII. 174. Perſpecte vero CASAUBONUS ad pag. 471. docuit, μετάληψιν illam accipiendam eſſe de *Translatione dictionum ab una ſignificatione ad aliam.* Quid ſit vero, quod hoc loco ad iſtud *Cleanthis* teſtimonium provocaverit Athenaeus, non exputo. Ubi de *thericleo poculo* agitur, pag. 471. b. ibi recte illud & ſuo loco adpoſitum eſt: nam thericleum poculum ab artifice, qui eius formam fabricamque invenerat, nomen habebat. (conf. Suid. & Heſych. in Θηρικλ. & Athen. pag. 470. f.) Sed δεινιὰς, quam ibidem nominavit Cleanthes, non eſt *poculi* nomen: & cum δείνῳ poculo, de quo hîc agitur, nihil commune habet, niſi ſoni ſimilitudinem initio vocabuli. Certe apud nullum vete-

e rem ſcriptorem & apud nullum Grammaticum vox δεινιὰς ut nomen poculi cuiusdam reperitur, ſi unum Euſtathium excipias; qui diſerte quidem ad Iliad. υ'. p. 1283. l. 4. ita ſcribit: τὸ ποτήριον μέντοι ὁ δῖνος, ὃ καὶ δεινιὰς λέγεται ἀπὸ τοῦ σκευάσαντος Δεινίου, καθὰ καὶ Θηρίκλειον ἀπὸ Θηρικλέους, &c. quae, ut alia quae ibidem ſcribit, ex Athenaeo (id eſt, ex Athenaei Epitoma) ſe ſumſiſſe ipſe profeſſus eſt. Et ſic quidem etiam (ut iam ſupra dictum) ſcribitur in Epitoma: Θηρίκλειον καὶ δεινιὰς ἀπὸ τῶν σκευασάντων (nam σκευασμάτων librarii erratum eſt) ἔχουσι τὰ ὀνόματα. λέγεται δὲ καὶ δεινιὰς καὶ δεῖνος. (vel, ut in Euſtathii codice ſcriptum erat, & in noſtro inter lineas, καὶ δῖνος.) At Athenaeus id nec diſerte dixit, nec ullo certo teſtimonio talem uſum vocabuli δεινιὰς probavit: ſed, quoniam iſta *Cleanthis* verba hîc adpoſuit, quae plane nihil huc faciunt, niſi ſtatuas voce δεινιὰς ſignificari aliquod *poculi* genus; Breviator, de errore Athenaei nihil ſuſpicatus, bona fide vocabulum δεινιὰς pro ſynonymo vocabuli δεῖνος accepit. Verum aut egregie ego fallor, aut ipſe Athenaeus (infinitae quidem lectionis copiâ abundans Grammaticus, ſed in quo haud raro ſelectum rerum & iudicii ſubtilitatem deſideres) ſoni quadam ſimilitudine deceptus, nec ſpatium ſibi ſumens ad revocandum in memoriam id quod facile ipſe noſſe poterat, iſta Cleanthis verba obtorto collo huc traxit. δεινιάδες, non *poculorum*, ſed *calceorum* quoddam genus eſſe, non modo diſerto Heſychii (ſub hac ipſa voce) & Pollucis teſtimonio (VII. 89.) conſtat: ſed, ne ipſum quidem *Cleanthem* aliter intellexiſſe, colligi videtur ex parallelo loco pag. 471. a. ubi duobus nominibus, Θηρίκλειον & δεινιὰς, iungitur tertium, ἰφικρατὶς. Atqui, ἰφικρατίδας plane, ut δεινιάδας, eſſe *calceorum* quoddam genus, iidem omnes quos nominavi veteres Grammatici docent; quibus accedit diſertiſſimum Diodori Siculi teſtimonium, lib. XV. cap. 44.

Strattidis comici nomen, ſimplici τ litera ſcriptum (Στράτιδος) hîc exhibet ms. *A.* cum edd. quemadmodum & aliâs ſubinde reperitur. Illius teſtimonium praetermiſit Breviator: quare nec Euſtathius eius meminit loco paullo ante citato. *Creontis caput ſimile eſſe*, ait poëta, (ex edita olim huius loci ſcripturâ) δείνῳ περὶ κάτω τετρημένῳ, id eſt, *perforato*, vel *pertuſo ſubtus dino*, ut vertit

Dalecamp. At, ſi probum eſſet id verbum, non περὶ κά- e
τω, ſed περὶ τὰ κάτω fuerat dicendum. Nobis quidem unice verum viſum erat τετραμμένῳ, quod dedit vetus cod. *A.* ita ut praepoſitio περὶ ad verbum referretur, valeretque δεῖνος περιτετραμμένος κάτω idem ac ἐστραμμένος, *ita ut* τὰ ἄνω *ſint* κάτω, quemadmodum pag. 781. e. dixit Antiphanes comicus. Nam περιτρέπεσθαι idem fere valet ac στρέφεσθαι, *inverti, ſubverti.* Sic apud Lucianum, perpetuum optimorum poëtarum imitatorem, ubi ait, χειμὼν ὀλίγου δεῖν περιέτρεψεν ἡμῖν τὴν ναῦν, (in Charonte ſ. Contemplantibus, cap. 7.) illud περιέτρεψε τὴν ναῦν non nude valet *circumegit*, ſed *evertit, ſubvertit, deorſum vertit navim.* Confer eumdem in Iove Tragoedo cap. 49. & in Icaromenippo cap. 10. T. VII. pag. 14. & T. VI. pag. 283. ed. Bipont. Quare ſententia poëtae, cum ait, *Creontis ſinciput ſimile eſſe poculo inverſo*, haec (ni fallor) fuerit, *vacuum eſt, cerebrum non habet.*

Νικοστράτην τιν' ἤγαγον &c. »In *ARCHEDICI* verſu »non Σκοτοδείνην, ut hodie, ſed Σκοτοδίνην legit Euſta»thius: [ad Iliad. υ'. pag. 1283. l. 6.] atque hinc probat »etiam, poculi nomen per ι ſcribi ſolitum. Neque obſtat »quod etiam in Graecorum lexicis per ει ſcribitur: nam, »ut alibi diximus, ει & ι paſſim confuſa in antiquis Lexi»cographorum libris: itemque αι & ε. Scribo igitur ver»ba Archedici:

»A. Νικοστράτην τιν' ἤγαγον πρώην σφόδρα
»γρυπὴν, Σκοτοδίνην ἐπικαλουμένην ὅτι
»δῖνόν ποτ' ἦρεν ἀργυροῦν ἐν τῷ σκότῳ.
»B. Δῖνον; κακόν γε τοῦτο δεινὸν ὦ θεοί. «

CASAUBONUS. — De noſtri codicis ſcripturâ, & omnino de varietate ſcripturae in *poculi nomine* de quo hîc agitur, & a quo cognomen habuit illa puella, paullo ante dictum eſt, ad huius capitis initium. Ineſt vero in nomine Σκοτοδείνη vel Σκοτοδίνη ambiguitas, in qua hîc ludi videtur. Nempe Σκοτοδίνη videtur cognominata fuiſſe illa puella; quaſi, *quae tenebricoſâ vertigine percellat iuvenes eam adſpicientes.* Illud nomen is, qui hîc loquens inducitur, in eum ſenſum detorquet, quaſi inde nomen illa habuiſſet, quod *aliquando* δεῖνον *argentum in tenebris ſubripuiſſet.* Ibi, (*verſ.* 3.) ut ſupra dixi, δεῖνόν ποτ' ſcribitur f
in utroque noſtro cod. *A.* & *Ep.* nec ſuperſcriptum ι: ſed δῖνόν ποτ' in ſuo codice repererat Euſtathius. In eiusdem

f verſus fine ſuper σκότῳ notata diphthongus ει diverſam ſcripturam σκότει indicat: quae, ſi Grammaticos nonnullos audias, una vere Attica forma fuit; quod tamen recte negant alii. Vide Moerin pag. 354. & Thomam Mag. pag. 800. & quae notata ſunt ab utriusque Interpretibus.

In *quarto verſiculo* dubius haeſi. Nimis utique liberalis Caſaubonus; verba nonnulla ultro adiiciens, quae ignorant libri. At nec ſcripturam codicis *A.* δεινὸν καὶ δεῖνον, quam tenent editi libri, nec ſcripturam Epitomae, δεῖνον; δεινὸν, ferebat iambici metri ratio. Quare nos δεινόν γε. δεῖνον; coniectabamus: id eſt, *miram ſane rem*, vel *nefariam narras. Dinum illa ſubripuit?* Sed ſubiit animum cogitatio, aliam fortaſſe amphiboliam hîc ſpectaſſe poëtam, & δεινόν γε δῖνον! forte ſcripſiſſe: id eſt, *miram ſane vertiginem!*

ὡς Ἀπολλοφάνης ἐν Δαλίδι. Temere Ἀπολλοφάνη ed. Caſ. 3. Pro Δαυλίδι vero, quod erat editum, recte Δαλίδι dedit ms. *A.* Vide notata ad III. 114. f. ubi tamen corrigi velim, quod neſcio quo pacto mihi ibi exciderat ut dicerem, editionem Venetam hoc loco cum ms. *A.* in Δαλίδι conſentire: nam mendoſa ſcriptura Δαυλίδι ex ipſa editione Ven. in alias omnes propagata eſt. Verſiculum *APOLLOPHANIS*, in editis ſic ſcriptum,

Δεῖνος τὶς δεινὸς καὶ καλαθίσκος οὗτοσί:

quum reprobaret metrica lex, ſpondeum in ſecunda ſenarii ſede reſpuens: »Mirum (ait HERMANNUS, DE Me»tris, pag. 166.) ni ſcripſit poëta:

δῖνος γε δεινος και καλαθισκος οὗτοσι.

Nobis quum τι, pro τις, daret vetus codex *A.* δεινόν τι viſum erat ſcriptum oportuiſſe, & dein δεῖνος, ut cohaererent iſta, δεῖνος καὶ καλαθίσκος οὗτοσί. Vocabulum δεῖνος etiam *ſaltationem* quamdam ſignificare, Heſychius quoque monuit; ubi adnotavit doctus Editor: »Δῖ»νος Erotiano eſt etiam εἶδος ὀρχήσεως.« Et facile equidem credam, in iſto quidem ſignificatu Δῖνος per ſimplex *iota* veram eſſe aut certe magis legitimam vocis ſcripturam; cum a τῇ δίνῃ vel τῷ δίνῳ, id eſt *gyro*, probabile ſit nominatam illam ſaltationem. καλαθίσκος pariter *ſaltationis* cuiusdam nomen eſt, cuius rurſus meminit Noſter, lib. XIV. pag. 629. f. & 630. a. ubi perperam vulgo καλαθισμὸς editur. Vide Heſychii Interpp. ad voc. Καλαθίσκος.

Τελεσίλλα δὲ ἡ Ἀργεῖα καὶ τὴν ἄλω καλεῖ δεῖνον. Scri- f
pturam δεῖνον hîc quoque tenet ms. *A.* itemque ms. *Ep.* in contextu; qui tamen δῖνον inter lineas notatum habet, quod in ſuo codice unice ſcriptum Euſtathius reperiſſe videtur. Quae poſterior ſcriptura vera videtur: nam, ut *ſaltationem* quamdam, ſic & *aream*, in qua exteritur triticum, παρὰ τὸ δινοῦν, a *circumagendo* vel *gyrando* dictam eſſe veriſimile eſt; quoniam in gyrum circumagebantur triturantes boves. Sic etiam δῖνος, *area*, ſcribitur apud Aelianum, Hiſt. Anim. lib. II. c. 25. & IV. 25. Confer Schneiderum ad priorem Aeliani locum, &, quem ille laudat, Valckenarium ad Herodot. II. 14.

Κυρηναῖοι δὲ τὸν ποδονιπτῆρα δεῖνον ὀνομάζουσι. »Ait, *Cy-* »*renenſium* dialecto δῖνον ſignificaſſe τὸν ποδονιπτῆρα, *pel-* »*vim* ſive *pollubrum*: affini ſignificatione uſurparunt alii »pro *pſyctere*, ut poſtea [pag. 503. c.] dicetur. « Casaubonus. — Rurſus h. l. δεῖνον ms. *A.* In *Epit.* omiſſum hîc vocabulum, conciſeque ſcribitur, Κυρηναῖοι δὲ τὸν ποδονιπτῆρα.

ὡς Φιλήτας φησὶν ἐν Ἀττικοῖς. Vulgatum ita defendit Toupius in Epiſt. Crit. pag. 141. ut idem intelligatur opus, quod aliâs hoc titulo ἐν Ἀτάκτοις citari ſolet: cuius plenior fortaſſe titulus fuiſſet, Ἀττικὰ ἄτακτα. At nusquam alibi *Philetae* Ἀττικὰ, ſaepius vero Ἄτακτα citantur; veluti paullo ſuperius, hac ipſâ pag. lit. c. ubi *Megarenſium* uſus vocabuli γυάλας notatur, ſicut hîc *Cyrenenſium* uſus vocabuli δεῖνος vel δῖνος. Quare vix dubito, quin hîc, ut ibi, ἐν Ἀτάκτοις ſcriptum oportuerit.

AD CAP. XXXIII.

Δέπαστρον. Σιληνὸς καὶ Κλείταρχος ἐν Γλώσσαις, a
παρὰ Κλειτορίοις τὰ ποτήρια καλεῖσθαι. »Videtur ſcri- »bendum, τὰ ποτήρια δέπαστρα καλεῖσθαι. « Casaubonus. — Aut hoc utique, aut certe τὰ ποτήρια οὕτως καλεῖσθαι, ſcripſerit auctor: niſi initio non Δέπαστρον, ſed Δέπαστρα ſcripſit. Nihil vero mutat vetus codex: in Epitoma autem de toto hoc capite nihil excerptum. Taceo uſitatiſſimam Grammaticis ellipſin verbi φασί.

In *Antimachi* eclogâ agi videtur de eodem *Adraſti convivio*, cuius mentio facta in ipſo huius libri initio. *Verſ.* 1. Ἄδρηστος, ionice formatum nomen, dedit ms. *A.*

Verſ. 2. perperam ῥέξαι μὲν ms. *A.* Recte ῥεξέμεν edd. Nempe, ὅτα Ἄδριστος ἐκέλευσεν (ſcil. τοὺς θεράποντας, vel τοὺς κήρυκας, coll. pag. 475. e.) ἐποιχομένους ῥεξέμεν, (i. e. ῥέξειν,) πάντα μάλα, intellige ἔρεξαν. Deinde pro vulgato χεῦε, neceſſario χεῦαν vel χεῦον ſcriptum oportuit: de quo monuit etiam SCHELLENBERG in Antimachi Reliquiis pag. 58. ἀσκηθὲς μέλι, *illaeſum, illibatum mel*, i. e. puriſſimum, praeſtans, eximium.

b *Verſ.* 5. Cum legeretur εἰστιῶσι, monuit *Schellenberg* l. c. verbum hoc ſecundam ſyllabam productam habere poſſe, adeoque nihil mutandum. Nempe ἰστίη, *lar, focus*, ſecundam producit apud Homer. Od. ξ'. 159. & ρ'. 156. At, cur primam ſyllabam per diphthongum ſcripſerint editores, non video: ἑστιῶσι ſaltem oportuit, ut dedit noſter cod. *A.* Quum vero & nomen ἑστία, & Ionicum ἑστίη, (apud Heſiod. Ἔργ. 732.) & verbum ἑστιᾶν, ſecundam corripiant; fortaſſe ἑστιόωσι ſcribi debuerat. Caeterum, quid hîc illâ ῥήσει ſignificetur, ἐκ χερὸς ἑστιῶσι, haud ſane perſpicuum. Videtur utique ἑστιῶσι (vel ἑστιόωσι) eſſe dativus participii ad βασιλεῦσιν referendus; quo pacto etiam Dalecampius accepit, *convivantibus* vertens. Verumtamen ἑστιᾶν alioqui ſignificat *ad focum admittere, convivio excipere*; non, *convivari, epulari*; niſi hunc verbi uſum proprium huius poëtae eſſe ſtatuamus. Pro ἐκ χερὸς, e cod. *A.* ἐκ χερῶς adnotatum, quod nihil promovet: nos latine *e veſtigio* reddidimus, quo ſenſu ſaepius apud Polybium occurrentem iſtam dictionem obſerveramus.

Quod ſequebatur deinde in editis, Ἄλλος δὲ vel Ἀλλοις δὲ &c. pro eo recte Ἄλλοι δὲ dedit optimus noſter codex, ut ex coniect. corrigendum cenſuerat SCHELLENBERG, l. c. pag. 59. Iſti *duo verſus*, Καὶ χρύσεια δέπαστρα, καὶ ἀσκηθὲς &c. repetuntur infra, pag. 475. e.

AD CAP. XXXIV.

c Δακτυλωτὸν ἔκπωμα. Caſaubonus (contra quam in editt. vett. factum erat) poſt primam vocem interpungens, ſic edidit: ΔΑΚΤΥΛΩΤΟ'Ν. ἔκπωμα οὕτως καλουμ. At nusquam vocab. δακτυλωτὸν ſubſtantive tamquam aliquod poculi nomen occurrit. Sed adiective δακτυλωτὸν ἔκπωμα dixerat *Ion* Chius, vetus poëta: e cuius

teſtimonio, continuo deinde citato, titulum Athenaeus c praepoſuit huic capiti; quod totum fere in excutienda hac quaeſtione, quid ſit quod *digitatum poculum* Ion dixerit, verſatur. De cuius appellationis cauſſa, & notione quam ei ſubieciſſet hic poëta, quum mire diſſentiant Grammatici, quorum ſententias late exponit hoc capite Athenaeus; falſos eſſe illos omnes fidenter adfirmavit Toupius in Epiſt. Crit. pag. 86. alio Athenaei noſtri loco nitens, ſcil. XI. pag. 480. d. e. ex quo perſpicuum eſſe ille ſibi perſuaſerat »Ἔκπωμα δακτυλωτὸν eſſe *pocu-* »*lum*, quod non torno, ſed manu ſive *digito* affabre fa- »ctum ſit. «

Οἴσει δὲ δῶρον &c. »In *Ionis* verſibus, οἴσει δῶρον »(*verſ.* 1.) exponere debes, *auferet praemium;* non [ut »Dalecamp.] *afferet:* &, Κάστορος δ' ἔργον ποδῶν, (*verſ.* »3.) *opus pedum Caſtoris;* id eſt, quod olim Caſtor prae- »mium curſus eſt conſecutus. « Casaubonus. — Rectius vero Toupius l. c. monuit, οἴσει ſecundam perſonam verbi medii eſſe, atticâ & ionicâ formâ, pro communi οἴσῃ, *feres tibi, reportabis.*

Ἐπιγένης μὲν οὖν &c. »*Epigenes*, qui hîc lauda- »tur, antiquus fuit criticus, multorum poëtarum inter- »pres. Scripſerat [*Commentarium*] *in Ionem Chium*, ut hinc »apparet: item in Orpheum, ut docent iſta Clementis »Alex. lib. V. [Stromat. pag. 675. ed. Pott.] Ἐπιγένης »ἐν τῷ περὶ τῆς Ὀρφέως ποιήσεως, τὰ ἰδιάζοντα παρ' »Ὀρφεῖ ἐκτιθέμενος, φησί. [conf. Stromat. lib. I. p. 397.] »Huius (*Epigenis*) verba ſunt, explicantis δακτυλωτὸν »ἔκπωμα apud *Ionem*, τὸ ἄμφωτον ποτήριον, εἰς ὃ οἷόν τε »τοὺς δακτύλους διείρειν ἑκατέρωθεν: *poculum utrinque* »*auritum, in quod digitos inſerere poſſis ab utraque parte.* Per- »peram vulgati libri & interpretes, διαιρεῖν: [ſic vero & ms. *A.* cum hîc, tum infra, lit. *f.* quod *digitos dividere* reddidit Dalec.] »quod emendavimus primum ex ingenio, »deinde ex Euſtathio & Excerptis. Idem error paulo poſt »corrigendus, in verbis *Philemonis.* « Casaubonus. — De *Epigene* adnotare ſaltem debebat Caſaubonus, in codicibus mſstis hîc non legi eius nomen, ſed Ἐπιμένης ſcribi: in quam quidem ſcripturam noſtri duo codices conſentiunt. Tum Ἐπιγμένης excuſum in ed. Ven. & Baſ. quod demum in Ἐπιγένης mutavit Caſaub. Recte vero διείρειν, pro mendoſo διαιρεῖν, cum Excerptis Hoeſchelia-

nis habet etiam noſter codex *Epit.* & Euſtath. ad Iliad. Ψ'. p. 1412. l. 47. Eâdem notione in eodem argumento verbum ἐνείρειν habes apud Heſych. in Δακτυλωτόν. In re ſimili, παρείρειν τὴν χεῖρα dixit Polyb. XVIII. 1, 13.

ἄχραντον δὲ πυρὶ, παρὰ τὸ Ὁμηρικὸν,

d — ἄπυρον κατέθηκε λέβητα:

τὸ ἐπιτήδειον - - - ἢ τὸ πρὸς ψυχροποσίαν εὔθετον. »In »illis *Ionis* verſibus, quibus *poculi digitati* fit mentio, idem »ἔκπωμα etiam ἄχραντον πυρὶ nuncupatur. Id quoque ex»plicatur Athenaeo; & quidem multifariam: ut ſatis ap»pareat, parum conſtitiſſe inter veteres criticos, cur *Ion* »ſic eſſet locutus.« CASAUBONUS. — Homerica verba habes Iliad. Ψ'. 267. Dein ſubiiciebatur, cum in editis, tum in utroque msto, τὸν ἐπιτήδειον &c. librario genus nominis adiectivi referente ad proximum ſubſtantivum λέβητα, cum ad illud ſubſtantivum referri debuiſſet, quo uſus *Ion* erat, nempe ad ἔκπωμα; ad quod refertur etiam adiectivum ἄχραντον πυρὶ, de quo nunc agitur. Recte vero in proxime ſequenti membro *neutrum* genus, ἢ τὸ - - εὔθετον, ſervatum eſt in ms. *A.* atque etiam in ms. *Ep.* in contextu: quare etiam in priori membro τὸ ἐπιτήδειον correxi, nil moratus quod in ms. *Epit.* inter lineas τὸν notatum.

Mox dein, περὶ δὲ τὴν Μολοσσίδα, non Μολοττίδα, dedit cod. ms. uterque. Et, cum editum eſſet ἱστοροῦνται ὑπερφυῆ τὰ κέρατα ἔχειν, percommode quidem adiectus articulus erat, ſed ignorant eum ambo mssti: quare, quoniam abeſſe poterat, delevi. Verba autem ἱστοροῦνται ὑπερφυῆ ſedes inter ſe mutare iuſſi, auctoritate codicis *A.* THEOPOMPI locum, quem dein reſpicit auctor noſter, habes infra, pag. 476.

Βέλτιον δὲ λέγειν, φησὶν ὁ Δίδυμος ἐν τῷ τοῦ δράματος Ἐξηγητικῷ, ὅτι παρήκουσεν Ὁμήρου λέγοντος &c. »DIDY»MUS *in Enarratione* (praedictae) *fabulae* (Ionis) reprehendere *Ionem* auſus eſt, ac dicere, *poculum illi dictum eſſe* ἄχραντον πυρὶ, *quia male accepiſſet Homeri verſum* in decurſione Patrocli, [Iliad. Ψ'. 270.]

»πέμπτῳ δ' ἀμφίθετον φιάλην ἀπύρωτον ἔθηκεν.

»de quo vide infra, in Φιάλη [pag. 500 extr. & ſq.] *Pu»tavit Ion*, ait Didymus, φιάλην *illo verſu poculum di»ci: falſo: nam Homerus intelligit aeneum vas patens admo»dum, lebeti ſimile, ſuscipiendae frigidae aptum.* Dalecampius,

» quod de *Ione* dixerat Didymus, ad *Epigenem* transtulit. » Melius Breviator, [interpretis simul personam, ut subinde aliâs, agens:] » Δίδυμός φησιν, ὅτι παρήκουσεν Ἴωνος » Ὁμήρου. Sed hoc leve, praeut quod volunt iidem, [at » nemo praeter unum Dalecampium] pro δράματος scri- » bendum esse δρομήματος: nam quid absurdum, si hoc » non est? Simile illud, cum in Homeri versu πέμπτῳ » exponunt *quinto convivae;* cum debuissent, *quinto equo-* » *rum agitatori.* « CASAUBONUS. — *DIDYMI* liber, qui hîc nominatur Ἐξηγητικὸς (scil. λόγος) vel Ἐξηγητικὸν (βιβλίον) τοῦ Ἴωνος δράματος, infra (XIV. 634. e.) hoc titulo citatur, αἱ πρὸς Ἴωνα Ἀντεξηγήσεις. Quod ait χαλ- e κεῖον ἐκπέταλον, de vocab. ἐκπεταλος vide Valckenar. ad Herodot. pag. 264. Operarum erratum, ἐπιτηδείους ἔχον (pro ἐπιτηδείως) ex ed. Cas. 1. in ed. 2. & 3. propagatum est.

οἷον κύκλῳ τὴν φιάλην κοιλότητα ἔχουσαν ἔνδοθεν οἷον δακτύλων, ᾗ ἐμπεριείληπται τοῖς τῶν πινόντων δακτύλοις. Istam ῥῆσιν in latina versione verbum de verbo interpretatus sum: sententiam non percepi: miror vero si sana & integra sit oratio. E cod. *A.* nulla prorsus lectionis varietas enotata est: parum vero promovet ms. *Ep.* ᾗ ἐπεὶ περιείληπται scribens, pro ᾗ ἐμπεριειλ. Relativum quidem istud pronomen ᾗ haud obscure ad κοιλότητα referri videtur; quod vocab. ita in singulari numero positum agnoscit idem noster codex Epit. Suo iudicio Eustathius (ad Iliad. ψ'. pag. 1412. l. 46.) *pluralem* posuisse videtur, ita scribens: δακτυλωτὸν λέγεται, ὡς κοιλότητας ἔχον ἔνδοθεν οἷον δακτύλων κατὰ τὸν Δίδυμον: omissis reliquis. Admodum vero placeret hic pluralis, si dein αἷς, non ᾗ, sequeretur: sic quidem satis commoda prodiret sententia.

» προθεὶς κάλπις, φησὶ δακτυλωτὸν ἔκπωμα. Id est, f » *praeposita* ad exponendum *voce* κάλπις, *ait esse poculum* » *digitatum.* De hoc usu vocis προθεὶς saepe diximus. De » hoc poculo infra. « CASAUBONUS. — De verbo προ- θεὶς, vide ad VII. 281. e. Animadv. T. IV. pag. 77. Vox Κάλπις infra non occurrit: sed diminutivum nomen Καλπίον, pag. 475. c. Nec vero κάλπις penacute, (quemadmodum Casaubonus in Animadv. scripsit, unde in ed. Cas. 2. & 3. translatum) sed acute καλπὶς scribitur hoc loco in ed. Ven. & Bas. 1. consentiente quod sciam cod. *A.* (In Epit. quidem deest tota ῥῆσις.) Quae si vera est scri-

ſptura, fuerit καλπὶς, quemadmodum καλπίον, diminutiva nominis forma; cuius primitivum Κάλπος, ποτηρίου εἶδος, ab Heſychio adnotatum. Penacute pronunciatam vocem κάλπις aut κάλπη, *urnam*, vel *ſituſam*, ſignificare notum eſt. Quod vero ait, δακτυλωτὸν ἔκπωμα, non videtur eſſe propria interpretatio τῆς καλπίδος: ſed cum in his, quae de *calpide* dixerat *Philemon*, in mentionem incidiſſet τοῦ δακτυλωτοῦ ἐκπώματος, ea occaſione docet, quale ſit poculum quod δακτυλωτὸν dicatur. Caeterum adparet, hanc *Philemonis* interpretationem ad verbum repetitam eſſe ex illa *Epigenis*, quam paullo ante vidimus. Quare illam praetermiſit Breviator: ſed ſicut ille in Epigenis verbis recte διείρειν ſcripſit, non διαιρεῖν: ſic & hoc loco (ut ibi a Caſaubono monitum eſt) δ ι ε ί ρ ε ι ν fuit corrigendum.

AD CAP. XXXV.

Δαμόξενός φησιν ἐν Α ὐ τ ὸ ν πενθοῦντι. Ad editam olim ſcripturam ἐν αὐτῷ πενθοῦντι, monuit CASAUBONUS: »Scribe, ἐν ἑαυτὸν πενθοῦντι. Meminit Suidas ex hoc loco.« — Nempe Suidas, in Δαμόξενος, diſerte ait, *comici huius fabulam, cui titulus* Ἑαυτὸν πενθῶν, *citari ab Athenaeo libro Undecimo.* In noſtro vero cod. *A.* perſpicue hîc ſic ſcribitur, ἐν Α ὐ τ ὸ ν πενθοῦντι.

In *DAMOXENI verſ.* 1. cum perperam ἥκειν φέρων eſſet editum, ἥ κ ε ι ſcribendum monuit idem CASAUB. Idque ipſum recte nobis dedit noſter cod. *A.* Breviator, omiſſo primo verſu, ſic ſcripſit: Δαμόξενος· ἐλέφας. τί a δ' ἐστὶ τοῦτο &c. *Verſus* 3. nullâ interpoſitâ verbis diſtinctione ſic ſcribebatur in editis:

δίκρουνον ἠλίκον τι τρεῖς χωροῦν χόας.

Quo ſpectat CASAUBONI monitum: »Verſum tertium »ſcribe:

»δίκρουνον. ἠλίκον τι; τρεῖς χωροῦν χόας.«

Et eodem prorſus modo diſtinctiones poſitae in utroque cod. mssto. In ms. *Ep.* etiam *interrogatio* eâdem notâ, qua nos vulgo utimur, indicatur: in ms. *A.* vero poſt ἠλίκον τι nude interpungitur oratio: nusquam enim in illo codice interrogationis nota occurrit. Recte vero orationem diſtinxerat etiam Dalecamp. in latina verſione, & perſonarum quoque vices notaverat. Pro ἠλίκον τι; deſidera-

veram πηλίκον τι; Nihil vero mutant libri, tenentque rela- a
tivum interrogative accipiendum. Sed veriſſime obſer-
vatum a CORAYO noſtro nunc demum animadverto, ſic
ſcriptum oportuiſſe continuato ſermone, ἡλίκον τι τρεῖς
χωρεῖν χόας: id eſt, *tantae magnitudinis ut tres fere con-
gios capiat.* Verba Damoxeni citans Euſtathius (ad Iliad.
Ψ'. 1394. l. 12.) χοᾶς accentu circumflexo ſcribit: nem-
pe Epitomen ſecutus, quae eamdem praefert ſcripturam.
Percommode id quidem, a recto caſu ὁ χοεύς: eamque
ſcripturam unice vere Atticam eſſe contendunt vulgo
Grammatici. Vide Moer. p. 412. Ammon. pag. 148. Tho-
mam M. pag. 917. Sed nec χόας reprobum, quod hîc
cum editis habet ms. *A.* Sic rurſus χόας, & in ſing. χόα,
pag. 497. *a.* & *b.* (a nominativo ὁ χοῦς.) & ſic ſaepe
aliâs. conf. XI. 495. c. X. 437. c. d. &c. Ipſumque rectum
caſum χοῦς Menandro uſurpatum vidimus X. 426. c. De-
nique in eisdem *Damoxeni* verbis etiam apud Heſychium,
qui ea citat ſub voce Ἐλέφαντα, χόας penacute ſcribitur.

Verſ. 4. Ἀλκωνος ἔργον. *Alconis* artificis meminere Pli-
nius, XXXIV. 14, 40. Pauſanias, III. 14. pag. 242. &
Ovidius, Metam. XIII. 684.

Verſ. 5. Cum ſic legeretur, ἐν κυψέλοις ἡδέως, Dale-
campius ex conject. vertit: (*Olim vero praebibebat mihi*)
lubenter in eo Cypſelus. Cuius verſionem reſpiciens CA-
SAUBONUS in Animadv. ait: »Scribe ἐν Κυψέλοισιν
»ἡδέως: melius quam ut alii emendant. *Cypſela*, nomen
»arcis in Arcadia: & oppidi cuiusdam in Thracia.« ——
Quartum & quintum verſum praetermiſit Breviator: per-
opportune vero ἐν Κυψέλοις Ἀδαῖος dedit nobis codex
A. Fuerat autem *Adaeus* dux mercenariorum militum
Philippi regis, ut diſcimus ex Noſtro, XII. 532. e. Unde
etiam probabile fit, *Cypſela* hîc intelligi debere Thraci-
cum oppidum, quod in Philippi fuit poteſtate.

καὶ Ἐπίνικος, οὗ τὸ μαρτύριον παρέξομαι &c. Vide pag.
497. a. b.

AD CAP. XXXVI.

Ἔφηβος. τὸ καλούμενον ποτήριον ἐμβασικοίταν
οὕτως φησὶ καλεῖσθαι Φιλήμων ὁ Ἀθηναῖος. »Euſtathius [ad
»Iliad. Ψ'. pag. 1412. l. 37.] legit ἐμβασιχύταν. Quod
»ſum miratus: nam & membranae & Excerpta & Petro-

» nius Arbiter ἐμβασικοίταν tuentur. « CASAUBONUS. — Petronii verba iam citaverat DALECAMPIUS: *Quaeso, inquam, domina, certe embaſicoeten iuſſeras dari.* Euſtathius l. c. alium etiam erravit errorem: nam pro *Philemone Atheniensi*, Grammatico, *comicum Philemonem* nominavit, qui Syracuſius fuerat, diverſus ab illo. In Athenaei Epitoma, e qua ille ſua hauſit, nude ſic ſcribitur: Ἔστι δὲ καὶ Ἔφηβος ποτήριον, ὃ καὶ ἐμβασικοίτας, ὡς φησὶ Φιλήμων. Caeterum *ephebi* poculi meminerat Athenaeus etiam lib. X. p. 424. c. qui locus cum hoc conferendus. ἐμβασικοίτας vero dictum poculum, ſive quod eo uterentur priusquam cubitum irent; ſive, ut interpretatus eſt H. STEPHANUS, Theſ. T. I. pag. 645 extr. quod faceret cubitum ire potantes; ut maius aliquod fuiſſe poculum intelligatur.

b Τούτῳ προέπιεν ὁ βασιλεὺς &c. » In illo *STEPHANI* verſu ſic erat exponendum προπίνειν κώμην τινὶ, ut apud » Demoſthenem προπίνειν τῷ Φιλίππῳ τὴν ἐλευθερίαν, & » τὰς πόλεις, pro *inter pocula dare* & *prodere*. Veteres ex» plicant χαρίζεσθαι, ut in illo Anacreontis, ἀλλὰ πρό» πινε ῥᾳδίνους ὦ φίλε μηρούς. Sic libro XII. [pag. 534. e.] » de Alcibiade, προπιὼν τῷ Θρασύλλῳ τὰ ἡμίση τῶν πο» τηρίων τῶν ἐπὶ τῷ κυλικείῳ: id eſt, *cum propinaſſet Thra» ſyllo dimidiam partem poculorum, quae in poculorum theca » erant:* vel, *ſuper menſa poculorum*, propter ἐπί. At, κώ» μην eſſe poculi nomen, [quod Dalecamp. ſtatuerat] tam » alienum a vero quam quod maxime. *Verſu* iſto [*quarto*,]

» Εἰς τὰς δ' ὁ διακὸς ὅλος ἀπηνέχθην ἐγώ:

» quid ſit reſtituendum quaero adhuc; niſi cui placeat, » εἰς τάσδε διαβολὰς ἀπην. ἐγ. Iudicent eruditi. « CASAUBONUS. — Mireris illud *Dalecampii* παρόραμα ſilentio praetermiſſum ab Animadverſore, quod ex *Thuria Thurios* fecit, quaſi de Italiae loco ageretur, cum ſit *Meſſeniae oppidum*, cuius multi meminere auctores, quorum teſtimonia diligentiſſimus Cellarius in Orbe Antiq. collegit. *Samuelis* PETITI inventa qui noſſe cupit, Καινὸν *vici* vel *populi* nomen (Καινῶν κώμην) eſſe fingentis, tum Θουρίαν in Θρακίαν mutantis, & quae ſunt id genus alia, is adeat eius Miſcellan. lib. VII. c. 3. Tres priores verſus nullam habent difficultatem. Notionem verbi προπίνειν, ante Caſaubonum, adcurate iam expoſuerat Henr. STEPHANUS, Theſ. T. III. pag. 307. conf. Reiskii Indicem in Demoſth. Pro προέπιεν ὁ βασ. ex Atticorum uſu προὔπιεν

δ' ὁ βασιλεὺς corrigendum PIERSONUS cenſuit, ad Moer. b
pag. 302. At nihil urgere videtur, ut *Soſiam*, qui hîc loquitur, puriſſime Attice loquentem faciamus. *Verſu* 2. teneri fortaſſe, ut in familiari ac fere triviali ſermone, poſſit repetita particula νῦν. *Verſ.* 3. operarum errore in ed. Caſ. 2. & 3. omiſſus eſt artic. τὴν ante Θουρίαν.

Quartus verſus monſtroſe utique corruptus eſt: nec vero ulla ſpecie ſe commendat coniectura a Caſaubono propoſita. Sed certiſſima mihi viſa erat ADAMI emendatio, pro εἰς τὰς δ' ὁ διακὸς, εἰς τὰς ῥοδιακὰς legentis: verbum vero ἀπηνέχθην non cum *Villebrunio* (cui neſcio an & hactenus praeiverit *Adamus*) in eam ſententiam accipiendum putavi, quam his verbis ille expreſſit, *je n'ai de paſſion que pour les vaſes de Rhode;* ſed ita, ut, cum Soſia de *propinatione* locutus eſſet, alter fateatur, ſe ad illud verbum nihil aliud niſi *potoria vaſa* cogitare potuiſſe. Celebrata autem erant *Rhodiaca pocula:* quae τὰ Ῥοδιακὰ vocantur apud Noſtrum, XI. 502. e. 472. b. & 497. a. & ῥοδιακοὶ σκύφοι, pag. 500. b. Sic apud Heſychium: Ῥοδιακόν· ποτηρίου καὶ ἐκπώματος εἶδος. Hoc loco τὰς Ῥοδιακὰς poëta dicit in foeminino genere, vel φιάλας vel κύλικας ſubintelligens; quae ſubſtantiva frequenter in poculorum nominibus foeminini generis ſubintellecta omittuntur, veluti in Ἠπίκλειος, in Σελευκὶς, Ἀντιγονὶς, Ῥοδὶς, & ſimilibus. Et notandum hoc quod modo nominavi vocabulum, ῥοδὶς, idem valens ac ἡ ῥοδιακὴ vel τὸ ῥοδιακόν: quare coniunxit Pollux VI. 96. ῥοδιάδα (ſive ῥοδιάδας in plur. ſcribendum ibi fuerat & Σελευκίδας, quemadmodum Ἀντιγονίδας in plur. poſitum) ἢ Ῥοδιακά: itemque Photius in Lexico msto, (citatus ab Heſychii editore ad vocem Ῥοδιακόν) Ῥοδιακὸν καὶ Ῥοδὶς, εἶδος ἐκπώματος. οὕτως Δίφιλος. Nempe Diphilus, (ut infra videbimus, ad XI. 496. f.) cum ῥοδιάδων in aliqua fabula poſuiſſet, pro eodem vocabulo in repetita eiusdem fabulae editione ῥοδιακῶν ſcripſit. Cuius diverſae formae, qua idem nomen efferebatur, eo hîc mentionem feci, quod inde intelligitur, quo pacto accidere potuerit, ut apud Athenaeum hoc loco in vetere codice vocabulum ῥοδιακὰς primâ literâ truncatum ſit, eiusque locum litera δ occupaverit. Scilicet ſuper ῥοδιακὰς in vetuſtiore quodam codice litera δ inter lineas poſita fuiſſe videtur, diverſam ſcripturam ῥοδιάδας pro ῥοδιακὰς indicans;

b quae litera δ quum nimis ad dextram eſſet poſita, a feſtinante quodam librario ad literam ρ relata eſt: ita ex ῥοδιακὰς monſtroſum illud δ' ὁ διακὸς enatum eſt. Verumtamen in eodem hoc verſu aegre caream equidem particulâ δὲ: quae fortaſſe, cum ſic ſcripſiſſet poëta,

εἰς τὰς ῥοδιακὰς δ' ὅλος ἀπηνέχθην ἐγὼ,

ſuâ ſede expulſa eſt, poſtquam praedicta corruptela libros invaſerat. Caeterum cum ῥοδιακαῖς, quae hîc nominantur, non confundendae fuerint illae Ῥοδιακαὶ χυτρίδες, pag. 464. c. memoratae.

AD CAP. XXXVII.

Ἡυποτίδες. » Apud Pollucem lib. VI. cap. 16. [ſect. » 96.] ita ſcriptum eſt in poculorum cenſu: καλοῦνται δὲ » καὶ ἡδυποτίδες, ἀβρώμιοι, ῥυταὶ, δονοί. Nihil hîc ſani, ſed » ſanatu facilia omnia. Scribe: καὶ ἡδυποτίδες αἱ Ῥόδιαι, » ῥυτὰ, δῖνοι. « CASAUBONUS. — Vide ibi Interpretum notas. Apud Heſychium in ſing. non ἡδυποτὶς ſcribitur, ſed ἡδυπότις penacute: minus recte.

ὁ Σάμιος Λυγκεύς. De *LYNCEO SAMIO* plura alibi paſſim. Vide initium libri IV. Quae vero hîc adferuntur, ex eius *Epiſtola ad Diagoram* ſumta videntur, quam III. 109. d. & ſaepius alibi nominatim citavit Deipnoſophiſta. Quod dein edidimus, αὐτοῖς τοῖς πλουσίοις, id & veſtigiis veteris ſcripturae, quae noſter codex ſervavit, conſentaneum erat, &, ſic ſcriptum oportuiſſe, manifeſte clamabat orationis connexio. Illis αὐτοῖς τοῖς πλουσίοις, *ſolis divitibus*, opponitur dein quod ſequitur, καὶ τοῖς πένησι, *etiam pauperibus*. ῥυθμὸς, quod aliâs *numerum* & *modulum vocis* ſignificat, hîc de *conformatione & proportione partium* vaſis dicitur. Quod de *levitate* ait, qua pocula (*argentea* puta) fabricati ſunt Rhodii, cum eo conferre iuvabit quae leguntur apud Noſtrum, VI. 230. c. & d.

c In *EPIGENIS verſu priori*, pro ψυκτήρια, quod vulgo hic legebatur, ψυκτῆρα correxi, quod & metri ratio deſiderabat, & libri dabant pag. 502. e. ubi idem teſtimonium, auctius etiam ab initio, citatur.

In *CRATINI verſu* (quem ſimul cum *Epigenis* & *Semi* teſtimonio omiſit Breviator) non ἡδυποτίδας, ſed ἡ δυπότια ſcribitur in cod. *A.* quod cur non reſtitueremus

auctori nulla cauſſa fuit. Sane nihil obſtat, quo minus auctoritate vetuſtiſſimi codicis credamus, ἡδυπότια a *Cratino* nominata fuiſſe pocula eiusdem generis, quae aliàs ἡδυποτίδες vulgo dicebantur.

AD CAP. XXXVIII.

Ἡρακλείου. Intellige δέπας. Nec vero vulgo uſitatum erat poculi genus iſto nomine: ſed totum hoc caput e priſca fabuloſa hiſtoria petitum. *Ibid.* λαβεῖν δ' αὐτὸ παρ' ὠκεανοῦ Ἡρακλέα. Recte αὐτὸ ms. *A.* nempe τὸ δέπας: non αὐτὸν, ut erat editum. Perperam vero παρ' ὠκεανὸν habet idem codex, ubi recte παρ' ὠκεανοῦ edd. Verba iſta, λαβεῖν — Ἡρακλέα, deſunt Epitomae.

Μή ποτε δὲ, ἐπεὶ μεγάλοις ἔχαιρε ποτηρίοις ὁ ἥρως &c. »*Finxerunt olim poëtae & pictores, Herculi ad Geryonis bo-*»*ves naviganti, pro navi, magnum poculum fuiſſe:* ſicut et-»iam ſuperiori capite [in Supplem. pag. 781. d.] dictum »eſt, Cauſſam eius figmenti [Adiiciuntur hîc in ed. Caſ. 2. 3. uncis incluſa haec:] »(varie prodiderunt veteres. »Servius ſic, ad librum ſeptimum: *Hercules Geryonem vi-*»*cit; qui ideo fingitur ad eum ollâ* (ſic vocat, quam alii »*phialam*) *aeneâ transvectus: quod habuit navim fortem &* »*aere munitam.*) Athenaeus vero cauſſam ſuſpicatur eſſe »hanc: *quod magnis poculis ſolitus Hercules delectari.* Sic il-»le: μή ποτε δὲ, ἐπεὶ μεγάλοις [perperam in ed. Caſ. 2. & 3. in contextu nude ſcribitur μή ποτε μεγάλοις, omiſſis vocibus δὲ & ἐπεὶ] »ἔχαιρε ποτηρίοις ὁ ἥρως, διὰ τὰ »μέγεθος παίζοντες οἱ ποιηταὶ καὶ συγγραφεῖς, πλεῖν »αὐτὸν ἐν ποτηρίῳ ἐμυθολόγησαν; Puto verius, οἱ ποιη-»ταὶ καὶ οἱ γραφεῖς. Nam *pictores & poëtae* talium fi-»gmentorum fabri extiterunt, non οἱ συγγραφεῖς. [quod ſonat, *hiſtorici.*] »Per *pictores* intellige omnes ſimulacro-»rum artifices; de quibus dictum capite ſecundo, [ad p. »461. c.] cum in gemino huic loco explicaremus ver-»bum δημιουργοῦσιν.« Casaubonus. — De *Herculis poculo*, quod finxere poëtae, conſulendus Apollodorus, Biblioth. lib. II. cap. 5. cum Heynii adnotationibus p. 392 ſqq. & Bentley, in Differt. upon the Epiſtles of Phalaris, pag. 114 ſq. (pag. 213. verſ. lat. ed. Lipſ.) Nec vero ſolicitanda videtur ſcriptura καὶ συγγραφεῖς, i. e. *atque etiam hiſtorici nonnulli;* ſive, *qui ſolutâ oratione pri-*

ſcam hiſtoriam fabularem deſcripſere: quo referendus praeſertim *Pherecydes*, cuius teſtimonium deinde pag. 470. d. e. adponitur. Conferre etiam de *Herculis poculo* iuvabit, quae ex Athenaeo maxime memoravit Macrobius, Saturnal. V. 21. quae ille his verbis concluſit: *Ego tamen arbitror, non poculo Herculem maria transvectum, ſed navigio cui ſcyphi nomen fuit.* Quae de eodem argumento apud Euſtathium ad Od. ι'. pag. 359. l. 27 ſqq. leguntur, ex eiusdem noſtri Athenaei Epitomâ ducta ſunt. De *Erythea* vel *Erythia* inſula vide Heynium ad Apollodor. p. 386 ſqq.

e Ὅτι δὲ καὶ ὁ ἥλιος ἐπὶ ποτηρίου διεκομίζετο ἐπὶ τὴν δύσιν, &c. » Addit auctor, fuiſſe qui dicerent *vehi ſolem* » *ab Oriente ad Occidentem in poculo.* Inepti homines, cum » nunquam totus appareat Solis globus, induxerunt in » animum credere, id quod oculis cernimus eſſe τὸ κυρ- » τὸν cavi cuiusdam quo Solis corpus contineretur: at- » que illud cavum appellaverunt *poculum* ſive navigium: » nam olim utriusque eadem ferme fuerunt & figura & » nomen; ut κύμβη, κύμβιον, ἀκάτιος, σκαφὶς & κάνθα- » ρος. Quid hoc fingi queat magis ridiculum? Tamen et- » iam ſapientes de Sole & Luna disputantes nomen diſci » videas uſurpare. Videtur autem Manes haereſiarcha hinc » mutuatus ſuum illud ridiculum dogma: Solem & Lu- » nam navigia eſſe, quibus defunctorum animae in bea- » torum regionem transportarentur. Theodoritus, Poly- » morphi libro primo, in Manetis haereſi: τοτὲ δὲ πλοῖα » λέγοντες εἶναι, intellige *Solem ac Lunam*, τὰς τῶν τελευ- » τώντων ψυχὰς ἀπὸ τῆς ὕλης μετάγοντα πρὸς τὸ φῶς. » Epiphanius: πλοῖα ἤτοι πορθμεῖα εἶναι λέγει (*Manes*) τοὺς » δύο φωστῆρας. Improbiſſimi hominis commentum tale » fuit, eodem auctore: Ἐλθὼν (*Dei filius*) καὶ ποιήσας » τὴν δημιουργίαν πρὸς σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων, μηχανὴν » συνεστήσατο ἔχουσαν δώδεκα κάδους, ἥτις ὑπὸ τῆς σφαί- » ρας στρεφομένη ἀνιμᾶται τῶν ζῳνσκόντων τὰς ψυχάς. καὶ » ταύτας ὁ μέγας φωστὴρ ταῖς ἀκτῖσι λαβὼν, καθαρίζει » καὶ μεταδίδωσι τῇ σελήνῃ, καὶ οὕτω πληροῦται τῆς σε- » λήνης ὁ δίσκος, ὁ παρ' ἡμῖν προσαγορευόμενος. « Haec Casaubonus; cuius disputationi, nil magnopere ad hunc locum facienti, in Animadverſionum ed. 2. & 3. inſuper etiam haec e ſchedis eiusdem adiecta ſunt: » Sed huius » ſententiae fons & origo repetenda nobis e penetralibus » primaevae philoſophiae, ψελλιζούσης adhuc & balbutien-

» tis. Nam quum didiciſſent antiquiſſimi mortalium, vel e e
» libris Moſis, vel e ſermonibus maiorum, ſpiritum Dei in-
» cubare ſuper aquas, veritatem hanc miris commentis
» deformarunt. Inde illud figmentum inter caetera: & dae-
» mones & animas coelitus miſſas, ut corporibus ſe inſi-
» nuent, non inſiſtere ſolido, neque terrae, ſed aquis.
» Quam ob cauſſam Aegyptii daemonas, Solem, & coe-
» leſtia corpora alia, ut *navigio vecta* pingebant. Extant
» opinionis huius veſtigia & apud priſcos Graecorum phi-
» loſophos: quod Porphyrius nos docet in disputatione
» de Antro Nympharum. Sic autem ille vir eruditiſſimus:
» Νύμφας δὲ Ναΐδας λέγομεν, καὶ τὰς τῶν ὑδάτων προε-
» στώσας δυνάμεις ἰδίως. ἔλεγον δὲ καὶ τὰς εἰς γένεσιν
» κατιούσας ψυχὰς κοινῶς ἁπάσας. ἠγοῦντο γὰρ προσιζά-
» νειν τῷ ὕδατι τὰς ψυχὰς θεοπνόῳ ὄντι, ὡς φησιν ὁ Νου-
» μήνιος· διὰ τοῦτο λέγων καὶ τὸν προφήτην (*Moſen* intel-
» lige) εἰρηκέναι, ἐμφέρεσθαι ἐπάνω τοῦ ὕδατος θεοῦ πνεῦ-
» μα. τούς τε Αἰγυπτίους διὰ τοῦτο καὶ τοὺς δαίμονας
» ἅπαντας οὐχ ἑστάναι ἐπὶ στερεοῦ, ἀλλὰ πάντας ἐπὶ
» πλοίου, καὶ τὸν ἥλιον καὶ ὁμῶς πάντας. « — *Solem*, ex *Steſichori* fictione, *poculo transvehi per oceanum*, iam ſupra memoraverat Deipnoſophiſta, in Supplemento huius libri, pag. 781. d.

Stesichori verſus ex *Geryonide* petiti videntur; de quo poëmate infra ad pag. 499. d. erit dicendi locus. Digeſtos verſus ſic dedimus, uti editos invenimus, niſi quod vocem χρύσεον a primi fine in ſecundi initium reiecimus: in quo nobis praeivit Fiorillo, Obſerv. in Athen. p. 33. qui & illud vere monuerat, *primo verſu* Ἄελιος, non Ἅλιος, ſcriptum oportuiſſe. *Verſ.* 2. perperam δ' ὠκεανοῖο ſcribitur in ed. Baſ. & Caſ. pro δι' ὠκεανοῖο, quod habet ed. Ven. cum ms. *A*. Ad poſtrema verba, ὁ δ' ἐς ἅλσος - - - ποσσὶ παῖς Διός, haec adnotavit Dalecam- f
pius: » De illo haec ſunt audienda, cui oden ſuam nun-
» cupaverat Steſichorus. Alioqui Phoebus [qui & ipſe *Sol*
» habetur] Iovis filius & Latonae fuit. « — Fiorillo, tria poſtrema verba e gloſſemate adiecta cenſet, adeoque reſecanda. » ποσσὶ (inquit) ſcripſerat aliquis ad vocem
» ἔβα, & παῖς Διὸς ad ὁ δέ. « — Quo pacto hunc locum tractaverit Suchfort, in *Fragmentis Steſichori*, non habeo dicere, quum libello illo numquam mihi contigerit uti.

» In *Antimachi* verbis, metricae legi ita poſſumus

f » consulere, Τότε δὴ χρυσείῳ εἰνὶ δεπάστρῳ. « Casaubonus. — In editâ scripturâ, εὔχρεῳ ἐν δέπαϊ nil mutat codex *A*. In Epit. vero deest hoc testimonium. Satis speciosa quidem Casauboni emendatio: nec tamen in contextum eam ausus sum inferre. Et, subtilius si quaeras, parum probabile videtur, ex notissimo vocabulo χρυσείῳ factum rarius illud εὔχρεῳ, quod valere possit εὐχρήστῳ, id est, *commodo*. In *posteriore versu*, his verbis concepto,

Ἥλιον πέμπεσκεν ἀγακλυμένη Ἐρύθεια:

istud πέμπεσκεν, ex recentioris nescio cuius Critici ingenio in editos libros receptum est. Sane πομπεῖ habent vetustissimae nostrae membranae: quod verbum utique, nisi aliud quid vel mutetur vel adiiciatur, ad metrum non quadrat, neque etiam ipsum alibi facile usurpatum reperitur; verumtamen eo minus aspernandum, quod in Hesychii glossis etiam supereſt, ubi Πομπεῖ exponitur πομπεύεται. Et hoc ipso etiam loco satisfactum (puto) fuerit metro, si πομπεῖ ἡ ἀγακλ. scribatur.

Αἰσχύλος ἐν Ἡλιάσιν. » *Aeschylea* ex *Heliadibus* sunt cor» ruptissima. Erit aliqua sententia, si ita concipias: Ἐνθ' » ἐπὶ δυσμαῖσι σοῦ πατρὸς Ἡφαιστοτευχὲς δέπας. ἐν » τῷ διαβάλλων πολὺν οἰδματόεντα περᾷ δρόμου πόρον. » ὅτ' εἶσι μελανίππου προφυγὼν ἱερᾶς νυκτὸς ἀμολγόν. » Verba sunt cuiusdam, qui *Heliadum* unam alloquebatur. » *In occidente est poculum patris tui Solis, opus Vulcani: in* » *quo traiiciens, longum & aestuosum curriculum conficit; cum* » *ad orientem abit, relicto Noctis venerandae silentio.* ἱερᾶς scri» bimus ex msstis. Lucretius, *& noctis signa severa.* « Casaubonus. — Haud sane incommode dictum videri debuit ἱμερτᾶς νυκτὸς, *desideratae, exoptatae noctis*. Sed illud epitheton ignorant mssti. Sicut in Stesichori versibus modo citatis ἱερᾶς νυκτὸς legitur; sic & in his *Aeschyli*, ἱερᾶς agnoscunt ambo nostri codices: & in *Epit.* quidem nonnisi ipsa haec Aeschyli verba adposita sunt, μελανίππου προφυγὼν ἱερᾶς νυκτὸς ἀμολγόν. Satis nota Homerica dictio, νυκτὸς ἀμολγὸς, nil aliud (quod quidem certum sit) valens nisi ἡ νὺξ, *nox*. Vide Dammii Lexic. Etym. p. 634. & Heyn. ad Iliad. λ'. 137. Videntur versus esse generis *anapaestici*: nec tamen satis certo definiri metrum posse videtur, cum sit scriptura nimis dubia & controversa. δυσμαῖς ἴσον (sive ἶσον) πατρὸς legendum censue-

rat PAUW ad Aeſchyl. pag. 1099. & deinde ὃδ' εἰς μελ. idem, pro οὐδ' εἰς, quod vulgo legitur. Quod noſter ms. *A.* habet διαβάλλει, pro edito διαβάλλων, id non videtur ſtare poſſe cum verbo φέρει, quod ſubiicitur absque particula coniunctiva: ſed perquam probabiliter ADAMIUS, referente Villebrunio, pro eo quod vulgo legitur φέρει δρόμου πόρον, corrigebat φερέδρομον πόρον, i. e. *velocem, rapidum traiectum*; quod ſi probetur, percommode ſtabit verbum finitum διαβάλλει. Vellem curatius fideliusque & emendationes omnes ADAMI, & Gallicam verſionem Athenaei, quatenus ab illo perfecta erat, publici iuris feciſſet *Villebrunius*: libenter, puto, quotquot ſunt Athenaei lectores propriorum omnium inventorum gratiam eidem Villebrunio erant facturi. Quae quidem de hoc *Aeſchyli* teſtimonio ex *Adami* ſchedis ille retulit, haud usquequaque perſpicua ſunt. Quali metro decurrere verſus hos cenſuerit Adamus, non aperuit nobis Villebrunius. Illud ait: (incertum, ſuo-ne, an Adami iudicio, ſed videtur ex ADAMI mente loqui:) *Primum verſum*, verbis quidem non eſſe integrum, ſed integram fieri ſententiam adiecto ſecundo verſu: incipere autem *ſecundum verſum* a verbo Ἡφαιστοτευχές. [At ſi verſus ſunt (ut quidem videtur) anapaeſtici, Ἡφαιστοτυχὲς videtur oportuiſſe, penultimâ brevi.] *Tertium verſum* incipere ait a vocabulo πολὺν, ibique φερέδρομον legendum: *quartum verſum*, ab ὦδ' εἶσι, *huc venit*, quod pro vulgato οὐδ' εἰς reponendum; eodemque verſu, προφεύγων legendum, non προφυγὼν, & tenendam editam ſcripturam ἱμερτᾶς: denique *quinti verſus* initium a voce νυκτὸς fieri.

AD CAP. XXXIX.

Μίμνερμος δ' ἐν Ναννοῖ. Ridicule Dalec. *Mimnermus in* a *Pumilionibus*. Mendoſe quidem ms. *A.* δ' εν αννοι. Sed recte ἐν Ναννοῖ edd. *Nanno*, tibicina, Mimnerni fuerat amica, teſte Athenaeo noſtro, lib. XIII. pag. 597. cuius nomine inſcripta elegia erat, e qua ducti ſunt verſus hîc citati. Conf. Strabonem lib. XIV. pag. 633. b. & 634. b.

Ἥλιος μὲν γὰρ &c. De *MIMNERMI* eclogâ nonniſi pauca verba leguntur in Epitoma; quae inde deſumta adpoſuit Euſtath. ad Od. ι'. pag. 359. l. 34 ſq. apud quem tamen mendoſe (in ed. Baſ. quidem) εὐνὴν κύλην ſcribitur,

pro κοίλην, quod recte tenet noster cod. *Ep.* Tota ecloga ex Athenaeo, cum Collectionibus nonnullis Carminum generis Heroici inserta est, tum *Brunckii* Analectis T. I. p. 62. *Vers.* 3. ῥοδοδάκτυλος Ἠώς, si quid video, hîc non *aurora* intelligi debuit, ut cum Dalecampio accepere Gallici interpretes; sed *rubeus nitor qui occidente sole coelum colorat*; quod ex tota orationis connexione satis adparere videtur. Et ἠὼς primitivâ notione nonnisi *splendorem* significat. conf. Etymol. M. pag. 440. Paulo inferius vero, Ἠὼς ἠριγένεια, b *aurora* est. *Vers.* 7. ὑπόπτερος correxi, monente Heynio, ad Apollod. pag. 394 sq. quod ad εὐνὴ referendum.

Vers. 8. Recte editum est χώρου ἀφ' Ἑσπερίδων. Perperam χοροῦ ms. *A.* quod non admittebat metri ratio. Eamdem tamen pravam scripturam ex coniecturâ expressérat Dalecamp. *ab Hesperidum coetu*: quem secutus est Villebrune, *du choeur des Hesperides*. In eodem ms. *A.* post εὐδονθ' perperam ὀθ' inseritur. *Vers.* 10. Pro vulgato ἱστᾶσ', quod activam habet notionem, necessario ἑστᾶσ' scribendum putavi. Nec aliud voluisse Brunckius videtur, in cuius Analectis mendose ἑστᾶσ' leni spiritu excusum.

Θεόλυτος δ' ἐν δευτέρῳ Ὥρων. Sic, Θεόλυτος, (non, ut editum erat, Θεόκλυτος) scribitur in ms. *A.* pariterque *Theolytus* in versione Latina Natalis Comitis p. 190. prorsus ut apud eumdem Deipnosophistam nostrum lib. VII. 296. a. ubi citatur Θεόλυτος ὁ Μεθυμναῖος ἐν τοῖς Βακχικοῖς ἔπεσιν, qui ab hoc, qui hîc nominatur, non videtur esse diversus. Pro Ὡρῶν autem, quod vulgo hîc legebatur, non dubitavi Ὥρων scribere: de cuius nominis ratione copiose dictum a nobis ad IV. 175. e. ubi etiam de ipso *Theolyti* opere, quod Ὧραι, id est, *Annalium libri*, inscriptum erat, diximus; monuimusque eumdem *veterum Historiarum scriptorem Theolytum* laudari etiam a docto Apollonii Rhodii Scholiaste, ad I. 623. Nunc adiicere liceat, eiusdem scriptoris nomen, ut hîc in editis libris in Θεόκλυτος detortum est, sic alibi sub *Theocriti* nomine latere: nam qui sub hoc nomine in Graecorum Historicorum numero refertur apud Vossium, lib. III. p. 418. vix dubitari potest, quin sit idem noster *Theolytus*. En Vossii verba: » *Theocritus* quispiam inter Historicos recensetur a »Fulgentio, Μυθολογικῶν libro I. cap. de Perseo & Gor»gone, ubi ait: *Theocritus antiquitatis historiographus refert, »Phorcum fuisse regem, qui tres filias locupletes reliquit.* «

In *Pherecydis* verbis, ubi vulgo ὃ αὐτὸς ἐφόρει le- c
gebatur, monuit Casaubonus: »Scribe, ὃ αὐτὸν ἐφό-
»ρει.« — Cui obtemperandum putavi, praeeunte Hey-
nio, ad Apollodor. pag. 393. Tum, ubi ἤνιν ἀνίσχει ὁ
ἥλιος edebatur, monuit idem Casaubonus: »Scribe ἦ
»νῦν ἀνίσχει ὁ ἥλιος, vel ἦ δή.« — Ac sane, si neutra-
liter accipias verbum ἀνίσχειν, ut fere solet, praesertim
ubi de *oriente sole* agitur; ferri nullo modo vocula νιν po-
test. Sed quum ἀνίσχω proprie & primitiva notione actio-
nem *tollendi, attollendi*, significet; vetustissimus scriptor
Pherecydes dicere fortasse potuerit ἦ νιν ἀνίσχει ὁ ἥλιος,
hac notione, *ubi se attollit* (i. e. *ubi oritur*) *sol?* Sed haud
dubie praeferenda fuit praestantissimi Heynii emendatio,
l. c. pag. 394. ἵνα ἀνίσχει ὁ ἥλιος, *ubi oritur sol.* Nempe
cum ex itacismo olim ἦν' ἀνίσχει scriptum fuisset, alius
scriba literas ιν superne adposuit: inde ἤνιν ortum. *Mox*
deinde, ubi καὶ ὅτε δὲ vulgo legitur, tollendam καὶ par- d
ticulam idem Heynius monuit: quae sane commodius ab-
futura videtur, sed tamen utcumque ferri potuit. Conci-
se Breviator: Φερεκύδης δέ φησι, ὅτι κυμαίνοντα τὸν ὠκεα-
νὸν, ὅτε εἰς Ἐρύθειαν διέπλει Ἡρακλῆς, μικροῦ κατετόξευσεν
Ἡρακλῆς, εἰ μὴ δείσας ἐπαύσατο.

AD CAP. XL.

Ἠθάνιον. »Nusquam alibi, opinor, extat vox ἠθά-
»νιον, quam in *Hellanici* loco, quem auctor subiicit. Et-
»si autem suadet vocabuli origo, *colum* hac voce signifi-
»cari; puto tamen, non sine gravi causa inter pocula
»esse hîc positum id nomen. Illud certum ex verbis Hel-
»lanici, ad *coenaculum* atque adeo mensae supellectilem
»spectasse quicquid est quod hac voce significatur. οἴκοι
»Αἰγύπτιοι non sunt *aedes Aegyptiorum:* [sic reddiderat Da-
lecamp.] »sed *triclinia*, sive *oeci Aegyptii:* de quibus ali-
»quid dicebamus libro quinto, cap. VI.« Casaubonus.
— Vide ad V. 196. b. At nihil opus videtur, ut peculiari
notione hoc loco vocem οἶκος accipiamus. Non de singu-
lari quadam aedium parte loquitur Hellanicus, sed hoc di-
cit, *in Aegyptiorum aedibus vasa omnia aenea esse.* De vocab.
ἠθάνιον paria, atque Casaubonus, adnotaverat H. Stepha-
nus, Thes. T. I. pag. 1448. Disertim de *poculo* interpre-
tatus est Breviator: Ἠθάνιον, inquit, ἔκπωμα παρ' Ἕλλα-

νίκῳ. καὶ Ἡμίτομος παρ' Ἀττικοῖς, ἀπὸ τοῦ σχήματος οὕτως ὀνομασθέν.

De *Hemitomo* breviter Hesychius etiam: Ἡμίτομος· ἔκπωμα. Videtur dimidiati globi formâ fuisse. Apud Polluc. VI. 95. in neutro genere, plurali numero, ἡμίτομα legitur.

AD CAP. XLI.

e Θηρίκλειος. Vide auctores laudatos Interpretibus Hesychii ad hoc vocabulum. Quod ait ἐγκάθηται περὶ τὰς λαγόνας, id vix video quid significare aliud possit praeterquam quod in versione posuit Dalecampius, *depressus ad latera:* aut quod in eamdem sententiam Gallici interpretes posuere, *rétréci sur les cotés.* Nec tamen adnotatam illam verbi notionem in Lexicis video, nec alibi ita usurpatum legere memini: & SALMASIUS in Exercit. Plin. p. m. 735. (ubi copiose de *thericleis poculis* agit) verba ista auctoris nostri de formâ huius poculi adferens, nihil interpretationis adiicere vel conatus vel dignatus est. Ipsum verbum tamen ἐγκάθηται cum editis libris tenet uterque noster mstus, & Eustath. ad Iliad. σ'. p. 1209. l. 4. Quae sequuntur verba, ὡς ἂν κύλιξ οὖσα, iidem quos modo dixi interpretes sic acceperunt, quasi sonarent, *ut in vulgari calice.* At, si quid iudicare valeo, nil aliud sonant, nisi quod a nobis in versione positum, *quippe cum calix sit:* quod additamentum eo referri videtur, quod ait *aures huic poculo breves esse;* nempe non ita magnas vel amplas, ut pateris, aut aliis maioribus vasis potoriis.

καὶ μή ποτε Ἀλεξις ἐν Ἡσιόνῃ Θηρικλείῳ ποιεῖ τὸν Ἡρακλέα πίνοντα. »Alii, ἐν Θηρικλείῳ. Nihil hîc affirmat au»ctor.« CASAUBONUS. — Quinam sint illi alii, nescio. Totum hoc, quod de Alexide hîc ait auctor, praetermisit Breviator: vetus autem codex *A.* cum editis ignorat ἐν praepositionem, qua etiam facile caremus. De *ALEXIDIS* versibus istis consulendus omnino BENTLEY, in Diss. de Phalaridis Epistolis, pag. 123 sq. qui, cum vulgo sic scriberetur,

Γενόμενος φησὶ δ' εὔνους μόλις
ἤτησε κύλικν· —

monuit, *vers.* 1. φησὶ abiiciendum; pro εὔνους vero ἔνυους scribendum, denique *vers.* 2. κύλικα, pro κύλικν.

Quas emendationes omnes & TOUPIUS probavit, Emend. in Suid. Part. I. pag. 19. & nos in contextum recipere conati ſumus, nec tamen ſine aliqua dubitatione. Nam ſi, ut X. 429. c. factum vidimus, ſic & hîc φησὶ ex φύσει corruptum ſtatuamus, teneri poterit εὔνους, hâc ſententiâ: *cum autem eſſet* Hercules *naturâ ad benevolentiam propenſus*: tum vero *ante* μόλις *comma* ponendum, ut cohaereant μόλις ἤτησε &c. *tandem poſtulavit.* Eclogam hanc in Excerptis ſuis ponens GROTIUS, pag. 569. adiecto verbo φησὶν, iſta γενόμενος εὔνους interpretatus eſt *animum ut placavit.* Sic & Dalecampius, *Vix tandem placatus, calicem poſtulat*: qui ſicut *vs.* 2. vocem κύλην, *calicem* interpretatus eſt, ſic in Graecis κύλικα ponere, ante Bentleium & Toupium, non dubitaverat Grotius; itemque Caſaubonus, qui in Animadv. ad Athenaeum quidem intactum hunc locum reliquit, ſed tractavit in Notis ad Theophraſti Charact. p. 160. Quorum auctoritatem ſecutus ſum, incautior fortaſſe. Cautior quidem H. STEPHANUS in Indice Theſ. pag. 1313. vulgatam ſcripturam tenens: » Κύλη, (ait) ut innuit Athenaeus » lib. XI. eſt *Thericleus calix*, apud Alexim in Heſione, » ἤτησε κύλην &c. « — Ego vero, quin mendoſam pronunciem vocem κύλην, nullus quidem dubito: nam (ut taceam, nusquam alibi ullum illius veſtigium reperiri) ſi Graeca illa vox eſſet, ad idem thema cum κύλιξ referenda foret, adeoque ſyllabam κυ brevem eſſet habitura, & per metri legem hunc tueri locum non poſſet. At, ſi vulgatiſſimo nomine κύλικα hîc uſus eſt Alexis, quae tandem ratio quaeſo movere Athenaeum potuerit, ut diceret, *fortaſſe, cum iſto vocabulo uteretur poëta, thericleum ille in animo habuit.* Oportebat ſaltem aliquid ambigui aut inuſitati & obſcuri fuiſſe in eo vocabulo, quod hîc poſuerat poëta. Quare ſuſpicatus ſum, ſicut υ & οι frequenter a librariis temere permutantur, (quemadmodum paulo etiam ante κύλην alicubi pro κοίλην perperam ſcriptum notavimus) ſic fortaſſe & hoc loco κοίλην apud Alexidem ſcriptum reperiſſe Athenaeum, &, cum alibi ab eodem poëta epitheton illud ſigillatim de *thericleo* uſurpari meminiſſet, (vide locum, pag. 471. e. f.) in eam cogitationem incidiſſe, eumdem poëtam in his quoque verſibus κοίλην dixiſſe θηρίκλειον. Nam ad adſerendam hîc emendationem κύλικα illud certe non valet, quod continuo poſt adpoſitos Alexidis verſus ſic pergit Athenaeus, ὅτι δὲ κύλιξ ἐστὶ ἡ θηρί-

ε κλειος, σαφῶς παρίστησι Θεόφραστος. Potest enim, atque etiam fortasse unice debet hoc referri ad id quod statim initio huius capitis dixerat Deipnosophista, ἡ κύλιξ αὕτη &c. Nempe plerumque ἡ Ἠπίκλειος, foeminino genere, intellecto substantivo κύλιξ dicebatur: invenitur tamen, & quidem apud eumdem poëtam Alexidem, (ut adnotavit ipse dein Athenaeus, pag. 472. a.) etiam ὁ Ἠπίκλειος κρατήρ. Rursus vero pro emendatione κύλικα militat, quod Alexidis hoc testimonium per coniunctivam καὶ particulam cum superiori illa ῥήσει coniungitur, quae & a verbis ἡ κύλιξ αὕτη incipit, & rursus in verba ὡς ἂν κύλιξ οὖσα desinit. His scriptis, primum reperio a Grotio in Notis ad Excerpta pag. 972. memoratum, pro vulgato κύλην SCALIGERUM etiam κοίλην olim in ora sui libri correxisse. Conf. quae notamus ad Alexidis fragm. ex Hippisco, pag. 471. f. Sed relinquere hunc locum non debeo, quin adiiciam quod ad extremum demum in *Epitoma* observavi: in qua *Alexidis* ista ecloga in ipsum finem tractationis de *thericleis* reiecta est: ubi (in nostro quidem ms. *Ep.*) omisso verbo φησὶ, prorsus ita scribitur, ut emendari BENTLEIUS iusserat. Ἀλεξις (sic scribit Breviator) περὶ Ἡρακλέους φησί: Γενόμενος δ' ἔννους μόλις, ἤτησε κύλικα. καὶ λαβὼν &c. Quo magis liberum fuerit erudito Lectori, suo de huius loci lectione uti iudicio.

Versu quarto Alexidis, vulgatam scripturam,

ἀεί ποτ' εὖ μὲν ἀσκὸς, εὖ δὲ ϑύλακος,

tenens Casaubonus in Notis ad Theophr. Char. l. c. sic vertit cum Dalecampio, *semper quidem prorsus uter & semper saccus*. GROTIUS autem »sententiâ (ut ipsi visum erat) postulante« bis αὖ pro εὖ posuit: *aliás, aliás*, latine reddens. Nobis non liquet: quare vulgatum interim tenuimus. De usu vocabulorum ἀσκὸς & ϑύλακος, ubi de *ventre* & omnino de *hominis corpore* utimur, multa dabit Casaub. ad Theophr. l. c. Pauca Erasmus, in Adag. p. 461. Haud absurde vero hîc adnotavit DALECAMPIUS: »*Uter* »*& saccus*, bibax & edax. Uter, vinarius: sacco frumen»ta conduntur.«

f Θεόφραστος ἐν τῇ περὶ Φυτῶν Ἱστορίᾳ. Vide *THEOPHRASTI Historiam Plantarum*, lib. V. cap. 4. *Ibid.* περὶ τῆς τερμίνθου. Sic & apud ipsum Theophrastum. Plinius, *calices ex therebintho*: lib. XVI. cap. 40. sect. 76. num. 3. Eadem arbor *terminthus* & *terebinthus*. Vide SALMASIUM, Exercit.

Plin. p. 734. ubi multa etiam de *thericleis poculis*; & Bo- f daeum a Stapel ad Theophr. l. c.

Κατασκευάσαι δὲ λέγεται &c. Verbum κατασκευάσαι, ut pag. 467. e. ſic & hîc, non nude de eo intelligi debet, qui *fabricatus ſit*; ſed qui *prae caeteris*, aut etiam qui *primus fabricatus ſit*, & *inventor* fuerit fabricationis de qua agitur. conf. pag. 471. b.

Θηρικλῆς ὁ Κορίνθιος κεραμεύς. »Erant igitur initio theri- »clea *fictilia*: neque ſine ratione pater ille ſtribliginum Le- »xiphanes ait apud Lucianum, ποτήρια γηγενῆ πολλὰ, »οἷα Θηρικλῆς ὤπτα εὐρυχαδῆ. Poſtea e ligno fieri coe- »pere, auro, & argento: atque iſtorum fere mentio apud »ſcriptores. Plinius vero lib. XVI. cap. 40. Thericlem τορ- »νευτὴν, non figulum, vult fuiſſe. [*Celebratur*, inquit l. c. *& Thericles nomine, calices ex terebintho ſolitus facere torno.*] »Sed erraſſe Plinium arbitror: nam Araros, aequalis aut »ſuppar Thericlis, aperte fictorem figulinorum facit: ὧ »γαῖα κεραμῖτι &c.« CASAUBONUS. — Vide pag. 471. e. & conf. Salmaſ. l. c. Thericlea vero pocula etiam vitrea commemorata videas. Sic certe apud Suidam legitur, Θηρίκλειον ποτήριον· ὑάλινον.

THEOPOMPI eclogam non ultra vocem γενναῖον (initio *verſus ſecundi*) adpoſuit Epitomator. Eodem *verſ.* 2. quum οὔνομά σοι τιθώμεθα (ſic) vulgo ſcriptum eſſet in editis, adnotavit CASAUBONUS: »Lege οὔνομά σοι τί θώ- »μεθα. Caetera non ſatis aſſequor.« — Tum IDEM in *Addendis* adiecit: »Scripti codices nihil variant: niſi quod »in hoc *verſu*, (*nono*)

»φιλοτησίαν δέ σοι προπίομαι δεξιάν:

»codex Huraldinus habet δέξαι, contra modulum metri: »nam δέχου ſaltem ſcribendum foret. Sed rectum eſt δε- »ξιάν. Deinde malim:

»Πιοῦσα δ' ὁπόσον ἄν σοι θυμὸς ᾖ, ἐμοὶ

»παράδος τὸ πρῶτον.« —

Verſum primum Theopompi reſpexerat Suidas, in Θηρικλέους τέκνον: quibus verbis adiecit interpretationem hanc: κύλιξ, ἣν λέγεται πρῶτος κεραμεῦσαι Θηρικλῆς.

Verſ. 2. haud cunctanter τί θώμεθα adoptavimus, ſuffragante etiam CORAYO, in *Notis msstis*. Ad *verſum* 3. a cum ſic vulgo ſcriberetur, nullâ nec in medio verſus, nec in fine, distinctione poſitâ,

Ἄρει κάτοπτρον φύσεως ἣν πλῆρες δοθῆς

a monuit idem doctiſſimus CORAY : »Haec ita ſcribenda »emendandaque videntur :

»Ἆρ' εἰ κάτοπτρον φύσεως, ἣν πλῆρες δοθῇς;

»Poteſt etiam legi, ἆρ' οὐ κάτοπτρον, ſubaudiendo θώμε»θά σοι οὔνομα. Nominat vero *poculum vino plenum* κά»τοπτρον φύσεως, quia *vinum* ἀνδρὸς ἔδειξε νόον, ut ait »Theognis apud Noſtrum, lib. I. p. 37. f. &, quod apud »eumdem Noſtrum, X. 427. f. Pittacus dixit, κάτοπτρον »εἰδους χαλκὸς, οἶνος δὲ νοῦ.«

In ſequentibus eiusdem comici verſibus non magis nobis, quam Caſaubono, datum eſt intelligere quidquam : nec Dalecampii interpretatio, nec *Samuelis Petiti* inventa, Miſcellan. VII. 4. lucis quidquam adfundere his tenebris viſa erant. Quare ad verbum, utcumque potuimus, Graeca in latinum convertimus, perſonarumque alternantes vices hariolando notavimus; intactis relictis Graecis, duobus poſterioribus verſibus exceptis. Tota ecloga omiſſa in *Epit.* Membranae *A.* in ſeptem prioribus verſibus nil mutant, quod adferri mereatur : nam monſtroſe *verſ.* 2. τοθώμεθα habent, pro τιθώμεθα : tum illud leve, *verſ.* 4. σὲ ἐγὼ, non σ' ἐγὼ : denique *verſ.* 5. non poſt θεολύτη, ſed poſt repetitum γραῦ, interpungunt orationem. Monſtra illa, *verſ.* 8.

— οὕτωσὶ καλῶς
σπινθὴρ τ' ἄλλα † σπειραίμεναι τοιοῦτό τι.

ſic interpretatus eſt DALECAMPIUS :

— A. *Hic belle*
igniculi mei ſcintillam non incaſſum excitat.

Quae Graece ſic reddidit PURSANUS :

σπινθὴρ' ἐγείρει πυρὸς οὐκ ἄλλως ἐμοῦ.

PETITUS legebat :

A. σπινθὴρ τ' ἀλέαν σπείρει. B. Μέναι. A. Τοιοῦτό τι;

Priora verba ſic vertit : *ſcintilla calorem* ſ. *ignem ſpargit :* adiectâ adnotatione hac : »Proverbium videtur eſſe, & de »eo dici, qui pro vitae ſuae inſtituto & naturae genio »facit. Dixit hic mihi male, quia malus eſt & nequam. »Abeunti ſervus dicit μέναι, *maneto.*« Sic vocem μέναι diſerte ille iterum ſcripſit, pro μένε vel μεῖνον accipiens : cuius generis flosculi minime rari ſunt in huius Critici emendationibus; quibus vel primorum Grammaticae Graecae putidam inſcitiam prodidit is, qui deſperatiſſimis graecorum ſcriptorum ulceribus medicinam adferre conatus eſt.

In ſcriptura veteris noſtri codicis, ταλα σπειραις μεναι perſpicue haec verba contineri videntur τάλας πειρᾷς με ναί. Id eſt, *miſer, tentas me. Ita:* vel, *immo.* Sed e voce σπινθὴρ, id eſt, *ſcintilla*, quae praecedit, nullam mihi contigit ſcintillulam lucis extundere. Quare videndum, ecquid aliud ſub illa voce lateat; an fortaſſe ὑποκοριστικῷ quodam modo σπινθὴρ in vocativo caſu dictum ſit (ſive σπίνθερ ſcriptum oportuerit) quod ad ſuperiora referendum, hoc ſenſu: *ficci-ne ſatis recte dixerim? o ſcintillula!* Cuius quidem uſus in hoc vocabulo nusquam alibi veſtigium ullum deprehendere mihi licuit. In monſtroſa voce σπειραίμεναι, quam habent editi libri, tria illa verba contineri πειρᾷς με & ναί, perſpecte iam olim ADAMUM vidiſſe intelligo ex *Villebrunii* interpretatione & ad hunc locum adnotatione, in qua tamen nullus *Adamo* honos habetur. Ex duabus vero vel tribus vocibus, σπινθὴρ τ' ἄλλα, quae praecedebant, σπεῖσον τ' ἄλλως ille fecit; quae Gallice vertuntur, *Ça, verſe à boire.*

Nono verſu, ſcripturam δεξιὰν tenet noſter cod. *A.* cum editis. In *decimo verſu*, Caſaubonum ſecutus ſum, ϑυμὸς ἦ ſcribi iubentem, & ἐμοὶ ad ſequentia referri. Quod *poſtremo verſiculo*, pro πάροδος, quod in edd. legebatur, παράδος corrigi iuſſerat idem Caſaubonus, id ipſum nobis codex noſter mstus exhibuit.

Τὰ τοίνυν εὑρήματα, καὶ ὅσα &c. »Sententia parum ple- b
»na; ſed hoc voluit: *veterum inventa utplurimum nomine ipſo* »*auctorem ſuum eſſe profeſſa.* Attulerat plura eius rei exem- »pla, quibus hoc adiicit: οἷον Θηρίκλειος, δεινιὰς, ἰφι- »κρατίς· (ita ſcribendum, non Ἰφικράτης·) ταῦτα γὰρ »πρότερον συνιστόρει τοὺς εὑρόντας. φαίνεται δέ τι καὶ »νῦν. εἰ δὲ μὴ ποιεῖ τοῦτο, μεταβεβληκὸς ἂν εἴη μι- »κρὸν τοὔνομα. Id eſt, *ut thericleum, dinias, iphicratis: nam* »*iſta prius inventores ſimul indicabant. Quod & fit nunc quo-* »*que aliquo modo. Sin hoc non fit, mutatum nempe eſt paulla-* »*tim id nomen.* Ut haec melius intelligas, titulum cogita »libri, unde ſumuntur: in quo tractabat auctor περὶ Με- »ταλήψεως, hoc eſt, *de Translatione dictionum ab una ſigni-* »*ficatione ad aliam.* Senſus eſt: Nomina huiusmodi natu- »ram ſuam & genuinam ſignificationem mutaſſe. Exem- »pli cauſſa: *Thericles* prima notione viri nomen proprium »fuit: *thericleum*, inde derivatum, poculi & inventoris il- »lius ſignificationem habuit: ſed olim: nam paullatim ex-

b » tinctâ vulgo memoriâ *Thericlis*, ſolam *poculi* indicatio-
» nem id nomen habere coepit. Quia tamen penes erudi-
» tos remanſit veritatis cognitio, addit, φαίνεται δέ τι
» καὶ νῦν. Eſt hîc manifeſtus error interpretum. Noli pu-
» tare, *Iphicratidis* ſive *iphicratidum* nomine *poculum* ſigni-
» ficari: quod falſiſſimum eſt: nam *calceos* ita vocabant,
» ut docemus alibi pluribus. Notabis, auctore *Cleanthe*,
» *dinum* ſive *diniadem* poculum a *Dino* inventore nomen
» habuiſſe. συνιστόρει neceſſario ſcripſimus, non
» συνιστορεῖ. « CASAUBONUS. — Conferendus utique hic locus cum pag. 467. e. ubi idem *CLEANTHIS* teſtimonium breviter iam (& quidem alieno, ut nobis videbatur, loco) a Deipnoſophiſta noſtro citatum erat: nam, cum ſub voce δεῖνος, poculi genus quoddam ſignificante, citetur ibi hoc teſtimonium, docuimus ex collato cum his Cleanthis verbis, quae hîc leguntur, teſtimonio Pollucis, *diniadem* non *poculum*, ſed *calceamenti* quoddam genus eſſe, haud ſecus atque *iphicratidem*. Mendoſam ſcripturam Ἰφικράτης cum editis tenent hîc veteres noſtrae membranae: ſed, quin ἰφικρατὶς ſcriptum oportuerit, dubitare nos non ſinunt Pollux, VII. 89. & Diodor. Sic. XV. 44. aliique auctores ab Heſychii Interpp. ad voc. Ἰφικρατῖδες citati: de qua emendatione ante Caſaubonum iam monuerat *Paulus* LEOPARDUS, Emendat. lib. X. cap. 1. Scriptura συνιστορεῖ, quam habebant editi in praeſenti tempore, utique locum tueri non potuit: & nos quoque de noſtrâ conjecturâ, priusquam a Caſaubono idem monitum vidimus, iam συνιστόρει in imperfecto correxeramus, quum advertit nos ſcriptura veteris codicis *A.* συνιστορεῖν: quae perſuaſit nobis, in proxime ſequentibus verbis accidiſſe id, quod frequentes in veterum auctorum ſcriptis errores progenuit; ſcilicet, ut, cum *bis* ponendum fuiſſet verbum φαίνεται, ſemel omiſſum fuerit a feſtinante librario. Tum vero pro δέ τι non dubitavi δ' ἔτι ſcribere: opponuntur inter ſe haec duo, πρότερον, & ἔτι καὶ νῦν. Porro ad editam ſcripturam μεταβεβληκὼς nihil quidem ex ms. *A.* enotatum: ſed haud dubie μεταβεβληκὸς ſcribendum fuit, ut fecit Caſaub. in Animadv. De toto hoc *Cleanthis* teſtimonio nihil habet Epitoma.

διὰ τὸ δορὰς θηρίων αὐτῷ ἐντετυπῶσθαι. Commodius utique videri poterat μορφὰς θηρίων, id eſt, *animalium figuras*, quod legitur apud Euſtathium ad Iliad. σ'. p.

1208 extr. Sed, si ita scripsit Eustathius, suo id fecit iudicio: nam in Athenaei Epitoma, e quo sua ille sumsit, (in nostro quidem optimo codice *Epit.*) δορὰς scribitur, sicut & in edd. & in ms. *A.* id est, *pelles detractas, exuvias.* σπένδοντα ταῖς κύλιξι. »Melius in Excerptis σπεύ- c »δοντα.« CASAUBONUS. — Sic quidem & noster codex *Epit.* Sed, qua ratione praeferendam hanc scripturam alteri censuerit doctus Animadversor, merito miratus est BENTLEY, editam scripturam σπένδοντα (quam eamdem veteres membr. *A.* tuentur) defendens l. c. pag. 111 sq. ubi morem libationem effundendi inter victimae cornua probat ex Virgilii Aeneid. IV. 60 sq. Et verbum σπένδειν hîc etiam Eustathius tuetur, ad Iliad. σ'. pag. 1209. l. 1. sive quod in suo Epitomae codice illud scriptum reperisset, sive quod ita scriptum oportuisse recte vidisset. Quod ait *PAMPHILUS*, ἀπὸ τοῦ τὸν Διόνυσον τοὺς θῆρας κλονεῖν, verbum κλονεῖν *terrendi* notione accepit BENTLEY, & τοὺς θῆρας non necessario *feras* intelligi debere censuit, sed sic dici etiam posse *domestica animalia*, *tauros vaccasque*: de quo quidem usu huius vocabuli dubitare licebit. DALECAMPIUS, sic vertens: *quod Bacchus, dum feras, quae vehunt, quatit, hoc poculo libat:* in orâ libri, *feras* illas, *lynces* interpretatus est. Quem fere secuti recentiores Gallici interpretes, in hanc partem acceperunt Pamphili verba: *Bacchus pressoit ses tigres en leur versant du vin sur le corps, au lieu de les fouetter.*

AD CAP. XLII.

Ἀντιφάνης ἐν Ὁμοίοις οὕτως &c. Vide Animadv. ad IV. 158. c. Quum non distinctis versibus editum esset *ANTIPHANIS* testimonium, priores duos versus esse legitimos trochaicos observavit KOPPIERS, in Observ. Philol. p. 50. simul monens, verba συνάψαι - - - μέσῳ in *parenthesi* ponenda, & pro τὰ μέσῳ, quod erat editum, τὰ 'ν μέσῳ scribendum. Cuius rationem merito amplexus sum. Duos posteriores versus idem vir doctus meliori coniectori restituendos commendavit. At nihil in his restituendum fuit; solummodo pro suo modulo, quo decurrunt, dispescendi versus: sunt enim duo anapaestici:

τῆς τρυφε|ρᾶς ἀπὸ | Λέσβου || σεμνοπό|του σταγό|νος
πλῆρες, ἀ|φρίζον ἕ|καστος || δεξιτε|ρᾷ δ' ἔλα|βεν.

Editam ſcripturam σεμνοπόνου tuetur quidem & vetus codex *A.* & Epitoma, in qua nonniſi haec ipſa *Antiphanis* verba adpoſita ſunt, „Θηρίκλειον ὄργανον τῆς τρυφερᾶς ἀπὸ Λέσβου σεμνοπόνου σταγόνος πλῆρες ἀφρίζον. Iſtam ſcripturam latine his verbis expreſſit Dalecamp: *plenum guttis expreſſis venerando labore.* At ego vitii damnare illam vocem, & adoptare emendationem σεμνοπότου non dubitavi, quam a Caſaubono commendatam aſpernatus erat VILLEBRUNIUS, σεμνοτόνου corrigendum contendens, ut Λέσβος dicatur σεμνότονος, ob *Muſices laudem*, qua floruit illa inſula. Perſpecte vero CASAUBONUS: »Lege σεμνοπότου σταγόνος. Ita melius opinor, quam σεμνοπόνου. *Vini generoſi* haec eſt periphraſis.« Nempe ſic de *eximio & praeſtantiſſimo potu* uſurpatur hic vocabulum σεμνὸς, quemadmodum de *cibo* apud eumdem Noſtrum, VII. 295. c. & 303. b.

d In *EUBULI* ex *Dolone verſ.* 2. vocabulum καθαρώτερον ita accipi debet, quaſi bis poſitum eſſet; ſemel ad ſuperiora relatum, διένιψα δ' οὐδὲν σκεῦος, ubi adverbialiter accipiendum, *numquam mundius & diligentius elui vas ullum:* dein adiective, *nam effeci hoc dolium mundius*, id eſt, *effeci ut eſſet mundius & purius* &c. Recte vero καθαρώτερον ſcribitur in ed. Ven. & Baſ. & in ms. *A.* itemque apud Moerin pag. 188. & apud Thomam Mag. pag. 451. (In *Epit.* deeſt hoc teſtimonium.) Temere prorſus καθαρώτατον expreſſum in ed. Caſ.

»In *primo verſu* ex *EUBULI Aleonibus* ſcribo ex Excerptis »μαλ' ἀνδρικὴν, *grandem:* non μελανδρικήν.« CASAUB. — Recte μάλ' ἀνδρικὴν etiam noſter cod. *Epit.* Perperam μαλανανδρικὴν ms. *A.* *Verſ.* 2. Pro mendoſo Θηρικλείδων, quod editiones omnes invaſerat, recte Θηρικλείων dedere ambo noſtri codices mssti. Qua ratione autem ferri poſſit hic genitivus caſus, niſi τινὰ aut μίαν aut tale aliquid quo referatur adſit, non video. Conf. Theophili teſtimonium, pag. ſq. d. *Verſ.* 3. »Pro παρὰ & κωθωνόχειρος, Excerpta habent παρακωθωνόχειρον.« CASAUB. — Sic & noſter codex *Epit.* & vetus cod. *A.* Et accuſativum utique caſum deſiderabat reliqua oratio. Vim autem fictitii huius vocabuli, itemque proxime ſequentis, in latina verſione hariolando expreſſimus. *Verſ.* 4. In ὀξυπίνδακα nihil quidem mutant libri: ſed haud dubie ὀξυπύνδακα per υ ſcriptum oportuit; a ſubſtantivo ὁ πύνδαξ, *fundus* vaſis,

i. q. πυθμήν. *Verſ.* 5. recte ἐκνενιμμένην dedit cod. ms. uterque. *Verſ.* 6. κισσῷ καταβρύουσαν. »Vel caelatum »hederae foliis, vel hederae fronde coronatum.« DALECAMP. — Confer proxime ſequens teſtimonium.

Ibid. & *vs. ſq.* ἐπικαλούμενοι εἶλκον Διὸς Σωτῆρος. »Po»culum iſtud convivae ſinguli bibebant, Iovis Servatoris nun»cupantes. ἕλκειν & σπᾶν ſignificant *educere & ſiccare caly»cem.* Teleclides, [apud Noſtrum, pag. 485. f.] μελιχρὸν »οἶνον ἕλκειν ἐξ ἡδυπνόου λεπαστῆς: & ita ſaepe in his li»bris. In Epitoma ſcriptum ἐπικαλούμενος. [Sic & in noſtro ms. *Ep.*] »Ita εἶλκον erit primae perſonae.« CASAUBONUS. — ἐπικαλούμενον ed. Ven. & Baſ. quod ex ἐπικαλουμένην corruptum videri poterat. Sed ἐπικαλούμενοι, quod in contextu tacite correxit Caſaubonus, tuetur vetus codex *A.* Etiam εἶλκον auctori Caſaubonus reſtituit. e Perperam εἶκον ed. Ven. ex quo οἶκον factum in ed. Baſ.

ARAROTIS ſive *EUBULI*, ex *Campylione*, *verſum primum*,

Ὦ γαῖα κεραμῖτι, ὃ σ' ἐ Θηρικλῆς ποτε

ſic edidimus, veſtigiis inſiſtentes codicis noſtri *A.* e quo enotata ſcriptura (absque accentibus quidem) κεραμιτιος ε θηρικλῆς: in qua id ipſum, quod dedimus, haud obſcure contineri videbatur. Ad editam olim ſcripturam, κεραμῖτι σ' εἰ Θηρ. monuerat CASAUBONUS: »Scribe, κε»ραμῖτις σ' ὁ Θηρ. vel, ut mssti, σε Θηρικλ.« — Sed neutram emendationem admittit metrum. Quam *msstorum ſcripturam* eſſe ait Caſaubonus, ea unius Epitomae eſt, eamdemque & noſter codex *Epit.* agnoſcit, & Euſtathius ad Iliad. σ'. pag. 1209. l. 3. Caeterum vide GROTII Excerpta, pag. 653. & BENTLEY loco cit. p. 110. Quod *verſ.* 2. ait, *cavi lateris amplificans* (vel *dilatans*) *profunditatem*, id ſuperioribus contradicere videtur. Nam id quod pag. praec. *e.* de *formâ thericlei* traditur, collatum cum epitheto ὀξυπύνδαξ, quod ab Eubulo tributum eidem poculo modo vidimus, indicabat inverſum conum in acutum deſinentem, inſigni altitudine pro ratione baſeos: quales ſunt fere calices, e quibus ſpumans vinum Campanenſe noſtra aetate bibi ſolet. Igitur calix, de quo nunc hîc agitur, cum admodum amplus etiam inferne fuiſſet, conſulto aliâ dimenſione confectus ſtatuitur, ut muliebri ingenio adcommodaretur, quod non amat minora & anguſtiora pocula.

ALEXIDIS, ex *Equite*, verſus ſunt:

Καὶ Θηρίκλειός τις κύλιξ, στέφανον κύκλῳ
ἔχουσα χρυσοῦν· οὐ γὰρ ἐπίκτητον τινά.

Non habet Epitoma: nihil autem mutat codex *A*. Quid ſit vero quod dicat poëta στέφανον ἐπίκτητον, haud ſane perſpicuum. *Coronâ non vulgari & plebeiâ* vertit Dalecampius, neſcio quid ſpectans: quem tamen fere ſecutus Gallicus interpres, ſic in verſione poſuit, *car ce n'étoit pas un de ces vaſes communs*. Equidem coronam ἐπίκτητον (id eſt, *adventitiam*, *adſcititiam*) intellexeram coronam e verae hederae fronde, qua cingi ſolebant calices: unde paulo ante Eubulus Θηρίκλειον κισσῷ καταβρύουσαν dixit, *calicem multâ hederâ cinctum* vel *coronatum*. Conf. p. 472. a. Doctiſſimus CORAY, in *Notis msstis* obiter adnotans, pro ἐπίκτητον ſe ἐπίτηκτον malle, qua notione ἐπίτηκτον coronam dictam intellexerit, haud ſatis percepi.

Καὶ ἐν Ἱππίσκῳ. CASAUBONO adſenſus ſum, ad vulgatam ſcripturam ἐν Ἡπάκῳ haec monenti: »Non dubitabunt periti, corruptum eſſe ἐν Ἡπάκῳ. Ego non dubito ſcribendum ἐν Ἱππίσκῳ: qui titulus eſt fabulae *Alexidis*, quem leges in multis locis operis huius.« — Dalecampius hoc loco *in Epaco* in verſione poſuerat: in Indice Authorum vero titulum huius fabulae Ἵππακος vel Ἱππάκη ſtatuit. Quae ex iſta fabulâ hîc citantur verba, ſic edita legebantur:

Μεστὴν ἀκράτου Θηρίκλειον ἔσπασε
f ποίλην ὕπαρ θύουσαν. —

Ibi notavit CASAUBONUS: »Scribe cum eruditiſſimo *Syburgio* ὑπερβρύουσαν.« — ὑπεραφρίζουσαν corrigendum cenſuit IACOBS in *Notis msstis*: quod ipſum verbum pag. ſeq. *c.* in Ariſtophontis teſtimonio legitur. Perſpectiſſime vero CORAYUS monuit: »Fortaſſe minimo negotio ὑπερθύουσαν corrigendum, eleganti metaphora. θύειν de *liquido* uſurpaſſe veteres, argumento ſunt Homerica, θῦε κῦμα, [Od. ν'. 85.] & ὁ δ' ἐπέσσυτο οἴδματι θύων, [Iliad. φ'. 234.] de Scamandro.« — Idque ipſum verbum ὑπερθύουσαν nobis dedit vetus codex *A*. Confer Dammii Lexicon Etymol. pag. 1076. (Utrumque Alexidis teſtimonium, itemque Timaei & Adaei, quae ſequuntur, prorſus praetermiſit Breviator.) Quod hîc legitur ποίλην, ad μεστὴν Θηρίκλειον relatum, poterit quidem adiective accipi, ut ſimpliciter *cavum* ſignificet; ſicut in praecedente Ararotis teſtimonio, κοίλης λαγόνος. Sed quum hîc prae-

ceſſerit adiectivum μεστὴν, videndum ne κοίλην ſubſtantivi nominis vice fungatur, ut ἡ κοίλη Θηρίκλειος idem valeat ac ἡ κύλιξ Θηρίκλειος: qua notione fortaſſe etiam p. 470. e. (ut ibi monuimus) κοίλην, per ellipſin nominis κύλικα ſubſtantive poſitum, idem ac κύλικα valet. Sic & ἡ κοίλη (ſcil. ναῦς) ſubſtantive ponitur apud Noſtrum, V. 206. c. de *cavitate* vel *ventre navis*, ut notavit *Henr.* STEPHANUS, Theſ. II. 288. a. Sed, quod ibidem vir diligentiſſimus adiecit, κοίλας vocari etiam *ciſtas* vel *arcas*, id ex mendoſâ ſcripturâ eſt, quam correxere recentiores Pollucis editores. At ſimili quadam ratione, pag. 466. b. κοῖλα ſubſtantive (ſcil. ſubintellecto nomine ἀγγεῖα) *vaſa* dicuntur cuiusvis generis; niſi ibi potius, *deleto poſt* χρυσόκολλα *commate*, ſcribendum fuit,

καὶ κοῖλα χρυσόκολλα καὶ πανάργυρα
ἐκπώματα. —

ut κοῖλα ſit adiectivum ad ἐκπώματα referendum, quod *caelata* ſignificet *pocula*: quem ſignificatum poſt Guil. Budaeum ex Plutarcho adnotavit H. Stephanus, Theſ. T. II. pag. 287. c. Ac nihil admodum impedire videtur, quo minus eâdem notione κοίλην (nempe κύλικα) dici ſtatuamus, *caelatum calicem*.

AD CAP. XLIII.

In his, quae ex *TIMAEO* refert Athenaeus, neſcio quid turbatum eſt. Primum in ed. Caſ. ſcribitur Θηρίκλειαν (ſic, antepenacute) καλεῖ τὴν κύλικα: neque ad hanc ſcripturam aliud quid e ms. *A.* enotatum. Quod ſi tamen foeminina terminatione αν uſus eſt Timaeus, debuit Θηρικλείαν penacute ſcribi, quemadmodum habent ed. Ven. & Baſ. Deinde vero in ipſis *Timaei* verbis, quae ſequuntur, ſcribitur κύλικα Θηρίκλειον in editionibus omnibus, conſentiente Msto: unde rurſus ſuſpiceris, initio in Athenaei verbis etiam Θηρίκλειον ſcriptum oportuiſſe. At, ſi nihil aliud dicere voluiſſet Athenaeus, niſi hoc, *Timaeum etiam thericlei calicis meminiſſe*; tali quodam modo ſcripturus erat: Καὶ Τίμαιος δὲ – – – Θηρίκλειον εἶπε κύλικα, vel Θηρικλείου μέμνηται κύλικος. Nunc, cum ait καλεῖ τὴν κύλικα, id eſt, *vocat hunc calicem*; ſignificare plane videtur, Timaeum paulo aliter nominaſſe hunc calicem, atque ab aliis vulgo nominari ſolebat: nempe Θη-

ριχλείαν, non (ut vulgo) θηρίκλειον: quare in *Timaei* verbis θηρικλείαν corrigendum putavi. Porro, quod ait *Timaeus*, τῶν ἐκ Ταυρομενίου καθεστηκότων, neceſſario aut adiiciendum aut certe ſubintelligendum nomen πρέσβεων videtur. Nec enim *Dalecampio* adſentior, verba iſta ita interpretanti: *Polyxenus quidam ex eorum numero qui rempublicam Taurominitanorum gubernabant, miſſus ad Nicodemum legatus.* Ex *Nicodemo* vero, qui hîc memoratur, temere *Nicomedem* factum video in Gallica Athenaei verſione. At nihil diſſentiunt libri: videturque intelligendus Centuripinorum ille tyrannus *Nicodemus*, cuius Diodorus Siculus meminit lib. XVI. cap. 82.

Ἀδαῖος δ' ἐν τοῖς περὶ Διαθέσεως. *ADAEUS in libris DE Diſpoſitione*, ſive, *DE Deſcriptione*: qui titulus quam in partem potiſſimum ſit accipiendus, nobis non liquet. Videtur autem ad *plaſticam artem* ſpectaſſe illius operis argumentum: certe, *de Statuariis* etiam (περὶ Ἀγαλματοποιῶν) ſcripſiſſe eumdem Adaeum, intelligimus ex XIII. 606. a.

a Καλλίξεινος ἐν τοῖς περὶ Ἀλεξανδρείας: ſcilicet, ubi pompam deſcripſit Ptolemaei Philadelphi. Vide lib. V. pag. 196. a. & XI. 483. f. *Ibid.* φάσκων, τινὰς ἔχοντας θηρικλείους πομπεύειν, τοὺς δὲ καρχήσια. Haec in illius pompae deſcriptione non iuncta leguntur apud Noſtrum: ſed *carcheſium* aureum memoratur, V. 198. b. *thericlei* vero aurei, pag. 199. b.

In *ALEXIDIS*, ex *Cygno*, *verſ.* 4. ſcripturam ποήσας dedit vetus cod. *A.* quo in codice & alibi paſſim in eodem verbo, ubi prima ſyllaba corripi debet, vocalem iota abiectam vidimus. Et alibi quidem, quoad memini, neglecta a nobis illa ſcriptura: cum ab homine profecta nobis viſa eſſet, qui exiſtimaret primam ſyllabam in ποιέω neceſſario produci debere; quae tamen ob ſequentem vocalem perinde etiam corripi poteſt. Nunc, animadvertens diſerte ab Etymologo moneri, (pag. 679. l. 24 ſq.) *Atticos* ποῶ pro ποιῶ frequenter uſurpaſſe, adoptavi illam ſcripturam; tametſi ne editum quidem ποιήσας aſpernandum arbitror. Deeſt illa ecloga Epitomae.

b Θηλυκῶς δὲ τὴν θηρίκλειον εἶπε Μένανδρος &c. Non prae caeteris *MENANDER* in foeminino genere uſus eſt hoc vocabulo illâ terminatione, quae foeminino generi cum maſculino communis eſt: ſed plerique alii, ut iam ſatis vidimus, auctores. Quare ſic hoc expreſſit Breviator: λέγει

δὲ καὶ Ἠλυκῶς Μένανδρος καὶ ἄλλοι: & hanc obſervatio- b
nem (omiſſis ipſis *Menandri* teſtimoniis,) ſuperioribus aliorum poëtarum teſtimoniis continuo ſubiecit, ac deinde demum iſtud *Alexidis* poſuit, quo ὁ Ἠπρίκλειος κρατὴρ memoratur.

Menandri teſtimonium ex *Theophorumenâ* cum ſic vulgo ſcriberetur, Μέσως μεθύων Ἠπρίκλειον ἔσπατε: minime adparebat, vocabulo Ἠπρίκλειος in *foeminino* genere uſum eſſe hunc poëtam. Quare neceſſario adiiciendus fuit τὴν articulus, absque quo ne metro quidem ratio conſtabat.

καὶ ἐν Μηναγύρτῃ. Fabulae huius titulum unice Μητραγύρτης ſtatuit Clericus in Menandri Reliquiis pag. 120. provocans ad Stobaei Florilegium, tit. XCIV. nempe ex Grotii editione. Et ibi quidem Grotius pag. 380. titulum fabulae nonniſi latine adpoſuit, *Menander Circulatore:* ſed in Excerptis ex Tragoed. & Comoed. Graecis pag. 733. graece Μητραγύρτῃ poſuit, quaſi hunc titulum in Graeco aliquo codice reperiſſet. De quo mihi nunc non licet ferre iudicium: ſed ex Stobaei editione Gesneriana ſecunda & tertiâ intelligo, in alio certe codice Stobaei msto titulum Μηναγύρτῃ eſſe repertum: nam in illis editionibus (Serm. XCII.) ſic legitur: »*Menander* »*in Menagyrta*, forte *Mitragyrta.*« Apud Athenaeum vero noſtrum in ſcripturam Μηναγύρτῃ conſentiunt omnes plenioris operis codices mssti. Nam in ed. Ven. & Baſ. omiſſa quidem ſunt ipſa illa verba, quum in vocabulo Ἠπρίκλειον ex uno verſu in ſequentem aberraſſent operae: ſed, quae ibi deſunt, ea ex Italicorum codicum lectionibus tacite ſupplevit Caſaubonus; eademque verba eodem modo exhibet vetuſtiſſimus noſter *A.* Valet autem idem fere ὁ Μηναγύρτης ac ὁ Μητραγύρτης: nam μητραγύρτης eſt, *qui Matri Deûm ſtipem colligit;* μηναγύρτης autem, *qui ſingulis menſibus id facit;* ut monuit H. Stephanus, Theſ. T. II. pag. 916. b. Caeterum notanda huius fabulae mentio facta ab Athenaeo hoc loco, quem locum ſilentio praeterierunt docti Bibliothecae Graecae editores in fabularum Menandri recenſu.

Verba, ex iſtâ *Menandri* fabulâ hîc prolata, ſi ita ſcripſit poëta, ut vulgo leguntur,

προπίνων Ἠπρίκλειον τρικότυλον,

legitimum effecerint ſenarium demto primo pede. Sed ſic

b non magis, quam e ſuperioris teſtimonii vulgatâ olim ſcripturâ, adparebit in *foeminino genere* uſum eſſe Menandrum vocabulo Θηρίκλειος. Quem uſum ſi declaratum volueris, ſic fere ſcriptum oportuerit, ut monuit qui ſub *Philargyrii* nomine latuit PAUWIUS, in Emend. in Menandr. & Philem. pag. 51.

— προπιὼν
τὴν Θηρίκλειον τρικότυλον. —

At potuit etiam Athenaeus ſuperiori teſtimonio, in quo diſerte articulus foeminini generis expreſſus erat, hoc ſubiicere, in quo non adiectus, ſed ſubintellectus fuiſſet ille articulus.

DIOXIPPI ex *Philargyro* teſtimonium, conſentiente cum editis vetere codice msto, ſic vulgo ſcribebatur:

Τῆς Θηρικλείου τῆς μεγάλης χρεῖ' ἐστί μοι,
εὖ οἶδα, καὶ τῶν Ῥοδιακῶν. ὕδιστα γὰρ
ἐκ τῶν τοιούτων αἴσχεα ποτηρίων
εἴωθα πίνειν.

Ibi cum manifeſte mendoſa eſſe vox αἴσχεα, (*verſ.* 3.) adnotavit CASAUBONUS: » Scribe Αἰσχύνα vel Αἰσχύνη. « — nempe, quaſi *proprium* hoc *nomen mulieris* eſſet, cuius cauſſâ *maiore poculo opus ſibi eſſe* ait is qui loquitur. Potueras eâdem ratione de alio atque alio ſive mulieris nomine, ſive viri, quod hîc lateret, cogitare. Sed quodcumque perſonae nomen hîc ponendum ſtatuiſſes, neceſſario (*ſequente verſu*) prima verbi perſona εἰωθα, quam tenent libri, in tertiam εἰωθε fuerat mutanda. Quo certior nobis viſa eſt doctiſſimi CORAYI emendatio, quae & alioquin perquam probabilis erat. » Legendum ἐσχέας « (inquit in *Notis msstis*) vel ἐγχέας. Nempe εἴωθα » πίνειν ἐγχέας (i. e. μετὰ τὸ ἐγχέαι) ἐκ τῶν τοιούτων » ποτηρίων. « — Quo poſito, diſtinguendae erant perſonarum partes ita, ut verba Εὖ οἶδα alii perſonae tribuerentur; quemadmodum percommode etiam Dalecampius in latina verſione perſonarum vices distinxerat. De *Rhodiacis* poculis nonnihil diximus ad XI. 469. b. confer infra, p. 496. e. f. Quo referri etiam fortaſſe debet id quod de *Hedypotide* docuit Noſter pag. 469. b. c. Vide etiam p. 784. d. in Βομβυλιός: verumtamen, quod ibi Βομβυλιὸς dicitur eſſe Θηρίκλειον Ῥοδιακὸν, ſuſpectum eſſe debet: cum *thericlei* forma plurimum differre videatur a forma *bombylii*.

χρυσᾶ Θηρίκλεια ὑπόξυλα. De vi vocabuli ὑπόξυλος, c vide quae notavimus ad IX. 385. b.

AD CAP. XLIV.

Quae ex APOLLODORO *Geloo* adferuntur, ſic edita legebantur: Ἀπολλόδωρος δ' ὁ Γελῷος - - - φησὶν ἑφεξῆς, στρώματ' ἀργυρώματα Θηρίκλεια τορευτὰ πολυτελῆ ποτήρια ἕτερα. Ad quem locum ſic commentatus eſt FIORILLO in Obſerv. in Athen. pag. 9 ſq. » Locus ita ſcribendus:

» Στρώματ' ἀργυρώματα
» Θηρίκλεια τορευτὰ
» πολυτελῆ ποτήρια.

» Primus & tertius verſiculus eſt trochaicus dimeter ca» taleCticus, ſecundus vero Pherecrateus. ἕτερα addidit » Athenaeus. « — IACOBS vero, Vir clariſſimus, in *Notis msstis*: » *Apollodori* verſus (inquit) ſunt tetrametri:

— στρώματ', ἀργυρώματα,
» Θηρίκλειά τ' εὐτόρευτα, πολυτελῆ ποτήρια
» ἕτερα. « —

Quod genus verſuum unice probans equidem, cauſſam nullam vidi, cur vox ἑφεξῆς, non *poëtae* verbis potius accenſeretur, quam *Athenaeo* tribueretur: tum vero ex vetere codice *A.* Θηρίκλειοι τορευταὶ auctori reſtitui, pro quo Θηρίκλεια τορευτὰ poſitum fuiſſe ſuſpicor a neſcio quo, qui ſibi perſuaſiſſet eodem pertinere hoc *Apollodori* teſtimonium, quo iſtud *Polemonis* quod proxime ante poſitum eſt; nempe quod τὰ Θηρίκλεια pariter in *neutro genere* dixerit Apollodorus atque Polemo. Denique inter Θηρίκλειοι & τορευταὶ utique deeſt ſyllaba: in contextu vero definire non ſum auſus quid potiſſimum ibi ſcripſerit poëta; ſed veriſimillimum mihi viſum erat, ſic illum ſcriptum reliquiſſe,

Θηρίκλειοι, καὶ τορευτὰ πολυτελῆ ποτήρια.

Ἀριστοφῶν δ' ἐν Φιλωνίδῃ. Pro *Ariſtophanis* nomine, quod hîc editum erat, perſpicue Ἀριστοφῶν ſcriptum in vetuſtiſſimo noſtro codice: quare nulla ratio fuit, cur hanc ſcripturam Athenaeo non reſtitueremus; cum praeſertim iſto titulo apud nullum ſcriptorem fabula *Ariſtophanis* memoretur. In *ARISTOPHONTIS* igitur *verſ.* 2. quid ſit quod ἀσπίδα dicat, haud certo conſtituere potui; ſed tutiſſimum videbatur, *orbem* interpretari, quandoquidem

ἀσπὶς proprie *rotundum clypeum* significat. Eiusdem versus initio, suspecta mihi verba sunt, δι' ἀρετὴν: in quibus quid lateat docebunt nos ingeniosiores. *Vers.* 3. ἴσον circumflexo accentu, adeoque productâ penultimâ scribebatur in ed. Bas. & Cas. non male per se, quia anceps illa syllaba. Sed quoniam trochaicum metrum pedem tribrachyn, non dactylum, in illa sede desiderabat, ἴσον penacute scripsi cum ed. Ven. Accentuum ratio non semper enotata est in excerptis lectionibus veteris codicis *A.* & saepe in illo codice prorsus desunt accentus.

Vers. 5. Ad editam olim scripturam ἐρωμένως notaverat CASAUBONUS: » An ἐῤῥωμένως? *valide, multum.* « Atqui hoc ipsum nobis veteres nostrae membranae dederunt. Nihil horum habet Epitoma: in eademque desunt etiam duo sequentia Theophili testimonia.

In *THEOPHILI* fragmento ex *Boeotiâ*, *vers.* 2. κεράννυσι cum editis tenet vetus codex: ubi κεραννύει corrigendum censuit PORSONUS ad Eurip. Med. 744. quemadmodum καταγνύει, X. 450. a. pro κατάγνυσι. Posterior pars eiusdem fragmenti in hunc modum edita erat:

— οὐδ' ἂν Αὐτοκλῆς
οὕτως μάτην † τὴν εὐρύθμως τῇ δεξιᾷ
ἄρασαν ὦμον.

Ubi, pro mendoso μάτην, duabus vocibus μὰ τὴν scribendum monuerat HEMSTERHUSIUS ad Aristoph. Plut. p. 120. conf. Bentleii Emendatt. in Menandr. pag. 49. Et poterat μὰ τὴν (sive ita scribere malueris, μὰ τήν!) pro ellipticâ iurandi formulâ haberi, in qua omissum esset Divae nomen, per quam iuraretur. Quam in sententiam accipiens IACOBS, reliqua huius loci monstra felicissime, si quid iudicare valeo, curavit, sic corrigens:

» οὕτως, μὰ τὴν, παν ευρύθμως τῇ δεξιᾷ
» ἄρας ἐνώμα. «

Cuius emendationis posteriorem partem haud cunctatus adoptare, in penultimo versu propius insistendum veteris scripturae vestigiis putavi: nec dubitandum duxi, quin in his mendosis μάτην τὴν illud quod edidimus contineretur, μὰ τὴν γῆν: quam eamdem formulam apud alium comicum supra observavimus, V. 224. a.

e In Fragm. ex eiusdem *THEOPHILI Proetidibus*, claudicat posterior versus,

ἢ κοτύλας χωροῦσαν ἑπτ' Ἀγαθῆς Τύχης:

nisi quocumque modo fulcias. Nihil melius nobis quidem e occurrebat, quam vocula τὶ, initio adiicienda, sed quoad sensum ad πλέον versu praec. referenda. Lubens accipiam, si quid commodius aliquis in medium protulerit. Quod aliàs *poculum* τοῦ Ἀγαθοῦ δαίμονος dicere Graeci consueverant, (cf. II. 38. d. & XV. 675. b.) id hîc Ἀγαθῆς Τύχης nominari videtur. De *Autocle*, qui ab hoc poëta nominatur, vide XII. 537. c.

Ἴσθμιον. » Pro Ἴσθμον, [quod edebatur] scribo cum » Excerptis & Eustathio Ἰσθμιον. « CASAUBONUS. — Sic sane & noster ms. *Epit.* & Eustathius ad Od. σ'. pag. 670. l. 45. Sed nec aliter vetus cod. *A.* & ex Florentino codice Natalis Comes.

AD CAP. XLV.

» Κάδος. Σιμμίας ποτήριον παρατιθέμενος Ἀνακρέοντος, » Ἡρίστησα μὲν ἰτρ. Desunt initio huius periodi φησὶν εἶναι: » nam vertendum fuerat, *Simmias ait poculum esse, proferens* » *ex Anacreonte*, Ἡρίστησα &c. Errant qui [cum Dalecampio] sequens testimonium putant esse *Simmiae;* cum variis » locis ea verba *ANACREONTI* auctor tribuat, ut libro » XIV. [p. 646. d.] Similis error interpretum in simili loco, in Λεπαστή. [p. 483. f.] Testatur & Pollux, *Anacreontis* esse hoc testimonium: etsi mire deformata lectio » quae in eius libris. In decimo, cap. 20. [sect. 70.] de » voce κάδδος [rectius hodie κάδος editur] loquens, ait: » Καὶ Ἀνακρέων δέ φησιν, Οὐδ' ἐξ ὀπίων κάδδον. Lege ex » hoc loco, οἴνου δ' ἑξέπιον κάδδον, vel κάδον. « CASAUBONUS. — Quod ait doctus Animadversor, *deesse* initio huius periodi verba φησὶν εἶναι: *absunt* quidem illa verba, at non *desunt*. Iam saepe observavimus, nihil frequentius esse istâ *ellipsi*, ubi posterior aliquis Grammaticus testimonium recitat Grammatici cuiusdam superioris. Multo auctius hoc *Anacreontis* fragmentum ex Hephaestionis Enchiridio dedit BARNESIUS, in edit. Anacr. num. 80. in hunc modum:

Ἡρίστησα μὲν ἰτρίου
λεπτοῦ μικρὸν ἀποκλάς,
οἴνου δ' ἑξέπιον κάδον.
Νῦν δ' ἁβρῶς ἐρόεσσαν
ψάλλω πηκτίδα, τῇ φίλῃ

e κωμάζων παιδί γ' ἁβρῇ.

Loco *ſex* verſiculorum, *tres* tantum conſtituit Hephaeſtion, binos quosque iungens: quod genus *tetrametrum priapeum* ille nominat. Poſtremo verſiculo παιδὶ ἁβρῇ apud Hephaeſtionem ſcribitur: ubi hiatum vitaturus Barneſius παιδί γ' ἁβρῇ poſuit: Grotefend, in *Notis msstis*, πάιδ' ἁβρῇ.

Ἐπιγένης δὲ ἐν Μνηματίῳ. Dalecampius: *Epigenes in Parvo monumento*: quem titulum qua notione fabulae huic inſcripſerit Epigenes, non liquet nobis. Qui in fragmento ſubiecto memoratur *regis filius Pixodarus*, cum fuerit (ut ex Suida diſcimus in Πιξώδαρος) Hecatomni filius, Cariae regis, Mauſoli frater, ſuſpicionem movere poterat, ad *Mauſoli monumentum* ſpectaſſe iſtam fabulae inſcriptionem. Quod ſi ita eſt, per ironiam Μνημάτιον in *diminutivo* dictum intelligi debebit. EPIGENIS verba, partim ut ſolutâ oratione, partim ut verſibus comprehenſa, in hunc modum edita erant: Ἐπιγένης δὲ ἐν Μνηματίῳ φησὶν κρα-
f τῆρες, κάδοι, ὁλκεῖα, κρουνεῖα, ἔστι δὲ κρουνιάναι· ἀλλὰ τί καθ' ἕκαστον δεῖ λέγειν;

Ὄψει γὰρ αὐτὸς βασιλέως υἱὸν λέγεις
ἀφῖχθαι δηλαδὴ Πιξώδαρον.

Ad quae CASAUBONI eſt animadverſio haec: »In EPIGE-»NIS ſenariis turbant codices; qui praeferunt conſtanter: »ὁλκεῖα, κρουνεῖα, ἔστι δὲ κρουνιάναι. [at penacute κρουνιάναι edebatur.] »Nam poſtrema mendo non carent: & »ſine illis locus idem eſt deſcriptus infra in Λουτήρια. Con»tra, in Κρουνεῖα, clarum eorundem veſtigium. « CASAUBONUS. — E vetere cod. *A.* nullus hîc ab editis libris diſſenſus enotatus. In *Epit.* deſideratur totum Epigenis teſtimonium, & omnino breviſſime expeditur totum hoc de *Cado* caput. Apud eumdem noſtrum Deipnoſophiſtam, pag. 480. a. ſic legitur in editis libris: Κρουνεῖα. Ἐπιγένης ἐν Μνηματίῳ, κρατῆρες, κάδοι, ὁλκεῖα, κρουνεῖα. ἔστι γὰρ κρουνίαι. At ibi pro poſtrema voce κρουνίαι vetus codex *A.* has duas habet, κρουνεῖα ναί. In Epit. deeſt ibi quoque Epigenis teſtimonium: nec aliud quid poſuit Breviator, niſi haec tria verba, Κρουνεῖον, εἶδος ποτηρίου. Rurſus pag. 486. b. c. conſentiente msto *A.* haec leguntur: (quae in Epit. quidem deſunt omnia:) Λουτήριον. Ἐπιγένης, Μνηματίῳ, ἐν τῷ τῶν ποτηρίων κατα-λόγῳ φησίν· κρατῆρες, κάδοι, ὁλκεῖα, κρουνιάναι,

λουτήρια. ἀλλὰ τί καθ' ἕκαστον δεῖ λέγειν; ὄψει γὰρ αὐτός. Quibus locis inter se collatis, tali fere modo conceptos olim fuisse *Epigenis* versus existimavimus, quo a nobis editi sunt. Vocabulum κρουνεῖον nusquam alibi, quod sciam, nisi in isto Epigenis testimonio occurrit. DALECAMPIUS in latina versione Graecum nomen *cruneia* tenens, probabili admodum ratione in orâ libri interpretatus est: »*Vasa salientis modo liquorem fundentia.*« — *Postremo versu*, vox ἐνθάδε (aut si qua alia occurrerit commodior) ad complendam versus mensuram desideratur: sed consulto eam omittere potuit Athenaeus.

Ἡδύλος, Ἐπιγράμμασιν· Πίνωμεν· καὶ γὰρ &c. *HEDYLI* hoc *Epigramma*, itemque alterum quod continuo deinde subiicitur, Analectis suis inseruit BRUNCKIUS, T. II. p. 526. Confer IACOBSII Animadv. Vol. I. Part. II. p. 327 sq. In *prioris Epigrammatis versu* 1. recte παρ' οἶνον duabus vocibus edd. Perperam πάροινον ms. *A.* (Sic & in seq. Epigr. *vs.* 3.) »*Ultimus versus* corruptus manifesto,

»Ἡδύλε μεσώζην εἰς κενὸν οὐ μεθύων. a

»Ex opinione sic restituimus:

»— καὶ λέγε, παῖζε

»Ἡδύλε. μισῶ ζῆν εἰς κενὸν οὐ μεθύων.

»*Rigato me aliquis vini Chii cadis; & hoc mihi accinat,* »*Lude Hedyle: Odi vivere frustra, non ebrius.* Quasi dicat, »unica est vivendi causa bibere.« CASAUBONUS. — In ms. *A.* non minus mendose μεσωζην absque accentu scribitur. Certissimam Casauboni emendationem merito BRUNCKIUS adoptavit.

In fragm. ex *altero HEDYLI Epigrammate*, *versiculus* 2. sic scribebatur,

εἰς ἠοῦν πίνει τετρακόοισι κάδοις.

Ibi monuit CASAUBONUS: »Placet Dalecampii coniectura »in isto,

»εἰς ἠῶ πίνει τετραχόοισι κάδοις:

»*quatuor congiorum cadis.*« — Nempe recte interpretatus erat Dalec. *in auroram bibit cadis quatuor congios capientibus.* Recte vero etiam in Graecis τετραχόοισι dedit noster cod. *A.* Et hoc ipsum, itemque ἠῶ adoptavit BRUNCK l. c. At, licet vulgatior sit (apud eos etiam auctores qui Ionico usi sunt sermone) forma accusativi ἠῶ, tamen ἠοῦν, quod cum editis tenet vetus noster codex, eo minus aspernandum fuit, quod diserte a Gregorio DE Dialectis, pag.

200 ſq. monitum eſt, Ionico idiomate, ut Λητοῦν & Σαπφοῦν, ſic & ἠοῦν & αἰδοῦν dici ſolitum. Σικελίδην, qui *verſ.* 4. nominatur, *Siculum vatem* interpretatus erat Dalecampius, *Theocritum* intelligens. Sed eo nomine indigitari *Aſclepiadem, Siceli filium*, docuit IACOBS l. c. & Vol. I. Animadv. P. 1. pag. 12. nempe Aſclepiadem Samium, epigrammaticum poëtam, coll. Schol. ad Theocr. VII. 40.

b Vocab. στιβαρώτερος (vs. 5.) ad ingenii virtutem & orationis nervos pertinere, cum Dalecampio idem Iacobſius monuit. *Verſ.* 6. Pro ὥστε fortaſſe ὡς σὺ legendum: *ſic & tu*, ſcil. *ut Paſiſocles*. Sed videtur utique non ſatis integra eſſe oratio.

Ἡρόδοτος &c. Edebatur, Ἡρόδοτος δ' ἐν τῇ τρίτῃ φοινίκῃ οὗ φησιν οἴνου κάδον. Inde Dalecamp: *Herodotus in tertiâ Phoenice: Non, inquit, vini cadum.* Quo ſpectans CASAUBONUS ait: »Verborum Ἡρόδοτος δ' ἐν τῇ &c. & lectio »prava & interpretatio. Scribe Ἡρ. δ' ἐν τῇ τρίτῃ, Φοι»νικίου οἴνου κάδον. Pollux quoque laudat hunc lo»cum. [X. 70.] Atque ille κάδον vel κάδδον (nam utrum»que invenias) non inter *pocula*, verum inter vaſa re»cenſet ubi vinum habetur aut portatur. Neque debe»mus exiſtimare, omnia nomina hoc libro expoſita ad »*potoria vaſa* tantum pertinere. Ne longe abeam, Κα»δίσκος ſtatim non ſolum ποτηρίου εἶδος &c.« — Vide proximum caput. In ſuperiorum editionum ſcripturâ, φοινίκῃ οὗ φησιν, perſpicue continebatur id quod apud ipſum HERODOTUM, cum eo ipſo loco, qui hîc citatur, (*libro III.* cap. 20.) tum alibi legitur; ſcilicet φοινικηίου: quod etiam clarius ex cod. *A.* eamdem ſcripturam tenente adparet, quum in eo non η, ſubſcripto iota, ſed ad latus poſito, ι, ſcribi ſoleat. Quod vero ad praedictum Herodoti locum adnotavit WESSELINGIUS, recte hunc locum ſcribi in *priſcis Athenaei editionibus*, *Dalecampii* autem *editionem* aberrare: meminerit primum lector, Dalecampii nullam eſſe Graecam Athenaei editionem; tum vero inſpectio editionum omnium (Ven. Baſ. & Caſ. 1. 2. 3.) docere quemque poteſt, nihil eas in huius loci ſcripturâ differre. Caeterum, eodem modo corrigendum eſſe hunc locum, quo a nobis factum, iam olim monuerat *Paul.* LEOPARDUS, Emendatt. VI. 3. Denique, licet ex *Clitarcho* Grammatico adnotaverit modo Athenaeus, *Ionibus* κάδον *vocari quod aliis* κεράμιον, tamen etiam voca-

bulum κεράμιον apud Herodotum reperias; verbi cauſſâ, III. 6.

AD CAP. XLVI.

Καδίσκος. Φιλήμων ἐν τῷ προειρημένῳ συγγράμματι. Vide pag. 468. e. & 469. f.

Ἀγγεῖον δ' ἐστὶν &c. »Καδίσκος non ſolum ποτη-»ρίου εἶδος eſſe dicitur, ſed etiam ἀγγεῖον diverſiſſimi »uſus. Nam ait: Ἀγγεῖον δ' ἐστὶν ἐν ᾧ τοὺς Κτησίους Διὰς »ἐγκαθιδρύουσι. Antiqui praeter publicas religiones, & ea »numina quae in templis colebant, privatos habebant »multiplices Deos. Alium enim pro foribus ſtatuebant, »alium in veſtibulo aut atrio, alium in cubiculo, (un-»de *cubiculares imagines*, de quibus nuper ad Suetonium) »alium ad focum, alium in domo intima: poſtremo et-»iam *in promptuariis cellis* poſita ſigna. Hi ſunt quos Διὰς »κτησίους *Anticlides* mox vocat, & cum eo hîc Athe-»naeus. Harpocration: [voce Κτησίου Διός:] τὸν Κτήσιον »Δία ἐν τοῖς ταμιείοις ἱδρύονται. *Ritum dedicationis* ho- c »rum ſignorum inſequentibus verbis exſequitur *ANTI-»CLIDES*. Illa vero mendis ſunt deformata multifariam. »Symbolam ad eorum emendationem Excerptorum con-»fector contulit: pleraque de ingenii coniecturâ ita emen-»dabamus: Διὸς Κτησίου σημεῖα ἱδρύεσθαι χρὴ ὧδε. καδί-»σκον καινὸν δίωτον ἐπιθηματοῦντα στέφανα ὦτα ἐρίῳ »λευκῷ, καὶ ἐκ τοῦ ὤμου τοῦ δεξιοῦ αὐτοῦ καὶ ἐκ τοῦ με-»τώπου ἄωτον κρόκινον κρεμαννύναι, καὶ ἔννυ-»σθαι ὅ τι ἂν εὕρῃς, εἶτά οἱ χέαι ἀμβροσίαν. ἡ δ' ἀμ-»βροσία, ὕδωρ ἀκραιφνὲς, ἔλαιον, παγκαρπία. ἅπερ ἔμβαλε. »*Iovis Cteſii ſigna ita ſtatuenda. Cadiscum novum utrinque an-»ſatum operculo tegendum: ſimulacri auribus coronam e lana »alba imponito: ex humero eius dextro lanam ſuspendito co-»loris crocei: amicito etiam, ut erit tibi commodum. Deinde »ambroſiam illi affundito; eſt autem ambroſia, aqua pura, »oleum, & fructuum omne genus: haec omnia miſce ad am-»broſiam.* Signa quae domi colebant, collocabant in la-»rariis: & erant ſimulacra haec armariis incluſa, quae »ad ſacellorum modum confiebant. Graeci vocant vul-»go νεΐδια: *Anticlides* hîc καδίσκους. Recte enim *Dale-»campius* exiſtimavit, *cadiscum* hoc loco *ſigni* eſſe *rece-*

c » *ptaculum*; non ipſum ſignum, ut ſummi quidam viri ſunt » arbitrati. Heſychius: Καδδίσκοι: [immo Καδίσκοι:] σι- » πύαι εἰς ἃς τὰ ἱερὰ ἐτίθεσαν. Ac videtur eâ primum ſi- » gnificatione nota vox κάδος vel καδίσκος fuiſſe Grae- » cis, ab Hebraeo *Kadoſch*, unde eſt *Mikdaſch*, *ſedes rei* » *ſacrae:* etſi non ignoramus, κάδος pro *menſurâ* eſſe *Kad* » Syrorum. Videtur autem peculiare ſignis *Iovis Cteſii* » fuiſſe, ut *auribus coronas* haberent *impoſitas*, non toti » capiti, ut mos eſt omnium. Non eſt aliter interpretari » iſta, στέψαντα ὦτα ἐρίῳ λευκῷ. Sed fortaſſe non er- » raverit qui ſcripſerit, στέψαντα ἀώτῳ λευκῷ. Poëtae » οἱὸς ἄωτον, aut ſimpliciter ἄωτον, *lanam* vocant. Saepe » autem in ſacris uſi veteres remotis ab uſu communi ver- » bis. « CASAUBONUS. — De *Iove* Κτησίῳ adnotaverat DA- LECAMPIUS, intelligendum » *Poſſeſſionum & praediorum pa-* » *trimoniorumque praeſidem.* Eius ſtatuam (inquit) iuxta ae- » rarium ponebant. Huius meminit Pauſanias lib. I. « — Aram Διὸς Κτησίου memorat Pauſan. l. 31. p. 77. ταμεῖον vel ταμιεῖον, in quo poni ſolebat huius Dei ſignum, per- peram Dalec. *aerarium* intellexerat, cum debuiſſet *cellam penuariam.* Caeterum de hoc numine conſulendus TAY- LOR, ad Demoſthenis Orat. in Midiam, pag. 531. l. 28. ed. Reisk. & quem is laudat MAITTAIRE ad Inſcript. II. in Append. ad Marm. Oxon.

ANTICLIDIS liber Ἐξηγητικὸς ab Harpocratione etiam citatur, in Παλαμναῖος: alibi apud eumdem Harpocr. plu- rali numero Ἐξηγητικὰ perhibetur eiusdem operis titu- lus. Pro *Anticlide* vero perperam hoc loco *Diogenes* no- minatur in Athenaei Epitoma. Sic certe in noſtro cod. *Ep.* ſcribitur: φησί που Διογένης. εἶτα εἴσχεαι ἀμ- βροσίαν. ἡ δ' ἀμβροσία, ὕδωρ ἀκραιφνὲς, ἔλαιον, παγκαρ- πία· ἅπερ ἔμβαλε. Plura non habet Epitoma: ſed in his illud notandum, pro εἶτα ἴσχεται ἀμβροσίαν, quod tenet cod. *A.* cum editis, εἶτα εἴσχεαι (ſic, in imperat. med.) ſcribi; niſi forte εἰσχέαι in infinitivo activae for- mae debuit librarius. Praecedentia verba in hunc modum edita erant: καδίσκον καινὸν δίωτον ἐπιθηματοῦντα, στέ- ψαντα ὦτα ἐρίῳ λευκῷ, καὶ ἐκ τοῦ ὤμου τοῦ δεξιοῦ, καὶ ἐκ τοῦ (in ed. Baſ. & Caſ. τοῦ καὶ ἐκ τοῦ) μετώπου τοῦ κροκίου καὶ ἐσθῆναι ὅτι ἂν εὕρῃς. In quibus nil mutat vetus codex *A.* niſi quod ἐσθεῖναι habet, non ἐσθῆναι. Sed cum in hoc verbo, tum in eis quae praece-

dunt, nimis utique ingenio indulſit Caſaubonus in ea, c
quam propoſuit, emendatione: ut taceam miram eiusdem rationem, qua ſtatuit, *simulacri aures* (*non aures vasis*, quod *duabus auribus munitum* diſerte dicebatur) *albâ lanâ cingendas.* Cf. Theocrit. II. 2. & not. ad p. 475. f. Nimis multa vero ſunt hoc loco ita incerta, ut, quid de eis ſtatueremus, nihil prorſus nobis occurrerit. Verbum ἐπιθηματοῦν, quod interpretantur *operculo claudere*, ἅπαξ λεγόμενον eſt, ex hoc uno loco a Guil. Budaeo in Comment. Ling. Graec. adnotatum, indeque in Graeca lexica receptum. Poteras vero etiam coniectare, terminationem ουντα eſſe fortaſſe adiectivi nominis, ex οεντα contractam, a recto caſu in οεις deſinente. Dalecampius priora verba ſic latine reddiderat: *Cadiscum novum, utrimque auritum, depone: eius aures albâ lanâ corona: ſimulacri dextrum humerum ac frontem peplo vela, quemcunque repereris.* Omitto reliqua, in quibus nimis longe a librorum ſcriptura receſſit interpres. VILLEBRUNIUS, ADAMUM haud dubie ſecutus, gallico ſermone hunc locum ita expreſſit: *Fermant le couvercle d'un cadisque neuf à deux anſes, que l'on entoure de bandelettes de laine blanche, on fera pendre de l'épaule droite & du front (de la ſtatue) quelque étoffe ou bande couleur de ſaffran, tel qu'on la trouvera, & l'on verſera de l'ambroiſe. &c.* Graeca ſic conſtituenda ait idem VILLEBRUNIUS: »καδίσκον »καινὸν δίωτον ἐπιθηματοῦντα, στέψαι τὰ ὦτα ἐρίῳ λευ»κῷ, καὶ ἐκ τοῦ ὤμου τοῦ δεξιοῦ τε καὶ ἐκ τοῦ μετώπου »τι κρόκινον ἀρθῆναι, ὅ τι ἂν εὕρῃς.« — Iſtud ἀρθῆναι, pro vulgato εἰσθῆναι ponendum, iterum dein idem interpres inculcat; nempe pro ſua Graecae linguae peritia ſic ſcribens, cum haud dubie ἀρτηθῆναι ſcripſiſſet ADAMUS. At εἰσθεῖναι, id eſt *imponere*, non εἰσθῆναι, ſcriptum in vetere noſtro codice vidimus: vere, an falſo, definire non auſim. In eumdem locum ſic commentatus eſt doctiſſimus IACOBS in *Notis msstis*: »Locus videtur »mutilus, ſic fortaſſe integrandus: στέψαι τὰ ὦτα ἐρίῳ »λευκῷ, καὶ ἐκ τοῦ ὤμου τοῦ δεξιοῦ τοῦ θεοῦ καὶ ἐκ »τοῦ μετώπου κρόκινον κάλυμμα ἐσθῆναι.« — In his unum illud ſatis probabile videtur, pro vulgato στέψαντα, στέψαι τὰ legendum, ſive στέψαι ἀώτῳ λευκῷ: caeterum totus locus ita deſperatus mihi viſus eſt, ut, quo potiſſimum modo latine redderem, nulla ratione conſtituere mecum poſſem. De alio uſu vocabulorum καδίσκος

& κάδος ubi *urnam* significant *in quam coniiciuntur suffragia*, dixit Casaubonus in Animadv. ad X. 450. b.

Μνημονεύει τοῦ καδίσκου καὶ Στράτις ὁ κωμικὸς ἐν Λημνομέδᾳ, λέγων οὕτως· Ἑρμῆς, ὃν ἕλκουσ' &c. »Perperam li»bri omnes, Στράτων ὁ κωμικὸς ἐν Λημνομέδᾳ. Legen»dum Στράττις, ut ostensum est libro VII. cap. XXIII. »In *versibus* STRATIDIS, qui laudantur hîc, Ἑρμῆς est no»men πόσεως, qua de re libro primo, capite ult. Ἑρμῆν ἕλ»κειν, est *educere illud poculum quod sic vocabant.* Ineptissi»me enim Interpretes, *Mercurium precari atque invocare.* »Quoties legitur in his libris ἕλκειν pro *bibere*!« CASAUB. — Vide omnino Animadvers. ad I. 32. b. & ad VII. 327. e. Promiscue, modo simplici τ literâ, modo geminâ, scribi solere Comici illius nomen, iam saepe observavimus. Ut pag. 467. e. sic & hoc loco Στράτις scriptum in antiquo exemplari fuisse videtur: id dein in Στράτων corruptum. In fine testimonii *Strattidis* haud dubie vera erat scriptura κεκραμένην, quam dedere ambo nostri codd. mssti.

AD CAP. XLVII.

d Κάνθαρος. Ὅτι μὲν πλοίου ὄνομα, κοινόν. »*Cantharus* »*pro navigii nomine translatitium est.* Quod etiam *pocu»lum* significet, docet deinde Athenaeus. Macrobius [Saturn. V. 21.] »plane aliter: *Cantharus pro poculo* »*quidem nota res est, vel ex ipso Virgilio, qui aptissime pro»prium Liberi patris poculum assignat Sileno: sed id, ut supra* »*polliciti sumus, etiam pro navigio poni solitum debemus* »*ostendere.* Tum affert locum e Nauclero *Menandri*, qui »sequitur non longe.« CASAUBONUS. — Nomen *cantharus* (de cuius origine consuli potest Vossii Etymologicon) utique non modo in Romanorum sermone, sed & in Graecorum, de *vase potorio* magis, quam de *navigio*, in usu fuisse videtur. Nec vero, quod κοινὸν dicit Athenaeus, ad *communem usum* spectat, sed (ut iam alibi vidimus) valet id quod Casaub. modo dicebat, *translatitium*, aut quod Macrobius, *notum*; nempe notum iis qui Graecorum Comicorum aliquam notitiam habent: & respexisse videtur Deipnosophista non solum Menandri illud testimonium, & Sosicratis, quae deinde adfert, sed vel maxime istud Aristophanis e fabula Pace, quae omnium in manibus versabatur, vers. 142. ubi vide vetus Scholion,

quod etiam Brunckius in Notis (ad vs. 143.) retulit. Breviter Epitoma: Κάνθαρος: πλοίου ὄνομα καὶ ποτηρίου. Ἐπιγένης· ἀλλ᾽ οὐδὲ &c. ex p. 474. a. omissis omnibus quae in pleniore opere interiecta sunt. De *canthari* formâ adiiciamus quae ad hunc locum notavit VILLEBRUNIUS: *On voit sur un ancien monument la forme du* cantharus *dans les Caesars de Julien, par Spanheim. C'est un pot à une anse comme nos pots de faïence, mais dont la bouche est étroite.*

Proximum *AMEIPSIAE* testimonium hoc modo citabatur in editis: Ἀμειψίας ἐν Ἀποκοτταβίζουσι φησὶν, ἡ Μαμία φέρ᾽ ὀξύβαφα καὶ κανθάρους. Inde Dalec. *Ameipsias inquit in Cottabo ludentibus:*

Avia, fer acetabula & cantharos.

Ad quae nihil a Casaubono est adnimadversum: nihil etiam e vet. cod. *A.* adnotatum. Sed libro XV. pag. 667. e. f. ubi idem adfertur testimonium uno etiam versu auctum, consentientibus libris scribitur Ἀμειψίας Ἀποκοτταβίζουσιν ἡ Μανία: quo ex loco eumdem titulum hîc posuimus. Nec vero dissimulavimus perquam probabilem MEURSII coniecturam, (de Ludis Graecorum, in Κοτταβισμός. pag. 31.) ἡ Μάνη α'. id est, *sive Mane priori.* Pro quo forte satis erat, ἡ Μάνη: quod cum in vetustiore quodam codice sic scriptum fuisset Μάννι, facile id primum in Μανιν, deinde in Μανια detorqueri potuit. Est autem *Manes*, imaguncula in cottabi ludicro usitata, cuius cum alibi passim apud Nostrum, tum eodem ipso loco, ad quem provocavimus, XV. 667. e. fit mentio. Notanda ista Meursii emendatio, ad fabularum Ameipsiae recensum in Fabricii Graeca Bibliotheca, T. II. novae editionis pag. 409.

Ἄλεξις δ' ἐν Κρατεύᾳ. Sic correximus, ut monuerat Casaub. ad III. 99. a. utque cum hîc, tum alibi constanter, ubi ista fabula ab Athenaeo citatur, in latina versione praeiverat Dalecamp. Dissimulari tamen non debet, ut hoc loco & loco modo citato, sic & alibi plerumque vel Κρατίᾳ vel Κρατείᾳ vulgo scribi in Athenaei libris. cf. VI. 254. a. In *primo ALEXIDIS versu*, pro vulgato τῶν ἀνδρῶν τούτων τινὰ, corrigendum ἀδρῶν perspecte monuit HERMANNUS, DE Metris pag. 118 sq. Hoc nempe & metrica lex, & sententia, & locus huic parallelus Epigenis (apud Nostrum pag. 474. a.) desiderabat.

Vers. 2. κάνθαρον καταστρέφοντα, *cantharum invertentem;*

d id est, *funditus educentem siccantemque*, ut recte Gallicus interpres monuit, in memoriam revocans illud Virgilianum, ex Aeneid. IX. 165.

Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos.

conf. XI. 781. e. & 467. e. ubi περιτρέπειν idem valebat ac ἀνατρέπειν, στρέφειν, καταστρέφειν.

Ad sequentia verba (*vers.* 2 & 3.) sic olim edita,

— πλησίον δὲ κείμενον
στρώματά τε καὶ γύλιον αὐτοῦ:

haec monuerat CASAUBONUS: »In trochaicis *Alexidis* ἐν Κρατεύᾳ scribe:

»— πλησίον δὲ κείμενα
»στρώματά τε καὶ γύλιον αὐτοῦ.

»Haec militis supellex: *stragula*, & *pera*, in qua soliti »poculum, allia & cepas circumferre. Graeci ita deseri»bunt: Γύλιον, ἀγγεῖόν ἐστι ὁδοιπορικὸν εἰς ἀπόθεσιν τῶν »ἀναγκαίων, ᾧ ἐχρῶντο οἱ στρατιῶται. Athenaeus infra »non longe, [pag. 483. b.] *cothonem* scribit fuisse Laco»nicum poculum ἐπιτηδειότατον εἰς στρατείαν, καὶ εὐφο»ρώτατον ἐν γυλίῳ.« — Vocab. γύλιος eâdem notione apud Aristophanem plus semel reperias. Sed in praecedentibus h. l. verbis, bene habebat vulgatum κείμενον: pro στρώματά τε vero, στρωματέα τε scribendum fuit praeeunte cod. *A.* Est autem στρωματεὺς idem quod στρωματόδεσμον: de quo vide Casauboni Animadv. ad I. 4. b. Illudque vocabulum quin restitueremus *Alexidi* non debuimus dubitare, licet tamquam minus Atticum notatum fuerit a Grammaticis, Phrynicho, Moeride & Thoma Magistro. Confer Pollux. VII. 79. & X. 138. & consule quae ad praedictorum Grammaticorum praecepta a viris doctis adnotata sunt.

e *EUBULI* versiculus ille,

Ὁ δὲ κάνθαρος πάλαι δὴ κενὸς ὡς ξηραίνεται:

mendam manifesto profitetur. Si abiicias vocem κενὸς, quae ex interpretatione irrepere potuit, (quae quidem in καινὸς etiam detorta in ms. *A.*) recte decurret senarius. Si κενὸς tenere malueris, voculae δὴ & ὡς deleri debebunt; quod a PURSANO factum video in Athenaei exemplo quod olim ipsius fuerat: δὴ certe nullo pacto stare poterit.

f Postremum eiusdem *Eubuli* testimonium sic editum erat: καὶ ἔτι· Ἅμα δὲ λαβοῦσα ἠφάνικε. πηλίκον τινὰ οἴεσθε μέγεθος. Ἀρεσίας, μέγαν πάνυ καὶ ξηρὸν ἐποίησε εὐθέως

τὸν κάνθαρον. Ad quem locum haec adnotavit CASAUBONUS: »Poſtquam de cantharo teſtimonia tria attulit ex Eu- f
»bulo comico, ſubiicit: Ἀρεσίας, μέγαν πάνυ καὶ ξηρὸν »ἐποίησε τὸν κάνθαρον. Viri docti haec male confuderunt »cum Eubuli verbis: eſt enim diverſi poëtae locus. Sed »*Areſias* nullus opinor fuit. Lego Ἀριστίας. Is eſt de quo »lib. II. cap. XIX. « [II. 60. b.] — Tum idem CASAUB. in *Addendis:* »Verum cogitemus: nam & Huraldinus codex »retinet vulgatam ſcripturam Ἀρεσίας, ſed leviter immu- »tatam, & punctorum alius ibi ſitus. Ita legitur in eo li- »bro: καὶ ἔτι· Ἅμα δὲ λαβοῦσα ἠφάνικε· πηλίκον τινὰ »οἴεσθε μέγεθος ἀρεσίαν; μέγαν πάνυ καὶ ξηρὸν (dele »καὶ: aut ſcribe κατάξηρον) ἐποίησεν εὐθέως τὸν κάνθαρον.« — Denique rurſus idem in Animadv. »ξηρὸν ποιεῖν τὸν κάν- »θαρον eleganter, ut *ſiccare calyces* Horatius.« — Perſpe- cte vero DALECAMPIUS viderat, in verbis οἴεσθε μέγεθος finiri non poſſe poſtremum *Eubuli* teſtimonium, quod ſic fruſtra prorſus adpoſitum foret, cum in illo *canthari* nulla fieret mentio. Quare mendoſam vocem Ἀρεσίας haud abſurdâ ſane coniecturâ corrigens, *ſecundum* poëtae *verſum* latine ſic reddidit:

Qua vero putatis magnitudine ab ea ſublatum cantharum?

Cuius ex mente PURSANUS in Graecis ἄρασα correxit: ne id quidem male. Nos vero TOUPIUM ſequi maluimus, ἀπειρέσιον corrigentem, in Epiſt. Crit. pag. 160 ſq. ed. Lipſ. Sed videndum tamen, ne quod aliud hic lateat vocabulum. Verbum ἀφανίζειν, ut hoc loco, ſic & ſupra lib. X. 424. e. ab alio poëta eâdem notione *exhauriendi, ſiccandi calicem*, uſurpatum vidimus. *Verſ.* 3. Pro ἐποίησε ſatis fuerat, eliſâ vocali ε, ἐποίησ' ſcribere cum Toupio l. c. Sed quum ἐπόησε dederit codex *A.* illius auctoritate etiam vocalem *iota* delevimus. Vide not. ad p. 472. a.

In *XENARCHI verſ.* 1. cum Σὺ δὲ μὴ κατέγχει in ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. legeretur, temere dein Σὺ δὲ κατέγχει, omiſſâ μὴ particulâ, excuſum eſt in ed. Caſ. 2. & 3. Inde probabiliter IACOBS, in Notis msstis, Σὺ δ' οὖν κατέγχει corrigendum propoſuit. Sed Σὺ δὲ μηκέτ' ἔγχει opportune nobis dedit optimus cod. *A.* eamdemque ſcripturam e codice Romano etiam a Caſauboni manu in lectionibus Aegianis adnotatam video. *Verſ.* 2. Poſt ἄγωμεν cum nulla eſſet diſtinctio, interpunxi orationem: nam verba εἰς τὸν κάνθαρον ad ſequens ἔγχει referuntur. Io-

cose vero dictum, ἐς τὸ βαθὺ ἄγωμεν, *in altum evehamur*: pro, *maioribus & profundis utamur poculis.*

a In *Epigenis*, ex *Heroina*, *vers.* 2. in ed. Bas. & Cas. sic scribitur, ὦ τάλαν, quod *me miserum!* reddidit Dalec. percommodâ quidem sententiâ: at hoc Graece ὦ τάλας ἐγὼ sonabat. Et omnino particula ὦ, ὀξυτόνως scripta, cum nominativo aut cum genitivo construitur, non cum vocativo. Vocativum autem τάλαν tenent libri omnes: quare ὦ̃ circumflexo accentu notavi, quemadmodum & in ed. Ven. & in cod. *Ep.* scriptum video: nescio an eodem modo in ms. *A.* *Vers.* 3. pro ὥσπερ αὐτὰ, perperam ὡς περὶ αὐτὰ habet ms. *A.* *Vers.* 4. Vulgatam scripturam, οὐ τὸν οἶνον, in senarii initio non esse ferendam adparet. οὐδ' αὖ τὸν corrigebat Iacobs in *Notis msstis.* Nobis expeditius visum erat, καὶ οὐ τὸν οἶνον.

AD CAP. XLVIII.

Σωσικράτης, Φιλαδέλφοις. Sic ms. *A.* cum editis. Quod in *Epitoma* scribitur Σωσικρ. δὲ ἐπὶ πλοίου, id ita commode factum, ut velles ab *Athenaei* manu esset haec scriptura. At, ne id credamus, vetat Phrynichi testimonium in pleniore opere continuo deinde subiectum, ubi rursus κάνθαρος de *potorio vase* accipitur: quo fit, ut a negligentiae culpâ in ordinandis rebus propositis liberari Deipnosophista noster non posse videatur; nisi statuas, per librarii errorem *Sosicratis* hoc testimonium ante istud *Phrynichi* esse positum. Eâ culpâ non premitur Epitoma, in qua prorsus omissum Phrynichi testimonium. Sed iam saepius alibi & similem in Athenaeo negligentiam, & paulo commodiorem ab Epitomatore initam rationem, observavimus.

Ad *Sosicratis* versiculos, ubi legitur,

— κυρτοῖς ἐγγελῶσα κύμασιν
αὖρα, κόρη Σκείρωνος, —

adnotavit Iacobs: »Forte ἐγγελῶσα χείλεσιν ἄβρα.« — Ubi tamen, cur a vulgata scripturâ discedendum statueremus, nullam equidem causam vidi. Cum editis prorsus consentit vetus codex *A.* In *Epit.* quidem mendose κύμα scribitur: sed id manifeste ex κύμασιν decurtatum. Nec illud satis adcuratum in *Epit.* quod αὖρα (sic) penultimâ circumflexâ scribitur: quum enim ultima huius vocabuli syllaba ex ipsius metri necessitate produci debeat,

penultima circumflecti non potest; rectèque adeo αὖρα penacute scriptum in ms. *A.* & in ed. Ven. Bas. & Cas. 1. (nam in ed. Cas. 2. & 3. accentus non notatus super literâ maiusculâ initio versus.) De qua scripturâ PORSONUS etiam monuit ad Euripidis Hecub. vs. 448. Iam αὖρα illa hîc dicitur κόρη Σκείρωνος, (sic Σκείρωνος scriptum in utroque cod. msto, ut in editis) id est *Scironis filia*, nempe flans a *Sciro monte* sive *Scironibus petris*, quae dicuntur, quae sunt inter Corinthum & Megaram; de quibus vide Cellar. Geogr. Antiq. T. I. p. 1166 sq. & Holsten. ad Stephanum Byz. p. 298. Qua ex regione flantem ventum Σκείρωνα etiam appellari solitum Strabo docet, lib. IX. p. 391. d. ed. Casaub. quem ventum ille quidem procellosum esse ait.

PHRYNICHI testimonium, veluti nullis metri legibus b adstrictum legebatur vulgo sic conceptum: εἶτα κεραμεύων ἐὰν οἴκῳ σωφρόνως Χαιρέστρατος ἑκατὸν τῆς ἡμέρας ἔκλαιεν οἴνου κανθάρους. In quo nihil mutat ms. *A.* nisi quod ἂν οἴκῳ habet, sive αν sine spiritu & accentu. In *Ep.* deest totum. Monuit h. l. CASAUBONUS: »In ecloga *Phrynichi* e *Comastis* (cuius fabulae meminit Pollux »lib. IV. cap. VII.) ἑκατὸν τῆς ἡμέρας ἔκλαιεν οἴνου καν»θάρους, non intelligo: & verius puto εἴλκεν.« — At mirus profecto ille fuerit bibendi artifex, qui *centum quotidie vini cantharos siccasset:* nec minus ridiculus poëta, qui eum σωφρόνως hoc feciſſe diceret. DALECAMPIUS totam eclogam latine sic reddiderat:

Deinde cum in aedibus modeste Chaerestratus fictilia faceret, centum interdiu vini cantharos absumi lacrymabatur.

Equidem GROTEFENDIUM nostrum probavi, monentem ad hunc locum in *Notis msstis:* »Sunt iambici tetrametri:

»Ἔπειτα κεραμεύων ἐν οἴκῳ σωφρόνως Χαιρέστρατος,
»ἑκατὸν ἑκάστης ἡμέρας ἔκλαιεν οἴνου κανθάρους.

»quos scilicet potare gestiebat.« — Nempe plorabat, se aliorum in usum cantharos conficere coactum esse, e quibus ipsi non liceret bibere. Versus eodem modo constituit FIORILLO, Observ. in Athen. pag. 4. Sententiam vero, quam in verbis istis se deprehendisse sibi visus erat, mihi non licuit in eisdem reperire. »Bonus Chaerestratus (in»quit) plus vini biberat, quam vasculis faciendis lucri fe»cerat.«

Etiam *NICOSTRATI* ecloga veluti solutâ oratio vulgo

ſcribitur: nec nos, ne nimis multa mutaremus, (cum praeſertim de ſententiâ haud ſatis certi eſſemus) ad metri leges revocare praeſumſimus. Primus quidem ſenarius nullam difficultatem offerebat: ſolummodo pro ἐστὶν ἡ κύκνος, ἐστ' ἡ κύκνος fuit ſcribendum. Atque ita, ut a nobis factum, eumdem verſum H. STEPHANUS conſtituit in Indice Theſauri, voce κύκνος: ubi ſpeciem aliquam navigii κύκνον eo dictam fuiſſe ſtatuit, quod in prora *cygni* effigiem geſſiſſet. Deſideratur & haec ecloga & proxima Menandri in Epitoma: codex *A.* vero nil aliud mutat, niſi quod περιάνω habet, pro περιάγω quod eſt in editis.

MENANDRI, ex *Nauclero*, *verſus* 1. ex initio Troadum Euripidis mutuo ſumtus eſt. Ad inſequentes verſus haec
c adnotavit CASAUBONUS: » In *Menandrea* pericopa legunt » veteres quidem (*verſ.* 4.) πρῶτος λέγω σοι: deinde Ma» crobius, [Saturn. V. 21.] τόνδ' ἐχρύσουν κάνθαρον. Ποῖον; » τὸ πλοῖον. οὐδὲ μ' οἶσθα σὺ ἀθλιε: vel οὐδὲν οἶσθα. For» taſſe autem ſcribendum in iis quae ſequuntur, Τὴν ναῦν » σεσῶσθαί μοι λέγεις; ἐγώ. τὴν ἐμὴν ἐκείνην ναῦν ἣν Καλ» λικλῆς ἐποίησε. τό τε πλοῖον ἐμὸν ὁ Εὐφράνωρ ἐκυβέρνα » Θούριος. « — Vide CLERICI Reliquias Menandri p. 129 ſq. & praeſertim BENTLEII Emendationes, p. 46 ſq. quas (a Brunckio etiam ad Ariſtophanis Pac. 143. commendatas) adoptavimus, exceptis duobus poſtremis verſibus, quos ſic ille conſtituerat:

— ἣν ἐποίησ' ὁ Καλλικλῆς
καλούμενος, Εὐφράνωρ δ' ἐκυβέρνα Θούριος.

Verſus 6 & 7. fortaſſe cum PHILARGYRIO *Cantabrigienſi* (in novis Emendat. p. 55.) paulo minori mutatione ſic concinnari potuerant:

Στ. Τὴν ναῦν σεσῶσθαί μοι λέγεις; Α. Ἐγώ. Στ. Ἐμὴν τὴν ναῦν ἐκείνην, ἣν ἐποίησ' ὁ Καλλικλῆς;

Vetus noſter codex nihil ab editis diſſentiebat; niſi quod *verſ.* 4. recte πρῶτος λέγω dedit.

d In *POLEMONIS* teſtimonio, ubi πεποίηκεν Ἵππεὺς conſentiente *Epit.* & ms. *A.* legitur, illud πεποίηκε, quemadmodum ubi de poëta agitur ſignificat *carmine expreſſit*, ſic hîc, ubi de *pictore*, intelligi debet *picturâ expreſſit*. Nam, *Hippeum* hunc *pictorem* fuiſſe, cum ex re ipſa quae hîc deſcribitur, tum e titulo libri *Polemonis*, περὶ Ζωγράφων, intelligi videtur. Et *Hippeum* quidem artificem nusquam ali-

bi memoratum reperio: *Hippiam* vero *ſtatuarium* Pauſa- d
niae (lib. VI. 13. pag. 483.) nominatum video; *pictorem* vero *Hippiam* ſive *Hippin*, Plinio lib. XXXV. cap. XI. ſect. 40. num. 35. Quod mox ait λίθινα, *lapidea*, intellige ex pretioſiore quodam lapide, puta e cryſtallo, achate, lapide lazuli, aut aliquo tali. Ad ſequentia verba adnotavit CASAUBONUS: »Conſtanter omnes codices »& Epitoma, χρυσῷ τὰ χείλη περιτεραμνίσας, aut πα»ρατεραμνίσας: quod quid ſignificet? Lego igitur περιτερ»ματίσας. Aliis verbis idem dicit paullo poſt, [p. 476. d. e.] »τὰ χείλη περιαργυροῦντας καὶ χρυσοῦντας.« — Pro χρυσῷ τὰ χείλη ſcribitur χρυσωτὰ χείλη cum in cod. *A.* tum in *Epit.* quod non probo: ſed in περιτεραμνίσας conſentit codex uterque, quod mutare non ſum auſus. τέραμνα ſive τέρεμνα (nam utrumque perinde in uſu erat) apud Euripidem, Hippol. 418. & alibi, ſunt *tecta* aedium, conf. Euſtath. ad Od. ϒ. pag. 808. l. 35. & omnino τὰ μετέωρα, τὰ ὑψηλότερα, ut eſt in Scholiis ad Eurip. Phoeniſſ. 335. id eſt, *altiores*, *ſuperiores* rei cuiuscumque *partes*. Quidni igitur inde verbum formari potuerit eo ſenſu, ut περιτεραμνίζειν τὰ χείλη χρυσῷ valeat *ſumma labia* vaſis alicuius *auro praecingere?* Quid dicat *Polemo* paulo poſt, ἀνακεχυμένας τὰς φλόγας, cum haud ſatis mihi liqueret, *ſparſas flammas* cum Dalecampio in verſ. lat. poſui.

Ὅτι δὲ καὶ ἀπὸ Κανθάρου κεραμέως ὠνομάσθη. Huc ſpectat Heſychiana gloſſa: Κάνθαρος· ποτηρίου εἶδος, ἀπὸ τοῦ κατασκευάσαντος. At ex ſubiectis *PHILETAERI verſibus*, ubi vox κανθάρου veluti adpellativum minusculâ literâ initiali ſcriptum erat, (etiam in ed. Caſ. in qua aliâs uncialibus primoribus literis distinguuntur propria nomina) haud ſane perſpicue elucebat illa nominis origo: prorſus autem obſcurata erat in DALECAMPII verſione, quae ſic habebat:

Peleus nomen fuit figuli, aridi, lucernarum cantharorumque opificis, &c.

Qui quum etiam in orâ notaſſet: »Verſus ſunt non ſatis »commode & tempeſtive hîc inſerti:« eo magis miratus ſum nihil ad hunc locum a Caſaub. eſſe animadverſum. Duo priores *Philetaeri* verſus eodem prorſus modo in *Epit.* ſcribuntur, atque in editis & in membranis *A.* Tertii verſiculi hemiſtichium omiſit Breviator.

Ὅτι δὲ καὶ γυναικεῖον κοσμάριόν ἐστι κάνθαρος, Ἀντιφά- e
νης εἴρηκεν. *Antiphanis* teſtimonium neque hîc ab Athenaeo

e adpoſitum, nec alibi (quod ſciam) exſtat. Videndum vero an huc referendum ſit id quod apud eumdem, quem modo laudavi, Heſychium legitur: ἢ ὁ δακτύλιος τῶν ἱερῶν: ubi fortaſſe τῶν ἱερειῶν ſcriptum oportuerat.

AD CAP. XLIX.

Καρχήσιον. Καλλίξεινος &c. Sic, non Καλλίξενος, ſcribitur in ed. Ven. & in ms. *A.* quemadmodum ſupra, pag. 472. a. Auctoris nomen non adpoſitum in *Epit.* — »*Carchesium* ex *CALLIXENO* ita deſcribit Athenaeus: »ποτήριόν ἐστιν ἐπίμηκες, συνηγμένον εἰς μέσον ἐπιεικῶς, »ὥστα ἔχον μέχρι τοῦ πυθμένος κατήκοντα. Vertit ad ver»bum Macrobius: [Saturn. V. 21.] *Carcheſium eſt poculum* »*procerum, & circa mediam partem compreſſum, anſatum me*»*diocriter, anſis a ſummo ad infimum pertinentibus.* Ita omnes »hactenus Macrobii editiones: abſurde: neque enim *an*»*ſatum mediocriter* poteſt dici, cuius anſae ad infimum per»tingunt a ſummo. Medicina quam facere conati ſunt qui»dam, medicina non eſt, verum ſententiae διαφθορά. Ni»hil hîc opus audacibus coniecturis. Peccantem vocem re»ſtitue in ſuum locum, & ſcribe ex verbis Graecis, *circa* »*med. part. compreſſum mediocriter, anſatum, anſis a ſummo* »&c.« CASAUBONUS. — Ex hoc capite, quae habet Epitoma, eorum maiorem partem adpoſuit Euſtath. ad Odyſſ. β'. pag. 64. l. 18 ſqq.

f εἰ γε ὁ Ζεὺς ὁμιλήσας Ἀλκμήνῃ &c Confer ſupra, XI. 781. c. & paulo poſt, pag. 475. c. d.

ἢ ἐμπίπτει εἰς τὸν ληνόν. »Forſ. ἢ ἐμπίπτει.« CORAY. — »Ληνὸν in navi vocat quam poëtae ἱστοδόκην & μεσο»δόκην.« CASAUBONUS. — Sic & Pollux, I. 91. τὸ ὑποδεχόμενον τὸν ἱστὸν, ληνός. Ubi hunc Athenaei locum citans Iungermannus, pro τὴν ληνὸν, quod habebant omnes Athenaei editiones, tacite τὸν ληνὸν ſcripſit: recte: & τὸν ληνὸν hîc etiam perſpicue ſcribitur in ms. *Ep.* neſcio an & in ms. *A.*

a Quod paulo poſt ait, θωράκιον τετράγωνον πάντη, πλὴν τῆς βάσεως καὶ τῆς κορυφῆς· αὗται δὲ &c. de θωρακίῳ confer quae notavimus ad V. 220. e. Idem vocab. eâdem notione habes apud Poll. I. 91. Quod vero hîc ſcribitur, *thoracium* illud, vel *corbem*, eſſe *prorſus* (ſive, ut Dalec. vertit, *quaquaverſum*) *quadrangulam, exceptâ baſi ac vertice;*

baſin vero ac verticem nonnihil forâs in directum prominere: a (αὗται δὲ προὔχουσιν μικρὸν ἐπ' εὐθείας ἐξωτέρω:) id quale ſit, fateor me prorſus non percepiſſe. Nec prudentiorem me reddidit Gallica interpretatio, ita habens: *car ces deux parties (la partie ſuperieure, & la partie inferieure) ſaillent un peu en ligne droite.* In Graecis cum editâ ſcripturâ ad verbum conſentiunt ambo noſtri codices mssti. An hoc fortaſſe ſignificare voluerit auctor: *corbem illam habere fere perfecti cubi formam, ſed tamen paullo amplius in latitudinem patere quam in altitudinem?*

Μνημονεύει δὲ τῶν καρχησίων καὶ Σαπφὼ, ἐν τούτοις. Et Sapphûs & Sophoclis teſtimonia omiſit Breviator. Verba ἐν τούτοις, quae deerant editis, dedit nobis cod. *A.* Eiusdemque codicis auctoritate in ipſius *SAPPHUS* teſtimonio, pro Κοινῇ, quod & apud Athenaeum & apud Macrobium editum erat, Κῆνοι reſtituimus. Eamdem ſcripturam ex codice msto Thuanaeo Macrobii citavit *Iac.* GRONOVIUS ad Saturnal. V. 21. pro quo κεῖνοι ille deſideraverat: ſed verum eſt Κῆνοι. Eâdem ſane formâ, pro communi ἐκεῖνος vel κεῖνος, aut pro dorica τῆνος, eadem poëtria κῆνος dixit in illo carmine, quod a Longino nobis ſervatum eſt, De Sublim. cap. 10. Potuerant anapaeſtici verſiculi (ut FIORILLO propoſuit, Obſerv. in Athen. p. 31.) in hunc modum digeri:

— Κεῖνοι δ' ἄρα πάντες
καρχήσι' ἔχον καὶ ἔλειβον
ἁράσαντο δὲ πάμπαν ἐσλὰ
τῷ γαμβρῷ. —

Cur ἐσλὰ in ἐσθλὰ mutaretur, quod in Wolfiana editione pag. 52. num. 20. factum video, nulla cauſſa fuit. ἐσλὰ certe tenet cum editis uterque noſter codex mstus: pariterque in illis Lesbiae poëtriae verſiculis, qui in Ariſtotelis Rhetor. I. 9. leguntur, teſtificatur Scaliger, (ab ipſo etiam Wolfio p. 48. citatus) in antiquiſſimo libro ſe ἐσλῶν, non ἐσθλῶν, ſcriptum reperiſſe. Sic vero & Pindarus plus ſemel: ut Maittaire notavit in Dialect. p. 145. Conf. Gregorium Corinth. de Dial. p. 95. & quem ibi Koenius laudavit Editorem Heſychii, T. I. pag. 1461. not. 9. In aliâ quidem Sapphûs eclogâ apud Noſtrum, XIII. 599. d. communes formas κεῖνος & ἐσθλὸς exhibent libri noſtri. Ad rem quod ſpectat, quemadmodum apud Sapphonem *libant ex carcheſio;* ſic apud Virgilium *Aeneas,*

a — *duo rite mero libans carchesia Baccho*
fundit humi. — Aeneid. V. 77. Cf. eiusdem Georg. IV. 380.

Sophoclis fragmentum ex fabulâ *Tyrô*, quale hîc legitur,

— Προστῆναι μέσην
τράπεζαν ἀμφὶ σιτία τε καὶ καρχήσια:

sic nullâ adiectâ interpretatione (ut fere consueverat) adposuit Brunckius in Sophoclis Fragm. pag. 32. num. 8. Haud sane tamen expedita verborum istorum sententia; quae vix ab ullo percipi posset, nisi ex his, quae interpretationis caussa adiecit Athenaeus, aliquatenus intelligeretur quid sit quod illis verbis dixerit poëta. Verbum προστῆναι cum accusativo casu sic constructum nescio an usquam alibi occurrat, nisi in eiusdem Sophoclis Electr. vs. 1377 sq. ubi προὔστην σε videtur significare, *coram te steti*, vel *te accessi*. Sed sicuti interpretandi caussa verbo προσεληλυθέναι utitur Athenaeus, sic fortasse προσστῆναι (a verbo προσίστημι) dixerat poëta. Pro σίτιά τε καὶ, perperam σίτια τὰ καὶ scribitur in ms. *A*. Quod de Casauboni errore ad hunc locum spectante, & a Gatakero T. I. Opp. Posth. pag. 500. correcto, Brunckius commemorat: de ea re diximus in Animadv. ad Lib. V. T. IV. p. 49 sq. nam in Animadversionibus ad hunc locum prorsus silentio praetermisit Casaubonus Sophocleum istud testimonium. Miratus sum vero, cum in editione Macrobii Gronoviana, loco iam saepius citato, pro eo quod olim apud illum auctorem legebatur: *Sophocles in fabula quae inscribitur Tyro:* Πρὸς τὴν τράπεζαν φάσκων προσεληλυθέναι &c. nunc, nullâ in Notis mentione factâ veteris illius lectionis, sic plane scriptum vidi ut est apud Athenaeum: *Sophocles, in fabula quae inscribitur Tyro:* Προστῆναι μέσην τράπεζαν ἀμφὶ σίτιά τε καὶ καρχήσια. Quod quale sit, hi viderint quibus vacat in criticam historiam lectionis quae in Macrobii libris vulgo recepta est, inquirere. Quod si ita scripsisset hic auctor, quemadmodum in vetustis editionibus h. l. legitur, certum esset, Graeca omnia, quae apud Macrobium in illo capite 21. libri quinti Saturnalium leguntur, ex uno hoc *Athenaei undecimo libro* esse desumta: & hoc ipso turpiter se prodidisset Macrobius, quod, quibus verbis apud Nostrum continebatur Athenaei interpretatio verborum Sophocleorum, ea imperite pro ipsis

Sophocleis accepiſſet. At videtur illa olim apud Macro- a
bium edita ſcriptura imperito neſcio cui editori deberi;
qui, cum in manuſcripto Macrobii codice, quo ille uſus
erat, deeſſent Sophoclis graeca, ex Athenaeo illa ſupple⸗
re voluiſſet, & temere Athenaei verba pro Sophocleis
adpoſuiſſet. Sed, quoniam in hoc ſumus, notemus etiam,
quod apud eumdem Macrobium, inter *Sapphûs* verſiculos & inter *Sophoclis* ῥῆσιν, medium interiectum ſit *CRATINI comici ex Dionysalexandro teſtimonium*, olim quidem nonniſi uno verſu, inde ab editione Gronoviana vero duobus verſibus comprehenſum; quod teſtimonium apud Athenaeum noſtrum prorſus deſideratur. Ex quo intelligi fas eſt, aut e communi quodam fonte ſuas de *Poculis veterum* disputationes hauſiſſe & Athenaeum & Macrobium, aut certe, praeter Athenaeum, alium quoque Graecum auctorem in illo Saturnalium capite ob oculos habuiſſe Macrobium: niſi ſtatuamus, (quod ne ipſum quidem adeo abſurdum fuerit ſtatuere) illud *CRATINI* teſtimonium, quod in ſuo Athenaei codice olim hoc loco adpoſitum Macrobius reperiſſet, temere deinde in alio codice, e quo derivati ſunt qui hodie ſuperſunt, (ac fortaſſe primum in ipſo noſtro vetere cod. *A.* reliquorum omnium parente) per librarii errorem eſſe omiſſum. Quare quoniam ipſi fortaſſe Athenaeo noſtro acceptum debet referri, age adponamus illud hoc loco, quale ex codice Macrobii Thuanaeo a *Iacobo* GRONOVIO (in ed. Macrob. Lugd. Bat. 1670.) editum eſt, ubi ſic habet: Κρατῖνος ἐν Διονυσαλεξάνδρῳ·

Στολὴν δὲ δή τινα εἶχεν τοῦδ' ὁμόχροον
Θύρσον, κροκωτὸν, ποικίλον καρχήσιον.

Priore verſu, iſtud τοῦδ' ὁμόχροον de *Gronovii* coniectura eſt: in codice msto (ut refert ipſe) τουδομοιφρασόν ſcriptum erat, quod valebat τοῦτό μοι φράσον. In poſteriore, non poſt κροκωτὸν *comma* ponendum erat, ſed poſt ποικίλον. Quare ſic reſcribendum:

A. Στολὴν δὲ δή τίν' εἶχε; τοῦτό μοι φράσον.
B. Θύρσον, κρωκοτὸν ποικίλον, καρχήσιον.

Κρωκοτὸν ſigillatim eſt Διονυσιακὸν ἱμάτιον, interprete Suida & Schol. ad Ariſtoph. Ran. 46. Porro notandum hoc Cratini fragmentum ad Fabricii Bibl. Graec. T. II. pag. 431. novae edit. ubi omiſſa illius mentio.

Ὠνομάσθη δὲ τὸ καρχήσιον &c. »Quae *aſpera* ſunt, b
» κερχνὰ ſive κερχνώδη dicuntur; illa proprie quae in ſu-

b » perficie denſas habent aſperitates *milio* ſimiles; nam Io-
» nibus *milium* appellatur κέρχνος, pro κέγχρος. Fuere qui
» hinc deducerent vocem καρχήσιον, ut ſit poculum cuius
» ſuperficiem tales ἀνωμαλίαι protuberantes exaſperent.
» Athenaeus: Ὠνομάσθη τὸ καρχήσιον διὰ τὸ τραχύσματα
» ἔχειν κεγχροειδῆ· καὶ εἴρηται κατὰ ἐναλλαγὴν τοῦ ε πρὸς
» τὸ α, ἀντὶ τοῦ κερχήσιον. διὸ καὶ Ὅμηρος τοὺς ὑπὸ δί-
» ψους κρατουμένους καρχαλέους εἶπεν. Iliadis ῥαψῳδ.
» φ'. [verſ. 541.]

» δίψῃ καρχαλέοι, κεκονιμένοι, ἐκ πεδίοιο
» φεύγον. —

» Alii legunt [apud Homerum] καρφαλέοι, & in hoc &
» ſimilibus locis. « CASAUBONUS. — Apud Noſtrum, καρχαλέους tenent ambo mssti cum edd. Eadem verba ex Athenaei Epit. habet Euſtath. ad Od. β'. p. 64 med. Idem ad Iliados verſum citatum ῥαψ. φ'. pag. 1344. l. 11. ait: καρχαλέοι δὲ, οἷον καρφαλέοι, ὅ ἐστι κατάξηροι. Alter vero e Scholiaſtis Venetis Villoiſoni ad verba δίψῃ καρχαλέοι notavit: ξηραίνει γὰρ καὶ τραχύνει τὴν γλῶσσαν ἡ δίψα. Quid κεγχρῶδες vel κερχνῶδες dixerint Graeci, expoſitum eſt ad II. 53. d. Quod apud Noſtrum hîc ſcripſimus κατ' ἐναλλαγὴν τοῦ ει πρὸς τὸ α: (non τοῦ ε πρὸς τὸ α, ut cum editis habet Epitoma:) in eo veterum membranarum *A.* auctoritatem ſumus ſecuti, in quibus ſic h. l. ſcriptum, ut alibi. Vide lib. X. pag. 453. d. & f. & XI. 467. a.

Χάρων δ' ὁ Λαμψακηνὸς ἐν τοῖς Ὡροις. CHARON *Lampſacenus* cum multa alia ſcripſit, teſte Suida, tum Ὡρους Λαμψακηνῶν, id eſt, *Lampſacenorum Annales, libris quatuor;* quorum *librum ſecundum* rurſus citat Noſter, XII. 520. d. Nam Ὡρους inſcriptos fuiſſe illos libros, non ut vulgo legunt Ὄρους, dubitari non debet: niſi forte ſtatuas, ex antiquiſſimo uſu ſupereſſe ſcripturam Ὄροι, per ο, pro ω, idque vocab. idem valere ac Ὧροι: nec vero Ὅροι cum aſpero ſpiritu ſcribendum, & de *Finibus* accipiendum fuiſſe. Vide paulo ſuperius, XI. 470. b. & praeſertim notata ad IV. 175. e. De re, quae hîc agitur, dictum eſt pag. praec. f.

c Κάλπιον. Confer quae notavimus ad pag. 468. e. *Ibid.* ποτηρίου – – Ἐρυθραίου. » *Erythrae*, Aſiae civitas, » non procul *Chio*. « DALECAMP.

AD CAP. L.

Κελέβη. Τούτου τοῦ ἐκπώματος Ἀνακρέων μνημονεύει· c
Ἄγε δὴ &c. De *ANACREONTIS* verſibus nihil habeo quod adiiciam eis quae dicta ſunt ad X. 427. a. ubi iidem iam adponebantur. Eiusdem poculi idem Anacreon alio loco meminit, citato a Deipnoſophiſta, X. 430. d.

Ἄδηλον δὲ ποῖον εἶδός ἐστι ποτηρίου, ἢ εἰ πᾶν ποτήριον κελέβη καλεῖται. Cum nude ἢ πᾶν ποτηρ. vulgo ſcriberetur, CASAUBONO obſecutus ſum monenti: »Scribe ἢ εἰ πᾶν »ποτ.« — Breviter Epitoma: Κελέβη: ἴσως πᾶν ποτήριον, ἀπὸ τοῦ χέειν &c. Vix vero integra eſt oratio etiam in proximis, ἀπὸ τοῦ χέειν εἰς αὐτὸ τὴν λοιβὴν ἢ τὸ λείβειν. Sic tamen uterque cod. ms. cum edd. Commodius ex alio Grammatico Euſtathius, ad Od. γ'. pag. 137. l. 50. Τοῦ δὲ κοινῶς λεγομένου λείβειν, παράγωγον καὶ ἡ κελέβη, ὡς οἷον χελείβη, παρὰ τὸ χέειν λοιβὴν εἰς αὐτό. ἢ καὶ ἄλλως, παρὰ τὸ χέειν καὶ λείβειν. Longe vero diverſam vocabuli originem ſtatuit Etymologus, pag. 502. Κελέβη, inquit, εἶδος ποτηρίου ξυλίνου· παρὰ τὸ κάλον, ὃ σημαίνει τὸ ξύλον, καὶ τὸ εἴβω τὸ ῥέω.

Πάμφιλος δὲ τὸ ποτήριον θερμοποτίδα καλουμένην τὴν d κελέβην εἶναι. Eodem pertinet quod eſt apud Heſychium: Κελέβη, ποτηρίου εἶδος θερμηροῦ.

In *ANTIMACHI verſu primo*,

Κήρυκας ἀθανάτοισι φέρειν μέλανος οἴνοιο:

immortales illos, quibus *iubentur praecones utrem vini adferre*, cum res ipſa ſuſpectos nobis reddere debet, tum violata in hac voce lex metrica. Nam cum κήρυκας penultimam producat, ſequi debet vox a conſonante incipiens, quo & ultima ſyllaba κας producatur. Quod enim ſtatuunt nonnulli, ancipitem υ in obliquis caſibus a recto κήρυξ corripi etiam poſſe, provocantes ad Iliad. ρ'. 324. in eo loco nullum praeſidium invenire iſtam opinionem iam pridem docuere peritiores Homeri editores. Quibus cibos & potum apud Antimachum adponunt praecones, non ſunt *Dii*, ſed *duces & reges Graecorum*. Vide mox pag. 482. f. & ſupra, pag. 468. a. b. Expeditiſſimum ſane fuerit, Κήρυκας δ' αὐτοῖσι corrigere: haud immerito tamen mireris quid ſit quod a tam facili & obvia ſcriptura in iſtam aberrarint librarii. Idem verſus penultimum pedem ſpondeum habet, poſtremâ ſyllabâ voca-

d buli μέλανος productâ per positionem, quam cum literâ ϝ efficiebat *digamma* initio proximae vocis οἴνοιο ut frequenter apud patrem poëtarum. In fine versus perperam *comma* ponebatur in ed. Bas. & Cas. quod recte ignorat ed. Ven.

Secundus versus sic scriptus erat in editis,

ἀσκὸν ἔνι πλεῖον κελεβήϊον ὅττι φέριστον,

Ibi monuit CASAUBONUS: »Scribe ἐνίπλειον, id est, ἔμ-»πλεον: ut ἐνικάτθεο & similia.« In Epit. desunt Antimachi omnia. In ms. *A.* ἐνιπλεῖον una voce, sed pravo accentu scribitur. Haud dubie verum erat id quod est a Casaub. commendatum. Mireris vero nihil insuper aliud hîc monendum visum esse docto Animadversori. Nam (ut taceam, rursus sane quam importune *comma* in fine huius versus notatum in ed. Bas. & Cas.) quaeso quaenam tandem in istis verbis sententia ineft: in qua expedienda haesisse etiam aquam SCHELLENBERGIO (in Antimachi Reliq. pag. 60.) intelligo ex his quae ex illius libello mecum *Boissonadus* meus communicavit. »Nec enim intelli-»gitur, inquit, quî vas potuerit dici οἴνοιο ἐνίπλειον, simul-»que μέλιτος πεπληθός.« — At non idem vas & vino & melle plenum dixit poëta, sed *utrem plenum vino, & celebam melle repletam.* Nec κελεβήϊον cum Dalecampio intelligi debuit *celebae similem* utrem; sed perspicuum erat, κελεβήϊον idem valere ac κελέβειον, quod bis deinde in eiusdem Antimachi versibus occurrit, quae est diminutiva forma nominis ἡ κελέβη. Sed *coniunctivâ particulâ* opus erat, quae perperam omissa est a librariis. In promtu statim erat suspicari, ante κελεβήϊον excidisse καὶ particulam: si modo insertam illam h. l. pateretur metri ratio. Nunc, quum opportune nobis optimus codex *A.* non κελεβήϊον, sed κελέβειον, dederit; nihil certius nobis visum erat, quam sic scriptum oportuisse, ut nos edidimus, κελέβειόν θ' ὅττι φέριστον, interposito commate post ἐνίπλειον, deletoque illo quod perperam post φέριστον positum erat.

e Quod deinde ἀμφίθετον κελέβειον *Antimachus* ait, Homerum secutus, de illius epitheti significatu deinde disputatur apud Nostrum, pag. 501. c. d. Postremi duo versus, καὶ χρύσεια δέπαστρα &c. iam supra adpositi sunt, pag. 468. c. Operarum errore h. l. ἀσκηθὲς μελέβειον, pro κέλεβειον scriptum in ed. Cas. 1. & 2.

Θεόκριτος δ' ὁ Συρακόσιος. Sic ms. *A.* ut fere constanter alibi, non Συρακούσιος. Vide vero *THEOCRITI*

Idyll. II. vs. 2. ubi quod de *vaſe lanâ coronando* memoratur, id conferendum cum eo quod pag. 473. c. de *cadisci auribus ſive anſis lanâ coronandis* dictum eſt: conſulendusque Graevius ad Heſiodi Theogon. verſ. 499. & Lambertus Bos in Obſerv. Miſcell. cap. 19. quos laudavit Harleſius ad Theocriti locum citatum. Notandum vero, titulum illius Idyllii plurali numero efferri ab Athenaeo, Φαρμακεύτριαι, qui in Theocriti libris vulgo in ſingulari Φαρμακεύτρια exhiberi ſolet.

ANACREONTIS iſtud fragmentum, Ὠινοχόει &c. in edi- f
tione ſua adponens BARNESIUS, p. 251. pro κελέβην ἔχουσα, quod apud Noſtrum legitur, τὴν κελέβην ἔχουσα χερσὶν ex ingenio ſcripſit.

Διονύσιος δ' ὁ Λεπτός. Hunc eumdem eſſe ſtatuit MEURSIUS, ad Helladii Chreſtomath. pag. 34. qui & *Aſcalaphus* eſt cognominatus; de quo videndus Etymologici auctor pag. 278. *Ibid.* ἐξηγούμενος Θεοδωρίδα τὸ εἰς τὸν Ἔρωτα μέλος. Dalecampius, *explicans Theodoridem, quae carmen eſt in Amorem.* Ex cuius verſionis praeſcripto, in Graecis etiam verbis poſt Θεοδωρίδα *comma* poſitum eſt in ed. Caſ. Perperam: ut monuit ipſe CASAUBONUS in Animadv. »Tolle, inquit, ὑποστίγμην ex iſtis, Διονύσιος δ' ὁ Λέ- »πτὸς &c. id eſt, *Dionyſius Leptus, interpretans Theodoridae* »*carmen in Amorem.* Noli quaerere apud Graecos *Theodo-* »*ridem* carminis genus: nullum unquam fuit. *Theodori-* »*das* poëta Syracuſanus, doctis non incognitus.« — Vide Auctorum Indicem. *Ibid.* ἐπὶ τοῦ ὀρθοῦ ποτηρίου. Adiectum articulum dedit ms. *A.* Ad hunc vero locum infra provocat Athenaeus, pag. 496. d. ubi compoſito nomine ἔξορθον ποτήριον dicit.

AD CAP. LI.

Κέρας. »Poſt dictionem Κέρας multas adiecimus ex a »membranis.« CASAUBONUS. — Scilicet deerant in ed. Ven. & Baſ. iſta: ἀφ' οὗ τὸν Διόνυσον - - - ὅτι δὲ τοῖς κέρασιν ἔπινον: quae verba cum aliis codicibus Italicis, unde habuit Caſaubonus, agnoſcunt & veteres noſtrae membr. *A.* & Epitoma & ex Epitoma Euſtathius, ad Iliad. ν'. pag. 883. l. 6 ſqq. Habet vero κερατοφυῆ uterque codex mstus, non κερατοφυᾶ: tum Διονύσιον quidem mendoſe ſcribitur in *A.* recte vero Διόνυσον in *Ep.* Quod ve-

a ro ait Deipnoſophiſta, ἔτι δὲ ταῦρον καλεῖσθαι (nempe *Bacchum*) ὑπὸ πολλῶν ποιητῶν, id Euſtathius, praeter locum modo citatum, etiam alibi his verbis repetit, κερασφόρον ταῦρον ἐπονομάζεσθαι τὸν Διόνυσον. Dixerat quidem Athenaeus etiam lib. II. pag. 38. e. ταύρῳ παρεικάζουσιν τὸν Διόνυσον, id eſt, *tauro aſſimilant, cum tauro comparant Bacchum:* & Ion vetus poëta, apud eumdem Noſtrum II. 35. e. ταυρωπὸν *Bacchum* vocavit, quod equidem *taurino vultu* vel *adſpectu* intellexeram, id eſt, *truci & iracundo*, ut videtur ipſe Athenaeus expoſuiſſe pag. 38. e. Quinam ſint vero poëtae, qui rectà *tauri* nomine indigitaverint *Bacchum*, mihi non compertum. Quod autem ait, ἐν δὲ Κυζίκῳ καὶ ταυρόμορφος ἵδρυται: eodem ſpectare videtur Heſychiana gloſſa, Ταυροχολία: (ſive Ταυροχόλια ſcriptum oportuit:) ἑορτὴ ἐν Κυζίκῳ. (operarum culpâ perperam Κουζίκῳ legitur in optima editione Albertinâ.)

κερᾶσαι φάσκοντες. κεράσαι edd. & ms. *Ep.* κερᾶσαι ms. *A.*

καὶ τὸ ἀγγεῖον δὲ ἐν ᾧ κιρνᾶται ὁ οἶνος, κρατὴρ, ἀπὸ τοῦ συγκιρνᾶσθαι ἐν αὐτῷ τὸ ὕδωρ, ἀπὸ τοῦ κέρατος, οἷον κερατὴρ, ἀπὸ τοῦ εἰς τὰ κέρας ἐγχεῖσθαι τὸ πόμα. Intricatior paulo oratio: in qua tamen nihil mutat ms. *A.* niſi forte πῶμα per ω ſcribit, ut alibi: de quo quidem nunc nil monitum in excerptis lectionibus. Tam commode vero, quam breviter, in *Epit.* ſcribitur, καὶ τὸ ἀγγεῖον -- κρατὴρ, οἷον κερατὴρ &c. omiſſis iſtis ἀπὸ τοῦ συγκιρνᾶσθαι -- κέρατος. Caeterum cum his conferre iuvabit ea quae habet Etymologus pag. 504 med. ubi pro Πείσανδρος, ad quem provocatur, Πίνδαρος ſcriptum oportuiſſe a doctis viris monitum eſt.

b καλοῦσι γοῦν ἔνιοι ταῦτα ῥυτά. De ῥυτοῖς ſigillatim deinde ſuo loco disputat Deipnoſophiſta.

Πίνδαρος μὲν, ἐπὶ τῶν κενταύρων λέγων &c. »*Pindari*»*cum* teſtimonium ſcribe ex librorum fide:

»Ἀνδροδάμαντ' ἐπεὶ φῆρες
»δάεν ῥιπᾶν μελιηδέος οἴνου·
»ἐσσυμένως ἀπὸ μὲν λευκὸν γάλα
»χερσὶ τραπεζᾶν ὤθεον· αὐτόματοι δ' ἐξ
»ἀργυρέων κεράτων πίνοντες ἐπλάζοντο.«

CASAUBONUS. — At nihil in his *ex librorum fide* correctum, niſi quod commode diſtincta oratio eſt, quum in editis libris (ſecus ac in codicibus noſtris) tota ecloga

nullo interſerto vel commate vel puncto adpoſita fuiſſet; b tum quod recte τραπεζᾶν ſcriptum praeeunte Epitomâ, pro τράπεζαν quod erat in edd. & in ms. *A*. Quod ſi in eclogae initio vocem Ἀνδροδάμαντ' in numero lectionum fortaſſe repererat Caſaubonus e msstis Italicis excerptarum; non erat ea tamen e vetere codice depromta, ſed e docti neſcio cuius viri ingenio, qui illam ad oram ſui libri ſuâ de coniecturâ adnotaſſet, quum alibi eo vocabulo uſum eſſe Pindarum meminiſſet. In *Epit.* certe, omiſſo corrupto initio, ab illis verbis incipit ecloga, ἐπεὶ φῆρες δάεν: ſic & apud Euſtath. ad Iliad. ν'. pag. 881. l. 23. & p. 883. l. 16. In vetuſtis vero membranis *A*. prorſus ſic ſcribitur ut in editis, ὁ δάμαν δ' ἐπεὶ &c. ubi, ſervatâ δ' particulâ, mendoſum illud ὁδάμαν minore molitione in ἀδάμαν mutandum nobis viſum erat, quod idem ac ἀδαμάταν (id eſt, ἀδαμάτην vel ἀδάμαστον) valeret. In exemplari de quo deſcriptus eſt vetus noſter codex, fortaſſe omiſſa erat prima vocis litera, quae minio pingi debuerat: illam literam ſuo ingenio ſuppleturus librarius parum doctus, ὁ pro ἀ ſcripſit: aut ab ipſo rubricatore error ille commiſſus erat. Caeterum percommoda utique foret ſcriptura ἀνδροδάμαντ', id eſt, *virorum domitricem vim vini*; ſi modo paulo clariora illius veſtigia in libris ſupereſſent.

Καὶ Ξενοφῶν δ' &c. Particulam καὶ ante Ξενοφῶν δ' adiectam dedit ms. *A*. Recte vero hîc, ubi de *Seuthae convivio* agitur, ſcribitur in edd. & msstis ἐν τῇ ἐβδόμῃ τῆς Ἀναβασ. quemadmodum etiam apud Noſtrum II. 49. b. non ἐν ἕκτῃ, ut erat IV. 150. f. Verba hîc citata leguntur pag. 312 med. in edit. Baſ. operum Xenophontis. Alter locus, c *de Paphlagonibus*, exſtat ſub ipſum *ſexti libri* initium.

In *Aeschyli* fragmento ex *Perrhaebis*, complendi verſus cauſſâ, ante κέρασι cum Stanleio (in Aeſchyli Fragm. pag. 643. edit. Pauw.) articulum τοῖς adiecimus, qui poſt ἀργυρηλάτοις facile intercidere potuerat. ἀργυρήλατα *cornua* poſſis intelligere *tota ex argento cuſa*: ſed malim de *fundo* accipere, qui fuerit *ex argento; orificium ex auro*. Pro προσβεβλημένοις, quod neſcio an teneat codex *A*. recte προβεβλημένοις dedit *Epit.* & ex Epitomâ Euſtathius ad Iliad. ν'. p. 883. l. 15. Errorem errore cumulans *Villebrunius*, προσβεβλημένα legendum contendit.

Sophoclis verſiculos, ex *Pandorâ*, nullâ adiectâ inter-

pretatione, in Sophoclis fragmentis sic scripsit BRUNCKIUS:

Καὶ πλῆρες ἐκπιών τι χρύσεον κέρας
d τρίψει γέμοντα μαλθακῆς ὑπ' ὠλένης.

Cui, pro ἐκπιόντι, quod habet vetus codex cum editis, ἐκπιών τι scribenti praeiverat VALCKENARIUS in Collectione mstâ Fragmentorum Sophoclis olim cum Brunckio communicatâ. Quae emendatio iam occupata erat a DALECAMPIO, sic vertente:

Aureum cum aliquod plenum cornu ebiberit,
sub mollibus ulnis idem rursus plenum teret.

At illi correctioni non respondere proximum versum satis adparet; cui si & ipsi, quo illa stare possit emendatio, pariter adferenda medica manus est, nulla magnopere caussa fuisse videtur, cur istam temere adoptaremus. Immo vero fortasse, tenendo (*vers.* 1.) librorum scripturam ἐκπιόντι, nonnisi posteriori versui quaerenda medicina fuerit: in quo si statuas γέμοντε, non γέμοντα, olim scriptum fuisse, suspicari licuerit omissum esse vel a librariis vel ab ipso Athenaeo (quod haud raro ab eo factum observavimus) unum aut alterum verbum, quod apud poëtam in proximo versu sequebatur, quo complebatur sententia, quae nunc suspensa est. Nos quidem (hariolando utique) sensum verborum in latinâ versione ita expressimus, quasi γέμοντε scriptum esset, & deinde subiecta olim fuissent verba ἀποδώσει αὖτη aut in eamdem fere sententiam alia quaelibet. Recte vero, pro ὑπολαίνης, quod habent veteres membranae, ὑπ' ὠλένης editum erat. In omnia alia cum a Dalecampii ratione, tum a nostra, discesserunt Gallici interpretes, eosdem versiculos sic vertentes: *Et quand il aura bu plein la corne d'or, elle serrera ce vieillard dans ses bras délicats.* Cui versioni hanc Notam subiecit VILLEBRUNIUS: »Je lis au premier vers ἐκπιόντα, & au second γέροντα, avec *Adam*: cependant γέμοντα peut rester; ce seroit alors: *Quand il aura bu plein »une corne d'or, & sera bien rempli, elle le serrera* &c.« — In *Epit.* deest hoc testimonium, cum pluribus aliis.

Ἑρμιππος, Μοίραις. »Falso scriptum, Ἑρμιππος Μύ»ροις. Scribe Μοίραις, ut saepe alibi.« CASAUBONUS. — Vide Animadv. ad VII. 277. b. Ad verum proxime hic accedebat vetus noster codex, Μύραις scribens: nam confusione vocalium υ & οι nihil in vetustis libris frequentius. In priore ex *HERMIPPI* trochaicis, istud ὅμοι ποιη-

σον perperam Dalecampius pro ὅ μοι ποιητέον accipiens d vertit, *quid agendum mihi ſit:* immemor vulgati Atticismi, οἶσθ' ὃ δράσον, pro ὃ δράσεις. Verſus iſtos pro *ſenariis iambicis* habentes Gallici interpretes, ſic digerendos ſcribendosque cenſuerunt:

» Οἶσθα νῦν
» ὅ μοι ποίησον; τήνδε νῦν μή μοι δίδου,
» ἐκ δὲ κέρατος αὖ πιεῖν ἄπαξ δός μοι μόνον.«

Qua ratione in poſtremo verſu non modo abiiciendus τοῦ articulus erat, ſed & mire invertenda verborum ſeries. Multo minori molitione *trochaicorum* ratio ſervabitur, ἐκ δὲ τοῦδε pro ἐκ δὲ τοῦ ſcribendo: ubi quam facile omitti poſterius δε potuerit a librario ad verſus menſuram non attendente, nemo non videt. τήνδε *verſ.* 1. recte κύλικα intellexit Dalecamp. quod nomen iam ſaepe per ellipſin ſubintelligendum obſervavimus. Nempe non ex parvo poculo, ſed ampliore e cornu bibere vult is qui iſta pronunciat.

φησὶ Θεόπομπος. Huc reſpexerat Noſter ſupra, pag. 468. d. In *THEOPOMPI* verbis recte τῶν παρ' αὐτοῖς γενομένων dedit uterque codex mstus; ubi perperam παρ' αὐτῶν edd.

Καὶ Φιλόξενος δ' ὁ Κυθ. ἐν τῷ ἐπιγρ. Δείπνῳ φησίν· e » Ἔπινε &c. Particulam Καὶ initio adiectam dedit ms. *A.* In *Epit.* omiſſum totum teſtimonium. De *PHILOXENI* carmine, *Coena* inſcripto, vide IV. 146 extr. & ſeq. tum rurſus IX. 409. e. & quae ad utrumque locum, ac praeſertim ad poſteriorem, de verſuum genere, quo comprehenſum fuerit id carmen, notavimus. Videtur omnino genus mixtum fuiſſe & multiplex, ſed maxime anapaeſticum: diſtinguere autem verſus non magis hîc, quam ſuperioribus locis, conatus ſum equidem. Quae hîc adponuntur verba, ea FIORILLO in Obſerv. in Athen. p. 81. ſic diſtinguenda legendaque praecepit:

» — Ἔπινε τὸ νεκτάρεον
» πῶμ' ἐν χρυσαῖς προτομαῖς τε
» ἄλλων κεράτων· ἔβρεχον δὲ
» κατὰ μικρόν.« —

Nobis lubrica videbatur res eſſe, verſus conſtituere velle, & pro emendatis dare, quorum in verbis quinam ſenſus inſit, etiam poſtquam correxeris, aegre explanaveris. Iam hoc quidem loco in verbis nihil aliud mutat *Fiorillo*,

e niſi quod pro πόμα ἐν, quod habent libri, πῶμ' ἐν ſcribit; quod facile equidem patiar: ſed multo magis voluiſſem explicaſſet nobis vir doctus, quoniam nunc recte ſic conſtitutum hunc locum cenſuit, quid ſit iſtud ἐν χρυσαῖς προτομαῖς τε ἄλλων κεράτων: ad quae verba haud improbabiliter profecto CASAUBONUS adnotaverat: »Male προτομαῖς τε ἄλλων κεράτων. Puto μεγάλων »κερ.« — Προτομὰς dixiſſe poëta videtur quae στόμια Aeſchylus paulo ante: & ἐν χρυσαῖς προτομαῖς μεγάλων κεράτων idem valebit ac ἐν μεγάλοις κέρασι χρυσᾶς προτομὰς ἔχουσι.

ἔστιν οὖν τοῦτο εὑρεῖν ἐν τοῖς Δημιοπράτοις ἀναγεγραμμένον οὕτως, ἐκ στήλης ἀνακειμένης ἐν Ἀκροπόλει, ἣ τὰ ἀναθήματα περιέχει. »Solita *fieri Athenis pocula ar-*»*gentea* quae vocabantur κέρατα, ſic probat: ἔστιν οὖν τοῦ»το εὑρεῖν &c. Athenienſium mos fuit, cum alicuius fortis bona publicabantur, venum illa in auctione exponere: atque omnia quae ita vendebantur, minima, maxima, in columnâ inſculpebant, quam vel in Arce dedicabant, ut illam cuius auctor meminit, vel in aliis locis »urbis aut vicinorum pagorum. Nam poſitae Eleuſine ſtatuae meminit Pollux lib. X. cap. XXIV. [ſect. 97.] de voce δημιόπρατα loquens: Ἐν δὲ ταῖς Ἀττικαῖς στήλαις, »inquit, αἵ εἰσιν ἐν Ἐλευσῖνι, τὰ τῶν ἀσεβησάντων περὶ τῶν »θεῶν δημοσίᾳ πραθέντα ἀναγέγραπται· ἐν αἷς ἄλλα τε »πολλὰ σκεύη ἐστὶν ὠνομασμένα, καὶ μολύβδου κρατῆται. »Capite autem ſeptimo eiusdem libri, [ſect. 36.] meminit »Pollux illius ſtatuae, in qua fuerant bona Alcibiadis publico iudicio damnati, omnia adnotata, quae in auctione vaenierant. Ac ſingula fere decimi eius libri capita teſtimoniis τῶν δημιοπράτων ſunt referta.« CASAUBONUS. — At quum non adpareret, quid ſit quod ἐκ στήλης ἀνακειμένης dicatur, quumque aliud viderentur eſſe τὰ δημιόπρατα, (nempe *bona publice vendita*) aliud στήλη ἣ τὰ ἀναθήματα περιέχει, (*columna quae donaria continet in templo dedicata*) in hunc modum conſtituenda & interpungenda Athenaei verba cenſuit HEMSTERHUSIUS ad Polluc. X. 96. ἔστιν οὖν τοῦτο εὑρεῖν ἐν τοῖς Δημιοπράτοις ἀναγεγραμμένον· οὕτως δ' ἐν στήλῃ ἀνακειμένῃ ἐν Ἀκροπόλει &c. At equidem, quam facile concedo poſſe ἐκ στήλης ἀνακειμένης ex ἐν στήλῃ ἀνακειμένῃ eâ ratione, quam ſaepius iam obſervavimus, corruptum eſſe, ſcil. quod *iota* in

fine ad latus positum pro literâ *sigma* accepta fuerit ab ali- e
quo librario, tamen aegre mihi persuadeo, istam particu-
lam οὕτως a verbo ἀναγεγραμμένον ita seiungi debere, ut
a doctissimo viro factum. Quod vero ab eodem monitum
est, non decere confundi τὰ Δημιόπρατα cum illâ στήλῃ
quae in Arce posita donariorum nomina continebat: ei difficul-
tati fortasse ita occurri possit, ut ἀναθήματα, quae dicit
hîc Athenaeus, non tam sigillatim de *donariis Deo conse-
cratis* intelligamus, quam de *vasis aliisve supellectilibus pre-
tiosioribus:* qua ratione ἀναθηματικὰ σκεύη dicuntur vasa
quae ornatus caussâ magis, quam ad usum habentur, &
supellex argentea ad ornamentum abaci. Nec enim pro-
babile videtur, vilissima quaeque e supellectilibus publica-
tis in columnâ fuisse consignata, sed sola rariora & pre-
tiosiora. Sin vocab. ἀναθήματα nominatim de *templi orna-
mentis* accipiendum statuas; possis vel sic intelligere, e bo-
nis publicatis nonnulla pretiosiora supellectilia in templo
quopiam consecrari solita, eorumque nomina nihilo mi-
nus in recensu τῶν δημιοπράτων fuisse consignata. Deni-
que vero, fortasse ne ipsa quidem illa scriptura ἐκ στή-
λης ἀνακειμένης solicitari debuit, sed proba fuerit
hoc sensu, ut statuamus, τὰ Δημιόπρατα, quae ab Athe-
naeo & Polluce citantur, fuisse *libellum* a vetustiore quo-
dam Grammatico confectum, qui *e variis columnis, quibus
consignata erant supellectilium publicatorum nomina,* collegis-
set ea nomina vasorum, quae rariora aut omnino nota-
biliora visa fuissent; tum vero eidem libello, cui a prae-
cipuo argumento titulus inscriptus erat τὰ Δημιόπρατα,
adiecta fuisse aliorum etiam vasorum nomina *ex eis columnis*
collecta, *quibus templorum ornamenta vel donaria descripta
fuissent.*

Κέρας ἔκπωμα ἀργυροῦν καὶ περισκελὲς πρόσεστι.
» Quid sit περισκελὲς poculum, viderint docti. Habet haec
» vox duplicem originem: a σκέλλω, *exsicco;* & a σκέλος.
» A priore deductum huic loco non convenit. περισκελῆ
» enim vocantur quae sic *exaruerunt*, ut sint *praedura:* un-
» de appellant poëtae [Sophocl. Ai. 649.] *contumax & re-
» fractarium ingenium*, φρένας περισκελεῖς. M. Antoninus,
» περισκελὲς ἦθος, lib. IV. [sect. 28. ubi plura collegit Ga-
tak.] » & (apud Athen.) lib. XIV. [pag. 656. a.] περισκελῆ
» καύματα sunt *aestus difficiles toleratu.* Quare, nisi vox ar-
» tis est, ut argenti genus quoddam appellarint aurifabri

e » Athenienſes περισκελὲς, quomodo haec notio eius vocis » locum hîc habere poſſit non video. Quid ſi igitur a σκέ- » λος deducamus (unde eſt vox εὐσκελὴς apud Platonem, » & ποῦς εὐσκελὴς apud Chryſoſtomum) & exponamus de » poculo quod binis pedibus tanquam cruribus inſiſtit? » Quid ſi ita? ἐκπ. ἀργ. καὶ περισκελὲς προσέτι. *Cerus* » *eſt poculum argenteum, & praeterea intortum*: ut non ſine » cauſſa *cornu* nomen credamus huic poculo fuiſſe tribu- » tum.« CASAUBONUS. — Vocabulum περισκελὴς, *durus*, de ferro uſurpatum apud Sophoclem Antig. 475. *rigidum admodum ferrum* ſignificat. Hîc, ubi de *vaſe argenteo* agitur, *firmum & ſolidum admodum*, atque adeo *denſum*, nobis videbatur ſignificare. Quod vero vetus codex *A.* cum ed. Ven. περισκελεῖς habet, non περισκελὲς, in eo videri poterat nomen ſubſtantivum περισκελὶς latere, ſi modo intelligeretur qua ratione huic loco convenire illud poſſit. Caeterum poteſt verbum πρόσεστι ex particulâ προσέτι eſſe corruptum: ſed nulla magnopere neceſſitas urgere videtur, ut ſuſpectum illud habeamus.

AD CAP. LII.

Κέρνος. ἀγγεῖον κεραμεοῦν &c. Cum iunctim iſta edita eſſent, πρόσεστι κέρνος ἀγγεῖον κεραμ. monuit CASAUBONUS: » Cum iſtis quae ſunt ex antiqua inſcriptione, con- » funduntur peſſime ſequentia verba. Nam ΚΕΡΝΟΣ lite- » ris grandioribus ſcribi debuit, & a prioribus, quibuscum » commune habet nihil, ſeiungi. In voce enim προσέτι » deſinit tractatio de *cerate*. Ita accipit auctor Epitomae. » Accedit ſeries literarum: nam ordo inſtitutus poſtulat, » ut poſt Κέρας ſequatur Κέρνος. Nec te moveat quod non » ut poculum deſcribitur hîc *cernus*: nam auctor, quae fuit » eius diligentia, vel levem figurae aut uſus ſimilitudinem » iuſtam cenſuit cauſſam, cur de eo nos hîc doceret quae » obſervaverat. *Fictile vas* fuit *multos cotyliscos in ſe conti-* » *nens, quos* feſto die quodam *fructibus omne genus implebant*, » & ex religionis avitae ritibus ad ſacra deferebant. Pro- » prium id fuerat miniſterium eorum quos vocabant *cerno-* » *phoros*, ſicut alios ob ſimile miniſterium *licnophoros*, ce- » ſtophoros, oſchophoros, thyrſophoros, paſtophoros.« — Etiam in noſtro ms. *Epit.* vocabulum Κέρνος, ut titulus huius capitis, a ſuperioribus verbis maiori distinctionis

notâ ſeparatum, & minio pictum eſt: tum & in ora rurſus minio ſcriptum, Κέρνος. Sed & ſimiliter in vetuſtis membr. *A.* ante Κέρνος maior diſtinctio poſita: & in ora item notatur, περὶ Κέρνου. Pro κοτυλίσκους vero perperam κοτυλισμοὺς ſcribitur in ed. Ven. & utroque msto. Veram ſcripturam reſtituit editor Baſil. ex p. 478. d. ubi idem teſtimonium, paullo etiam auctius, repetitur. De κέρνῳ & κερνοφόροις confer Polluc. IV. 103. aliosque auctores SCHNEIDERO laudatos ad Nicandri Alexiph. p. 145. f

ἐν οἷς εἰσι μήκωνες &c. »Quae *ſolita indi in cerni co-*» *tyliscos* enumerat his verbis: ἐν οἷς φασὶ μήκωνες λευ-» κοὶ, πυρὸι, κριθαὶ, πίσοι, λάθυροι, ὦχροι, φακοί. Haec » Athenaeus hoc loco: idem infra, in Κότυλος, [p. 478. » d.] multo plura huius generis recenſet, repetens iſta » ipſa. Non eſt novum in hoc ſcriptore ſaepius legi ea-» dem: ſed repetitionis iſtius non obſcura cauſſa. At non » debuerat Dalecampius transferre huc quae ſtudio brevi-» tatis auctor hic praetermiſerat. Μήκωνες λευκοὶ interpre-» tor de ea quam Theophraſtus μήκωνα Ἡράκλειαν nuncu-» pat: cuius eſt, inquit, ὁ καρπὸς λεύκος. Vel ita diſtin-» guendum, μήκωνες, λευκοὶ πυροί. Frumentum candidum » legas apud Plinium in verſu Sophoclis ex Triptolemo.« CASAUB. — Plinium vide lib. XVIII. c. VII. ſect. 12. n. 1. Sed tenenda videtur vulgata verborum diſtinctio, λευκαὶ vero in foem. genere ſcribendum, quo conſtanter utuntur in vocab. μήκων. *Papaveris candidi* Theophraſtus meminit, Hiſt. Plant. IX. 13. & Dioscorides lib. IV. c. 65. citatus a Bodaeo ad Theophr. p. 1098. Denique Plinius, XVIII. 8, 52. *Papaveris ſativi*, inquit, *tria genera: Candidum, cuius ſemen toſtum in ſecunda menſa cum melle apud antiquos dabatur.* Porro, quum in editis legeretur, ἐν οἷς φασὶ μήκωνες, perquam probabilis erat CORAYI coniectura in Notis msstis, ubi »An φάσηλοι? (inquit.) Infra in his iisdem repetitis (p. »478.) ante μήκωνες habes ὄρμενοι, ubi forſan legendum »ὁρμῖνοι vel ὄρμινοι, qui ſunt ſecundum Heſychium *legu-»minis* ſpecies, de quo non convenit inter eruditos.« — At non φασὶ, ſed φησὶν habet vetus codex: pro quo εἰσὶν dedit ms. *Epit.* quod amplecti debuimus: cui reſpondet id quod eſt p. 478. d. ἔνι δ' ἐν αὐτοῖς. Nomen illud, quod ibi proxime ante μήκωνες ponitur, omittere hîc potuit Athenaeus, quemadmodum multa omiſit, quae ibi ſequuntur. Quod autem Dalecampius hîc, ut interpres,

f praeter rationem fecit, ut quae inferiore loco de eadem re leguntur, ea ibi prorsus praetermiserit; quae vero hîc ex illis omissa sunt, huc transtulerit: id auctori Epitomae, qui brevitatem professus est, suo iure facere licuerat; idque ita fecit, ut nonnisi unum nomen ὄρμινοι vel ὁρμῖνοι & adiectivum λευκοὶ praetermitteret. Pro πίσοι, quod penacute scribebatur in editis, recte πισοὶ mssti.

» Addit, ὁ δὲ βαστάσας αὐτὸ, οἷον λικνοφορήσας τούτων γεύεται. Id est, *qui cernum gestavit vescitur iis quae sunt intus: sicut faciunt qui vannum mysticam* Liberalibus *ferunt*, aut aliis sacris: hoc addimus, quia scribere Harpocrationem meminimus, *vannum* πρὸς πᾶσαν τελετὴν καὶ θυσίαν εἶναι ἐπιτήδειον. Colligere est ex isto loco, *vannum*, quae πομπεύεσθαι solita, *pancarpiam & fructus omne genus continuisse*, non minus quam *cernum*, de quo dictum est. «

AD CAP. LIII.

Κισσύβιον. » Alii κισσύμβιον. vide Macrobium. « Casaub. — Nempe apud Macrob. Saturn. V. 21. κισσύμβιον in vetustis editionibus pro κισσύβιον legebatur. Apud Graecum scriptorem nullum, quod sciam, ista nominis forma occurrit.

τὸ κίσσινον ποτήριον σημαίνειν παρ' Εὐριπίδῃ. » Ex hederae ligno pocula fieri solita, sicut etiam hodie. Serenus » Samonicus:

» *Mollibus ex hederae tornantur pocula lignis.*

» Meminerunt & alii. « Casaubonus. — Mira vero verborum graecorum structura: in quibus haud satis videas, quid sit quod *significet*, quidve quod *significetur*. In hunc modum accipienda verba videntur: τὸ κίσσινον ποτήριον παρ' Εὐριπίδῃ σημαίνει κισσύβιον. id est, *hederaceum poculum apud Euripidem significat cissybium*. Haud paulo commodius Epitomae auctor: Νεοπτόλεμος δὲ ὁ Παριανὸς φησὶ, τὸ κίσσινον εἶναι ποτήριον· ὡς Εὐριπίδης· πᾶς δὲ &c. Commode item Macrobius: *Qui autem cissybium ex ederâ factum poculum οἰονεὶ κίσσινον dici arbitrantur, Euripidis auctoritate niti videntur.*

a In *Euripidis* versu 2. post σκύφος non incisa erat oratio in editis. Quo spectabat animadversio Casauboni: » Placet distinctio Macrobii librorum & Dalecampii, ut » πόνων ἀναψυκτῆρα ad *vinum* referamus, non ad *lac*. Var-

»ro, de vino: *Hoc aegritudinem ad medendam invenerunt.* »Male apud Euſtathium πίνων, pro πόνων.« — At nihil ſane impedire videtur, quo minus iſtud πόνων ἀναψυκτῆρα, commode in medio poſitum, perinde & ad *lac* & ad *vinum* referatur. Mendoſa ſcriptura πίνων, quam Euſtathius habet, (ad Od. ι'. pag. 359. l. 14.) ex Epitomâ derivata eſt: eodem certe errore tenetur noſter cod. *Ep.* πόνων recte ms. *A.* cum edd. Sic & apud Macrob.

Εὔμολπος δὲ, γένος τι ποτηρίου &c. Iſtud τὶ pronomen adiectum dedit cod. *A.* De *EUMOLPO* vero velim ſcire a doctis, an praeter hunc Athenaei locum & p. 483. a. alibi etiam memoretur eo nomine Grammaticus. Tenent quidem id nomen cum editis ambo mssti codices.

NICANDRI teſtimonium idem apud Macrob. V. 21. le- b gitur; ubi etiam ἱεροποιΐη ſcribitur, ut editum apud Noſtrum: neque aliam (puto) ſcripturam debuerat ms. *A.* In ms. *Ep.* omiſſo iſto vocabulo ſcribitur τῷ Διδυμαίῳ κισσοῦ σπονδ. πετ. ubi poteras ſuſpicari conſulto a Breviatore, docto homine, omiſſum etiam nomen Διΐ, cum ſatis quidem notus ſit Mileſius *Apollo* Didymaeus, (de quo vide Freinshem. ad Curt. VII. 5, 28.) *Iovis* vero *Didymaei* vix ullibi occurrat mentio. Sed quoniam Euſtathius, hunc locum citans (ad Od. ι'. pag. 359. l. 12.) adiectum nomen Διΐ habet, intelligo eſſe hoc proprium noſtri codicis errorem: contra, apud Euſtathium illud peccatum eſt, quod Διυδυμαίῳ pro Διδυμαίῳ ſcribitur. *Iovem* tamen & *Apollinem* coniunctim Διδύμων γενάρχας (ſive γεάρχας, ut voluit Berkelius ad Steph. Byzant.) vocavit Callimachus in fragmento quod ſervavit Etymologici Magni auctor, ſub voce Διδυμαῖος. Videndum vero, an uberiora clariorave hanc in partem teſtimonia protulerit *Coelius Rhodiginus*, Antiquar. Lection. lib. IV. cap. 23. quem auctorem laudans DALECAMPIUS, adnotavit ad hunc locum: »Didymaeum oraculum Mileto vicinum, Iovi »& Apollini ſacrum fuit, ὡς δίδυμοις θεοῖς, *ut geminis* »*Diis.*« — In fine verborum *Nicandri* recte φωνέεται habent mss. cum edd. pro quo mendoſe φωνέαται editur apud Macrobium. *Homericus* verſus, ad quem provocavit Nicander, exſtat Od. ι'. 346.

Πολύφημος μὲν τῷ κισσυβίῳ. »*Ruſticum & paſtoritium* »*poculum fuiſſe ciſſybium*, ex *Homero* probat: *qui faciat* »*Cyclopem ciſſybio bibere, & Eumaeo alterum tribuat.* De il-

» lo verſus eſt hic, nono Odyſſeae,

» κισσύβιον μετὰ χερσὶν ἔχων μέλανος οἴνοιο.

» De *Eumaeo* ille, ῥαψ. π'. [vs. 52.]

» ἐν δ' ἄρα κισσυβίῳ κίρνα μελιηδέα οἶνον.

» Athenaei verba ita ſcribe: Πολύφημος μέντοι κισσυ-» βίῳ ἐχρῆτο· Ἀτέρῳ δὲ Εὐμαῖος. « CASAUBONUS. — Commodum foret μέντοι, ſi darent libri; ſed nihil habere videtur ſcriptura μὲν τῷ, quod ſuſpectam eam nobis reddere debeat. De *Eumaeo* vero, quum dicat Grammaticus, *ſcypho* illum uſum eſſe, non citandus ille verſus erat ex Od. π'. ſed iſte ex Od. ξ'. 112.

καί οἱ πλησάμενος δῶκε σκύφος, ᾧπερ ἔπινε.

ubi vide quae ab interpretibus notata ſunt.

c Καλλίμαχος δ' ἔοικε διαμαρτάνειν ἐν τῇ συγχρήσει τῶν ὀνομάτων &c. » Placeat ἐν τῇ συγχύσει. Tamen » omnes codices συγχρήσει. At παρὰ τῷ Ἀθηναίῳ Πόλι-» δι ἑστιαθέντος, optime: non, ut emendant, πολίτῃ. » *Polis* & *Poles*, propria virorum nomina Athenis non » rara. « CASAUBONUS. — Nempe, *apud Athenienſem civem*, in verſione poſuerat Dalec. Nos, pro edito olim Πόλιδι, Πόλλι δι ſcripſimus auctoritate codicis *A*. (In *Epit.* deeſt nomen.) Pariter Argivi *Pollidis* nomen geminâ λ literâ ſcriptum vidimus, I. 31. b. Nec vero ſolicitandum vocab. συγχρήσει, idem valens ac χρήσει, quemadmodum verbum συγχρᾶσθαι frequenter pro ſimplici χρᾶσθαι ponitur; de quo conſuli poteſt Lexicon noſtrum Polybianum, & Index Graecit. Epict. Nec tamen idcirco reprehendendus Dalec. ſic vertens, *Erraſſe videtur Callimachus confusis his nominibus.* Nam hoc voluerat Athenaeus, ſive ille Grammaticus e quo is haec ſumſit, *erraſſe in uſu illorum vocabulorum*, nempe hoc ipſo *quod illa confudiſſet.* In quo tamen falſum eſſe Athenaeum, ſive eum quem is ſecutus eſt auctorem, & immerito reprehendiſſe Callimachum, recte monuit BENTLEY, ad Callimachi Fragment. num. 109. pag. 481. edit. Erneſt.

In *CALLIMACHI* verbis nihil hîc variant libri: & ἀπήνατο, ut hîc ſcribitur, ſic etiam apud Macrobium. — » Re-» cte corrigunt ἀνήνατο. « ait BENTLEY l. c. Quam emendationem probatam video ERNESTIO, ib. p. 481. & VALCKENARIO, in Callimachi Fragmentis, num. XI. Sed, quis ante Bentleium ſic correxerit, non reperio: niſi is forte *Dan.* HEINSIUS fuit, de quo Valckenarius l. c. ait:

» Callimachea emendate ſcripta iam dedit *Dan. Heinſius*, » Lect. Theocr. pag. 296. « — Ac ſane verbum ἀπαίνομαι nusquam alibi legere memini, & in Lexicis ne adnotatum quidem reperio. In quo tamen non ſatis cauſſae eſſe videtur, cur negemus potuiſſe illud eâdem notione atque ἀναίνομαι bene Graece dici. Pro eodem autem verbo ἀπήνατο, vidimus ἀπέστυγε poſitum apud eumdem Noſtrum, X. 442. f. quod cur alteri praeferendum Bentleius cenſuerit, haud immerito miratus eſt Valckenarius l. c.

Verſu 4. poſt τὸ τρίτον, puncta nonnulla poſuimus; quibus indicaremus, omiſſa eſſe ab Athenaeo verba, quae a ſe ad familiarem illum ſuum dicta ſcripſerat Callimachus. Dalecampius iſtud τὸ τρίτον perperam ſic acceperat: *tum dixi: Tertia haec pars eſt.* Epitomator totum hunc locum brevibus his verbis complexus eſt: Καλλίμαχος δὲ ἄλειστον τὸ αὐτὸ καλέσας καὶ κισσύβιον, τὴν ἀκριβῆ τῶν ὀνομάτων θέσιν οὐ διαφυλάττει.

τὸ κισσύβιον τὸ πρῶτον ὑπὸ ποιμένων ἐργασθῆναι. d Iſta ſerie diſpoſita verba dedit ms. *A.* Paulo aliter ms. *Ep.* ὑπὸ ποιμ. τὸ πρῶτον ἐργασθ.

Οὐδὸς δ' ἀμφοτέρους &c. » Illa,

» οὐδὸς δ' ἀμφοτέρους ὅδε χείσεται,

» male referunt ad Eteoclem & Polynicem: peius emendant. Apud poëtam (Od. σ'. 17.) ait Ulyſſes de ſe & » Iro: *Hoc limen ambo nos capiet.* « CASAUBONUS.

Cum ſic legeretur in editis: καὶ κήθιον τὸ κήτιον τὸ χωροῦν &c. monuit CASAUBONUS: » Scribe, καὶ κήθιον τὸ » χήτιον τὸ χωροῦν τοὺς ἀστραγάλους. Vult, dici κήθιον » translatâ Ionico more aſpiratione, quod ex analogiâ erat » dicendum χήτιον, a χεῖσθαι. Sic κιθὼν Herodotus pro » χιτὼν, & ſimilia. « CASAUBONUS. — Vulgatum τὸ κήτιον tenet ms. *A.* ſed ms. *Epit.* κήθιον τὸ χήτιον exhibet, ut voluit Caſaub. Ex Epitoma habuit Euſtathius: apud quem quidem mendoſe κείθιον & χείτιον ſcribitur; caeterum tenenda illius interpretatio, ad Iliad. χ'. pag. 1356. l. 43. Ἡ χειὰ, inquit, ἤγουν ἡ κατάδυσις τοῦ ὄφεως, παρὰ τοῦ χεῖσθαι γίνεται, ἤγουν χωρεῖν. ὡς καὶ χείτιον ἐκεῖθεν, τὸ χωροῦν ἀστραγάλους· ὃ καὶ κείθιον ἰωνικῶς λέγεται, κατὰ τὸ ἐντεῦθεν, ἐνθεῦτεν. οἷς ὅμοιον ἰδιωτικῶς καὶ τὸ φάτνη, πάτνη, ἐναλλαγῇ φωνημάτων. Tamen & κήτιον ſcriptum reperitur apud Heſychium h. v. & apud Alciphr. lib. I. Epiſt. 39. De notione vocabuli adnota-

verat DALECAMPIUS: »Vel πύργος; [nempe ut apud Ho»rat. II. Sat. VII. 17.] id est, *fritillus* seu *alveolus*, *in quo* »*ante iactum tali & tesserae iactantur.*« Caeterum vide Hesychii Interpp. ad voc. Κήθεια. Vocabulum χειὴ Homericum est, ex Iliad. χ'. 93. & 95.

Διονύσιος &c. »Scripsimus cum omnibus membranis, »Διονύσιος ὁ Σάμιος ἐν τοῖς περὶ τοῦ Κύκλου. Vulgo »[ed. Ven. & Bas.] περὶ τοῦ Κύκλωπος: convenientissi»me subiectis verbis; [quae scilicet spectant ad Odyss. ι'. »346.] sed Κύκλου etiam alibi, idque expositum lib. VII. »cap. 3.« CASAUBONUS. — Vide paulo inferius, pag. 481. e. & quae ad lib. VII. commentatus est Casaubonus, Animadv. T. IV. (huius edit.) pag. 23 sq. Caeterum de hoc *Dionysio*, quem *Samium* Noster, alii *Mitylenaeum* perhibent, de eiusque *Cyclo* (mythico atque historico), vide MEURSIUM ad Heliad. 39. aliosque quos nominavit HEYNE ad Apollod. pag. 980 sqq.

AD CAP. LIV.

e Κιβώριον. »Graecis peregrinum poculum: opinor & »nomen, etsi potest videri derivatum unde & κιβωτός. »Sed constat, in Aegypto primum coepta fieri *ciboria*, »ex Aegyptiae fabae ciboriis; deinde ex aliâ materiâ, »figurâ eâdem. Hesychius diserte: Κιβώριον, Αἰγύπτιον »ὄνομα ἐπὶ ποτηρίου. Ecclesia usu fecit suum hoc nomen. »Sed nugantur interpretes Graeci sacrorum rituum, qui »voce hac significari volunt κιβωτὸν φωτισμοῦ θεοῦ. τὸ »γὰρ κὶβ, aiunt, ἔστι κιβωτός· τὸ δὲ ὥριον, φωτισμὸς Κυ»ρίου, ἢ φῶς θεοῦ: hoc est hebraeum *ôr Jâh*. Color esset »aliquis, si in eum usum dicerent excogitatum id nomen, »quod scimus esse antiquius nomine Christiano. Syris *Ki»bor*, vasculi nomen.« CASAUBONUS. — De *faba Aegyptiaca* & *ciborio* dixerat Athenaeus initio tertii libri; notaveratque ibidem, esse etiam *ciborium* poculi nomen. Illa pars operis si integra supereset, nonnulla fortasse ibi de hoc poculorum genere legeremus, quae hîc repetere noluit auctor.

παρὰ πρυτάνιδι δειπνοῦντα. Maiusculâ literâ Πρυτάνιδι scribebatur in ed. Cas. quasi proprium nomen esset: nos minusculam reposuimus. Rhodi fortasse res acta est, cuius urbis *prytanis* abacum habuisset Aegyptiis vasis in-

ſtructum. Mox, προβεβηκότος recte ms. *Ep.* cum edd. Perperam προβεβληκότος ms. *A.* quae duo verba frequenter confunduntur a librariis. *Ibid.* ὡς ἐξοινῶν καὶ μεθύων. »Scribo, ὡς ἔξοινος ὤν.« CASAUB. — Adiectivum nomen ἔξοινος ſaepius utique occurrit, de quo vide not. ad X. 444. d. Verbum ἐξοινεῖν, quod ſciam, nusquam alibi. Et adiectivum hoc loco Breviator etiam poſuit, ὡς ἔξοινον καὶ μεθύοντα ἐνουρῆσαι. Sed vulgatum tenet vetus codex *A.* nec video cur damnemus verbum ἐξοινεῖν legitime formatum, idem valens ac ἔξοινον εἶναι. Caeterum illud mireris a Caſaubono non animadverſum, quod turbata prorſus & ſuspenſa oratio eſt, niſi poſt πολυτελῶς intercidiſſe ſtatuas apodoſin periodi, a qua initium factum verborum *HEGESANDRI:* quem *defectum* nos adpoſitis duobus *aſteriscis* indicavimus. At plura etiam, quam in Caſauboni editione, deſiderabantur in Venetâ & Baſileenſi: in quibus ſic legebatur, παρὰ πρυτάνιδι δειπνοῦντα πεποιῆσθαι (perperam πεποιεῖσθαι ed. Baſ.) πολυτελῶς: omiſſis ſeptem verbis, καὶ ἐπιδεικνυμένου τοῦ πρυτάνιδος κιβώρια τινα δοκοῦντα, quae tacite adiecit Caſaubonus ex codicum Italicorum lectionibus, quibus adſentitur atque adeo praeivit noſter codex *A.* Totus locus in *Epitomâ* ſic conceptus: Ἡγήσανδρος ὁ Δελφὸς Εὐφορίωνα φησὶ τὸν ποιητὴν δειπνοῦντά που, τοῦ κώθωνος εὖ μάλα προβεβηκότος, λαβόντα ἓν τῶν κιβωρίων, ὡς ἔξοινον καὶ μεθύοντα ἐνουρῆσαι.

διὰ τὸ κάτωθεν εἰς στενὸν συνῆχθαι, ὡς τὰ Αἰγύπτια f κιβώρια. *Aegyptia ciboria* hîc non dicit vaſa potoria ſic nominata, ſed *calices ſeminum fabae Aegyptiacae;* de quo monuit SALMASIUS, Exercit. Plin. pag. 680. qui etiam figuram illorum calicum delineatam dedit ibid. pag. 925.

AD CAP. LV.

Κόνδυ. ποτήριον Ἀσιατικόν. »Hoc poculum *Perſis* pro» prium fuit, ut teſtatur Pollux, & ſequentia docent, & »ratio nominis. Nam *condy* eſt appellatum, quia ſimile »erat aliquo modo veſti quam *candym* vocabant: quae »etſi diverſa fuit a tiara, LXX. tamen interpretes cum »exponunt vocem *gabhia* in hiſtoria Ioſephi πειράζοντος »ſuos fratres, verterunt κόνδυ: id fortaſſe ſpectantes, »quod *migbaâh* eiusdem originis vox, *tiaram* ſignificat.

f »Fuisse autem poculi huius usum in Aegypto, ex eo li-
» cet colligere, quod *Nicomachus* in libro *De Festis Ae-*
» *gyptiorum* eius meminit. Extat id vocabulum & in Isaia
» apud LXX. ut obsevavit etiam Hieronymus in Gene-
» sim. « Casaubonus. — In ed. 2. & 3. ex eiusdem schedis adiiciuntur haec: »Eustathius Eroticôn lib. IV. οὐκέτι
» νέκταρ, ἀλλὰ κόνδυ πικρίας μετακεράσομαι. Et libro
» VII. καὶ κόνδυ πικρίας καὶ ἀψινθίου θαλάσσας ὅλας ἐμ-
» πέπωκα. « — Quid *condy* poculum cum *candye* veste Persicâ aut cum *tiarâ* commune habeat, non video: illud video, Geneseos cap. 44. vers. 2 & seqq. ubi in Hebraeo exemplo rarius quoddam vocabulum occurrit, quod Aquila Iudaeus σκύφον, Symmachus φιάλην interpretatus est, ibi idem vocabulum in vetere Alexandrina versione, quae LXX. Interpretum dici solet, per nomen κόνδυ reddi; eodemque nomine κόνδυ usum esse veterem Esaiae interpretem, cap. 51. vers. 17. & 22. ubi in Hebraeo exemplo vulgatissimum vocabulum, *calicem* vel *poculum* significans, legitur. Caeterum, quod ait Casaubonus » Pol-
» lucem testari, *proprium Persis fuisse poculum condy*: « — lubricum illud testimonium est. Quod si enim curatius Pollucem VI. 69. inspexeris, facile persuasus fueris, ista verba Περσικὸν δ' ἦν τὸ ἔκπωμα non ad κόνδυ referri, sed ad nomen proxime praecedens βησιακόν: quod ipsum ex βατιάκη vel βατιάκιον corruptum videri supra observavimus, ad XI. 784. b. Τὸ κόνδυ quidem perspicue Pollux Καππαδοκικὸν vocat. Hesychius, magis generali nomine, ποτήριον βαρβαρικόν: ubi consule Interpretes.

Μένανδρος, Κόλακι. »Locus *Menandri* extat & libro
» X. « Casaub. — Vide X. 434. c. ibique notata. Ridiculus vero in hoc tractando loco error excidit docto alioquin Epitomae auctori; ut *puellae* nomen, Στρουθίον, pro *poculi* nomine acciperet. Totum hoc caput, de *Condye* & de *Cononio poculo* his verbis ille complexus est: Κόνδυ: ποτήριον ἀσιατικόν. Στρουθίον: περσικὸν ποτήριον. Λέγονται δέ τινες καὶ κύλικες κονώνιοι.

Ad *Hipparchi* fragmentum nihil notavit Casaubonus. Facile tamen adparebat, & mendosam esse scripturam,

Προσέχεις τὶ τούτῳ τῷ στρατιώτῃ; τοῦ δὲ δὴ
ἀργύριον οὗτος οὐδαμόθεν. &c.

& parum probabilem Dalecampii coniecturam, ita interpretantis,

A. *Huic militi cur iſtius praebes*
argentum, heus tu? B. *Neutiquam.* &c.

Quaſi Graeca ſic ſcripta oportuiſſet:

Τί παρέχεις τούτῳ τῷ στρατιώτῃ τοῦδε δὴ
ἀργύριον, οὗτος; Οὐδαμῶς.

At, quam facile erat videre ulcus, tam difficile medicinam ei certam reperire, etiam cognitâ veteris codicis ſcripturâ: quae (ſi recte accepi) in fine *primi verſus* ſic habet, τοῦ δὲ δείου, caeterum vero nil mutat. Multum equidem haeſitans, vix quid cum aliqua veri ſpecie ſequerer invenire potui. Fuit cum ſuſpicarer, *verſ.* 1. fortaſſe τοῦ δήϊου legendum (voce δισυλλάβως pronunciandâ, δήου) ſubintelligendo ἀργυρίου, & deinde *verſ.* 4. πέρσας ἔχει, ut πέρσας pro participio verbi πέρθω acciperetur, hoc ſenſu: *Tu rationem aliquam huius militis habes, & pecuniam ex eo emunctarum te ſperas? Hoſtilis argenti nihil quidquam ulla ex parte retulit: nihil habet niſi tapetium alicubi raptum* &c. Nunc *vs.* 1. οὐ δ' ἔχει ſcripſi, & *vs.* 4. Πέρσας ἔχον: non quod in his adquieſcerem, ſed quod melius nihil occurriſſet, nec tamen ferri ullo modo vel edita ſcriptura, vel ea quam vetus codex offerebat, poſſet.

Verſ. 5. perperam μαστίγια antepenacute ſcribebatur a in ed. Baſ. & Caſ. Recte μαστιγία ed. Ven. cum Msto. ADAMUS quo pacto corrigenda Graeca ſtatuerit neſcio: ſed illo praeeunte totam eclogam in eamdem fere nobiscum ſententiam, aliter vero distributis colloquentium vicibus, Gallice converſam VILLEBRUNIUS dedit, his verbis: »A. *Tu fais attention à ce ſoldat! mais pourquoi? car* »*de l'argent je ſuis ſûr qu'il n'en a pas.* B. *Eh bien il a* »*un petit tapis charmant, de diverſes couleurs, où l'on voit des* »*figures de Perſes & de griphons terribles, tels que ceux de* »*la Perſe.* A. *Peſte ſoit de toi! coquin que tu es!* B. *Mais* »*il a auſſi un condy, un refrigérant, une gondole.*«

Νικόμαχος δ' ἐν πρώτῳ περὶ Ἑορτῶν Αἰγυπτίων φησί· Τὸ δὲ κόνδυ ἔστι μὲν Περσικὸν, τὴν δὲ ἀρχὴν ἦν Ἑρμιππος ἀστρολογικὸς ὡς ὁ κόσμος ἐξ οὗ τῶν θεῶν τὰ θαύματα &c. »Verba *NICOMACHI* male accepta ab im»peritis: & deeſſe aliquid videtur. Concinnare potes hoc »modo: τὸ δὲ κόνδυ ἔστι μὲν Περσικὸν τὴν ἀρχήν· εἶδος »δ' ἔχει, ὥς φησιν Ἑρμιππος ἀστρ.« CASAUBONUS. — Nempe ſimiliter interpretatus erat DALECAMPIUS: *Nicomachus - - - inquit, Condy Perſicam vocem eſſe. Formæ*

eius fuit, ut ait Hermippus aſtrologus, qualis mundi &c. Quae Graece ſic reddidit PURSANUS: τὸ δὲ κόνδυ ἔστι μὲν Περσικόν· τὴν δὲ μορφὴν εἶχεν, ὡς φησὶν Ἕρμιππος ἀστρολογικὸς, ἣν ὁ κόσμος ἐφ' οὗ τῶν θ. τ. θ. καὶ ἀφ' οὗ τὰ καρπ. γιν. Altera coniectura, quam ſub Graeco contextu indicavi, Gallicorum interpretum eſt: quorum e verſione verba nonnulla ſubiiciamus: »*Nicomaque écrit*, »– – – *que le condy eſt un vaſe de Perſe. A ſon origine il* »*étoit formé comme le globe céleſte, d'où, dit Ermippe l'aſtro-* »*logue, les dieux manifeſtent leurs merveilles.*« Nobis totus locus merae tenebrae: & feliciorem vatem exſpectamus. Interim de *NICOMACHO* illo quaerentes, quis fuerit, quave aetate vixerit, qui *de Feſtis Aegyptiorum* ſcripſit, nihil reperimus, niſi quae Voſſius DE HIST. Graec. lib. III. p. 383. ex hoc ipſo Athenaei loco adnotavit. *HERMIPPUS* autem, qui ἀστρολογικὸς hîc cognominatur, idem videtur fuiſſe *Smyrnaeus Hermippus, Callimachi diſcipulus*, cuius alia bene multa ſcripta frequenter citantur ab Athenaeo. Is *aſtrologus* hîc dictus fuerit ob editos libros περὶ Μάγων: quorum primum citavit Diogenes Laërtius, in Praef. ſect. 9. quibus in libris *de totâ arte Magicâ adcuratiſſime ſcripſit*, ut ait Plinius, quem vide lib. XXX. cap. 1. ſect. 2.

In *PANCRATIS verſ.* 1. nil opus erat ἀργυρέοιο corrigere; in quo Dalecampium temere ſecutus eſt Villebrunius. ἀργύφεος non modo *candidum* ſignificat, ſed & *ſplendidum*: quorum utrumque de *argenteo poculo* percommode dici potuit.

b Κονώνιος. »In Excerptis Κώνιος. Poſſet videri ducta »appellatio a formâ: *Cononius* vero a Cononé inventore, »ut thericleum & dinias. Atque hoc verum, ut dicitur »infra in Λυκοεργεῖς.« CASAUBONUS. — Vide p. 486. c. Noſter cod. *Ep.* recte κύλικες κονώνιοι. *Mox*, ubi γράφων οὕτως edebatur, recte γράφει οὕτως dedit ms. *A*. Idem codex vero perperam χρυσοκλύστων, quod nihil ſignificat: pro quo recte χρυσοκλείστων edd.

AD CAP. LVI.

Κότυλος. Τὰ μόνωτα ποτήρια, κότυλοι. »Heſychius, »inter alias interpretationes vocis Κοτυλίσκος: Τινὲς, ait, »τὰ μόνωτα ποτήρια.« CASAUBONUS. — Vocab. Κότυλος non adnotavit doctus ille Lexicographus. Aliam vo-

cabuli κοτυλίσκος interpretationem, quae primo loco ab eodem posita est, infra notabimus ad p. 479. c. *Ibid.* ὧν καὶ Ἀλκαῖος μνημονεύει. Mirum ni *verba* etiam *Alcaei* adposuit auctor. Sed omiserat eadem fortasse vetustior Grammaticus, e quo haec depromsit noster.

Διόδωρος δ' ἐν τῷ πρὸς Λυκόφρονα. Confer infra p. 501. d. e. ibique notata. *Diodori* testimonium paulo post repetitur hac pag. lit. *e. f.* adiectis nonnullis verbis. *Ibid.* παρὰ Σικυωνίοις καὶ Ταραντίνοις. »*Cotylorum plurimus usus*, ad»dit auctor, παρὰ Σικυωνίοις. Excerpta, παρὰ Σικ. καὶ »Ταραντίνοις.« CASAUBONUS. — Eadem verba non modo codex noster *Ep.* dedit, sed & vetus *A.*

φησὶ καὶ Ἀριστοφάνης. Vulgo sic distinguebatur oratio: c καὶ Πλάτων ἐν Διῒ κακουμένῳ τὸν κότυλον φέρει φησί. καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Βαβυλωνίοις. Parum refert: sed stilo Grammatici nostri convenientius putavi, priori loco, ubi verba *Platonis* comici adponuntur, omissum subintelligi verbum φησί: expressum autem adiici, ubi ait, *eadem dicere* ARISTOPHANEM. Sic enim accipienda illa verba colligitur ex his quae ex Aristophanis Babyloniis prolata sunt a Polluce, X. 85. τὸν κότυλον τοῦτον φέρε: quae non praeteriit Brunck, in Aristophanis Fragm. pag. 223. num. 11. Et in *Platonis* etiam verbis probabilius est, φέρε, quam φέρει, scriptum oportuisse.

Eubuli trochaicos sic, ut a nobis factum, distribuendos monuit TOUPIUS, Epist. Crit. pag. 90 sq. a quo nil opus erat ut discessionem faceret *Fiorillo*, Observ. in Athen. p. 36. Vocabulum εὐηγόρος vero, quod veluti nomen proprium maiusculâ litterâ initiali scripsit Toupius, rectius adpellative accipi putavi. Pro nomine proprio acceperat etiam Dalec. quem secuti sunt Gallici interpretes.

Πολέμων δ' ἐν τῷ περὶ τοῦ Δίου κωδίου. DALECAMPIUS, *Polemon libro De Ovis villosa pelle*: idemque, in Indice Authorum, Graecum titulum hunc fecit, περὶ τοῦ ὄϊος κωδίου. Multo vero probabilior videri Vossii ratio debuit, περὶ τοῦ Διὸς κωδίου scribentis, De Historic. Graec. lib. I. c. 18. pag. 121. cui praeiverat puto MEURSIUS in Eleus. Sic certe Διὸς κώδιον scribitur apud Hesychium & alios; & praesertim apud Suidam, qui prae caeteris hîc consulendus. Sed & in eodem Suida praesidium invenire videtur illa scriptura, περὶ τοῦ Δίου κωδίου, quam apud Nostrum cum editis tenent veteres membr. *A.*

c En integrum Suidae locum, qualis vulgo legitur: Διὸς κώδιον· οὗ τὸ ἱερεῖον Διὶ τέθυται. θύουσί τε (rectius θύουσι δὲ apud Apoſtol. Proverb. VII. 10. ubi eadem repetuntur) τῷ Μειλιχίῳ καὶ τῷ Κτησίῳ Διΐ· τὰ δὲ κώδια τούτων φυλάσσουσι, Δία προσαγορεύοντες. χρῶνται δ' αὐτοῖς οἵ τε Σκιρροφορίων τὴν πομπὴν στέλλοντες, καὶ ὁ δᾳδοῦχος ἐν Ἐλευσῖνι· καὶ ἄλλοι τινὲς πρὸς τοὺς καθαρμοὺς, ὑποστρωνύοντες αὐτὰ τοῖς ποσὶ τῶν ἐναγῶν. Ibi iſtud Δία προσαγορεύοντες interpretantur, *Iovis nomine appellantes*. At quanam ſententiâ hoc dictum accipiemus? An *Iovis vellera* adpellantes? Sic vero Διὸς ſcriptum oportebat; non Δία, quod apud Suidam habent libri omnes, itemque Apoſtolius. An vellera illa ipſum *Iovem* nominabant? Quis credat? Supereſt, ut ſtatuamus, ſi vera eſt apud Suidam nominis terminatio α, mutato accentu δῖα ſcriptum oportuiſſe, intelligendumque vellera iſta δῖα κώδια adpellari ſolita: cum quo conſentit, quod apud Athenaeum titulus libri *Polemonis* perhibetur, περὶ τοῦ Δίου κωδίου. Caeterum eumdem Polemonis librum Heſychius reſpexerat, cum in fine eorum quae ſub voce Διὸς κώδιον ſcripſit, haec adiecit: ὁ δὲ Πολέμων, τὸ ἐκ τοῦ Διὶ τεθυμένου ἱερείου. καὶ αἱρεῖται ἐκ τῆς θαλάμης. Dalecampius: *cotylon accipit e cubili ſuo*. Lepidum vero *cubile* cotuli! Gallicus interpres, de *cotylo* adſentiens Dalecampio, vertit, *il tire le cotyle de ſon étui*. At θαλάμη dicitur *delubrum* vel *ſacellum* Matris Deûm, Dioscurorum, denique omnium Deorum. Vide Salmaſ. Exercit. Plin. pag. 312. Schneiderum ad Nicandr. pag. 79 ſq. & Iacobs ad Anthol. T. I. P. II. p. 326. Atticos in illo vocabulo hac notione acuiſſe ultimam ſyllabam monuere Grammatici: (vide Ammonium pag. 68. & ibi Valck.) quo ex ipſo praecepto intelligitur, eâdem notione alios vulgo etiam penacuta voce uſos eſſe. *Quid* ſit, quod *ex ſacello capiat* is de quo hîc loquebatur Polemo, non adiecit Athenaeus. Mirum cur *cotylum* intellexerint interpretes. Forſan, quoniam ſub voce Κότυλος adfertur hoc teſtimonium. At de *cotylo* hîc non cogitaſſe arbitror Polemonem: cuius teſtimonium non aliam ob cauſſam h. l. adpoſitum, niſi quia in eo κοτυλίσκοι memorantur; qui ſunt *minuti* κότυλοι. Pari de cauſſâ idem nomen κοτυλίσκος (quum poſſit etiam videri ductum a primitivo ἡ κοτύλη) rurſus capite ſequente ſub voce Κοτύλη notatur. Equidem hîc *ſacra vellera* intelligenda coniectaveram.

καὶ νέμει ὅσοι ἄνω τὸ κέρνος περιεγηνοχότες. »Lege ὅσοι ἂν ὦσι τὸ κερν. περιεν. id est, *& dividit omnibus qui cer-* »*num circumgestaverunt.* De hoc satis capite superiore. « CASAUBONUS. — Probabilis utique emendatio: simul vero ὅσοις scriptum oportebat. Tamen in loco alioqui haud satis perspicuo nihil mutare ausus sum. Potuerat ἄνω fortasse etiam dicere Polemo pro πρόσθεν, *superiori tempore.* De *cerno* conf. pag. 476. e. f. & ibi notata.

ἔνι δὲ ἐν αὐτοῖς ὄρμινοι, μήκωνες λευκοὶ, πυροὶ &c. d »Vocem ὄρμενος ex libris adiecimus.« CASAUB. — Diceres, nihil tale habuisse editiones veteres: at habebant illae (ut sub contextu notavi) ὄμενοι: vitiose utique. At nec ὄρμενος scriptum in ed. Cas. ut in Animadv. sed ὄρμενοι: neutrum vero satis recte. ὄρμενος, sive (ut nonnulli scribunt) ὄρμενος, est *recens enatus caulis brassicae aut alius oleris;* de quo vide supra, II. 62. f. & ibi notata. Hoc loco agitur de *legumine* quodam, (ut ex Theophrasto, Hesychio, aliisque constat) id est, de quodam genere granorum sive seminum siliquosorum: quod ορμινοι recte scribitur in vetere nostro codice; absque spiritu quidem & accentu, quod sciam. Ac sane cum in spiritu, tum in accentu, differunt apud alios auctores libri. Hesychius: Ὀρμῖνοι· ὀσπριόν τι. Apud Pollucem quidem, VI. 61. ὄρμενοι vulgo legitur, sed rectius ὄρμινοι ibi habet codex mstus. Apud Theophrastum, Hist. Plant. VIII. 7. τὸ ὄρμινον editur; mendose, pro τὸ ὄρμινον. *Horminum* Plinius vocat. Plura vide apud BODAEUM *a Stapel* ad Theophr. pag. 845. De script. μήκωνες λευκοὶ, vide ad p. 476. f. Pro πυροὶ, ms. *A.* & hic & ibi πυῤῥοὶ habet. Denique, quum οἷον ἔριον vulgo legeretur, recte CASAUB. monuit: »Scribe οἰὸς »ἔριον: vel οἰέιον.« — Satis nobis visum erat, si ὄϊον levissima mutatione scriberemus.

AD CAP. LVII.

Κοτύλη. *ARISTOPHANIS* ex *Cocalo* testimonium, velut prosâ oratione conceptum, sic scribebatur: Ἄλλαι ὑποπρεσβύτεραι γρᾶες Θασίου μέλανος μεστὸν κεραμευομένας κοτύλαις μεγάλαις ἔγχεον ἐς σφέτερον δέμας οὐδὲν ἄκοσμον, ἔρωτι βιαζόμεναι μέλανος οἴνου ἀκράτου. Ibi CASAUBONUS: »Suspecta, ait, vox μεστόν: & »verius censeam, κοτύλαις μεγάλαις ἔγχεον ἐς σφέτερον

»δέμας οὐδενὶ κόσμῳ: *magnis cotulis* vinum *infunde-*»*bant in ſuum corpus nullo pudore.*« — At dictio οὐδένα κόσμον, quae in librorum ſcripturâ ſatis perſpicue continetur, ſubintellectâ κατὰ praepoſitione, idem valet ac οὐδενὶ κόσμῳ, ut docuit TOUPIUS, Emend. in Suid. P. III. pag. 371. ed. Lipſ. provocans ad Herodot. IX. 65. Adiectivum μεστὸν ſuſpectum fuerat Caſaubono, cum deeſſet ſubſtantivum quo referretur: at hoc haud dubie in mendoſo verbo κεραμευομέναις latebat, quod in κεράμειον mutandum perſpecte viderat LENNEP ad Coluth. pag. 14. recte ſimul obſervans anapaeſtico metro tetrametro decurrere Comici verſus, quorum priorem recte ille conſtituit; minus felix in duobus ſequentibus, quos in hunc modum conſtituebat:

κοτύλαις μεγάλαις χέον ἐς σφέτερον δέμας οὐδενὶ κόσμῳ, ἔρωτι
βιαζόμεναι μέλανος οἴνου ἀκράτου.

Equidem in penultimo TOUPIUM probavi:

κοτύλαισιν μεγάλαις ἔγχεον ἐς σφέτερον δέμας οὐδένα κόσμον.

Quae ſequuntur, verba Scholiaſtae aut Athenaei eſſe cenſuerat idem Toupius: quod BRUNCKIO quidem (in Fragm. Ariſtoph. pag. 252.) parum probabile viſum, qui tamen corrigere ea aut ad metri leges revocare non tentavit. Audaciorem FIORILLUM (in Obſerv. in Athen. pag. 58.) ingenium & fortuna hoc loco (ut mihi videbatur) adiuvit, ſic corrigentem,

ὑπ' ἔρωτι βιαζόμεναι μέλανος οἴνου.

Cui in hoc uno non adſenſus ſum, quod vocabulum ἀκράτου interpretationem eſſe verborum μέλανος οἴνου cenſuit, adeoque e verſu eiiciendum: quod verbum cur locum ſuum non poſſet tueri, nullam cauſſam equidem vidi.

e Σιληνὸς, καὶ Κλείταρχος, ἔτι τε Ζηνόδοτος. »Manca eſt »oratio in his. Nam ita interpretandum: *Poculi huius me-*»*minerunt Silenus, Clitarchus, & Zenodotus quoque.*« CASAUBONUS. — Manca utique erat oratio: at *SILENUS*, *CLITARCHUS* & *ZENODOTUS* ſunt Grammatici & Gloſſographi, quorum non, quemadmodum veterum poëtarum aut Hiſtoricorum, teſtimonium invocare ſolet Athenaeus, ut qui *uſi eſſent aliquo vocabulo*: ſed, *quo pacto interpretati ſint vocabula* de quibus agitur, id ex horum ſcriptis adnotare Deipnoſophiſta noſter conſuevit. Itaque verum eſt id,

quod hìc adiectum vetus noſter codex *A.* dedit, τὴν κύλι- e
κα. Nempe illi Gloſſographi τὴν κοτύλην interpretati ſunt τὴν κύλικα, adpoſitis duobus quae proxime ſequuntur poëtarum teſtimoniis. Ut ſenis ſatyri nomen non Σιληνὸς, ſed Σειληνὸς recte ſcribi in noſtro cod. *A.* ſolet, ſic & hoc loco nomen Grammatici: at alibi, ubi de eodem agitur, editam ſcripturam Σιληνὸς idem codex tenet; atque etiam XIV. 644. f. ubi Σειληνὸς edebatur, nudam vocalem *iota* ille ſervat.

Homericus verſus, Πάντη δ' ἀμφὶ &c. extat Iliad. Ψ'. 34. De eodem mox iterum quaeritur, p. 479. a. Alter *verſus*,

Πολλὰ μεταξὺ πέλει κοτύλης καὶ χείλεος ἄκρου:

id eſt, *Inter os & offam multa intervenire poſſunt*, (ut interpretatur M. Cato apud A. Gellium XIII. 16.) paroemialis eſt; de quo conſulendus Zenobius, Adagior. Cent. V. 71. aliique Paroemiographi. In eamdem ſententiam contuliſſe iuvabit lepidos Antiphanis verſiculos, qui apud Noſtrum leguntur, lib. VII. pag. 303 extr. & ſeq.

» Inepte mox, Σιμάριστος δὲ τὸ λευκὸν ποτήριον οὕτως » καλεῖσθαι. Scribe cum Excerptis & Euſtathio [Iliad. χ'. » p. 1389. l. 5.] τὸ λεπτὸν ποτήριον. Quaſi dicatur pro- » prie κότυλος [immo κοτύλη: nam de hac agitur] *poculum* » *capiens quantum cava manus.* Nam κοτύλη [proprie] *cava* » *manus* eſt.« CASAUBONUS. — Recte vero λεπτὸν non modo *Epit.* ſed & vetus cod. *A.* dedit. Similiter alter e Scholiaſtis Homeri Venetis, ad Iliad. Ψ'. 34. Ἔστι δὲ (ἡ κοτύλη) καὶ τὸ μικρὸν ποτήριον.

Διόδωρος δὲ, τὸν παρά τισι κότυλον κοτύλην ὠνομακέναι τὸν ποιητήν· πύργον καὶ κοτύλην &c. Eumdem *DIODORI* locum iam paulo ante (hac pag. lit. *b.*) reſpexerat Deipnoſophiſta. *Homerica* verba, quae reſpicit Diodorus, habes Od. ρ'. 12. item σ'. 311.

Κράτης ἐν Παιδιαῖς. »Non recte (editur) Κράτης ἐν f
» Παιδείαις: ſed, ut *Dalecampius*, (legendum) ἐν Παι- » διαῖς. Pollux enim, veterum *luſiones* explicans, pleras- » que earum in hoc *CRATETIS* dramate commemoratas » ſcribit: [IX. 114 ſq.] Ἡ δὲ κιννητίνδα, [κυννητίνδα] ait, » ἀπὸ τοῦ κινεῖν, [κυνεῖν,] ὅ ἐστι καταφιλεῖν, ὠνόμασται. » ὅπερ ὑποδηλοῦν ἔοικε Κράτης ἐν Παιδιαῖς. σχεδὸν γὰρ καὶ » περὶ τῶν πλείστων ὁ ποιητὴς εἴρηκεν οὗτος ἐν τῷδε τῷ δρά- » ματι.« CASAUBONUS. — Cui haud cunctanter obtemperare debuimus, licet editam ſcripturam tueatur vetus

f cod. *A.* Quod adiicitur, Ἕρμιππος ἐν Θεοῖς, *Hermippi* teſtimonium ſupra adpoſitum eſt, hac pag. lit. *c.*

Θουκυδίδης· Ἐδίδοσαν (perperam ἐδίδωσαν ed. Baſ. & Caſ. 1.) μὲν αὐτῶν - - - καὶ δύο κοτύλας σίτου. »Re»cte iſtud: non, ut apud Euſtathium, [Iliad. χ'. p. 1389. »l. 15.] δύο κοτ. κριθῶν: neque ut apud Pollucem libro ſe»ptimo, capite ultimo, [ſect. 195.] δύο κοτ. οἴνου. Locus »eſt extremo libro ſeptimo nobiliſſimae hiſtoriae. [*Thu»cyd.* VII. 87.] Sed ex ipſo Polluce error clarus: profert »enim verba Thucydidis, ut *cotylam* probet menſuram eſ»ſe & liquidorum & aridorum.« Casaubonus. — σίτου cum editis apud Noſtrum tenet uterque codex mstus.

Ἀριστοφάνης, Προαγῶνι· Ὁ δ' ἀλφίτων &c. »Cum dixit »*Aristophanes*: Ὁ δ' ἀλφίτων πριάμενος τρεῖς χοίνικας, »Κοτύλης δεούσας εἴκοσ' ἀπολογίζεται: & δεούσας »ſcribi poteſt, & δεούσης. *Cum farinae hordeaceae tres »choenices emiſſet, & deeſſet* iuſtae menſurae *cotyla una, vi»ginti obolos* de convento pretio *detraxit.*« Casaubonus. — His adiecit Idem, in *Addendis*: »εἴκοσι ſcripſimus ex »Italicis membranis. Prius erat οἴκαδε: quod, ut multa »alia, quae in prioribus editionibus legebantur, reperimus »in Huraldino codice.« — Scripturam δεούσας recte cum editis tenent mssti ambo, & Euſtath. Iliad. χ'. pag. 1389. l. 16. Et Euſtathius quidem cum Epit. in ipſis illis verbis κοτύλης δεούσας finem facit teſtimonii. Dein ſcripturam οἴκαδ' cum ed. Ven. & Baſ. & codice Huraldino tenet ms. *A.* nec aliud eſſe in aliis codicibus puto: ſed εἴκοσ' illud, quod pro codicum Italicorum ſcripturâ accepit Caſaubonus, perſuaſum habeo ex docti alicuius viri coniecturâ fuiſſe adnotatum. Librorum ſcripturam tenens *Dalecampius*, verba οἴκαδ' ἀπολογίζεται vertit, *domi rationem ſubducit.* At οἴκαδε, *domum* ſignificat; non *domi.* Itaque hactenus paulo rectius *Natalis Comes* interpretatus eſt, *domum petens computat.* Nobis vero ipſa illa, quam dixi coniectura, εἴκοσ', ita probabilis ac paene certa viſa eſt, ut a Caſaubono adoptatam non inviti teneremus. Sed quod verbum ἀπολογίζεται Caſaubonus interpretatus eſt *de convento pretio detraxit*, item quod ad vocem εἴκοσι ſubſtantivum ὀβόλους ſubintelligendum cenſuit; quorum in utroque conſentientes Gallicos interpretes ille habet: eorum vero neutrum ferendum nobis viſum erat. Ubi de pecunia aut de pretio rerum agitur, novimus quidem vocabulum

δραχμαὶ saepe subintellectum omitti a Graecis: nomen ὀβολοὶ pariter omitti posse, nisi id ipsum paulo ante praecesserit, valde dubito. Porro, enorme pretium videtur, unam farinae hordeaceae cotulam *viginti obolis* aestimare. Denique ἀπολογίζεσθαι nusquam, quod sciam, ea notione, qua Casaubonus hîc accepit, occurrit: nil aliud significat, nisi *computare, rationem inire, in rationes referre.* De *convento pretio deducere*, Graece ὑπολογίζεσθαι dicitur: quod ne ipsum quidem verbum tritum admodum, nec vulgo in Lexicis adnotatum est, sed illa ratione usurpatum a Polybio olim observavimus, Historiar. lib. VI. cap. 39, 15. nostrae editionis. Quare verbum ἀπολογιζ. consueta notione accipiens, & εἴκοσι intelligens e proximo εἴκοσι κοτύλας, suspicatus eram loqui Comicum de homine aliquo parum fido, qui quum ab hero missus esset ad emenda cibaria, multo maiorem summam, quam res fuerat, in expensis referre consueverat. Pro *tribus choenicibus minus unâ cotulâ*, id est, pro *undecim cotulis*, quas emerat ille nebulo, *viginti cotulas* (adeoque quinque choenices) imputavit hero. Fieri potest ut fallar: & lubens meliora certioraque, si quis produxerit, accipiam. Caeterum, *priori versui*, vulgo sic concepto,

Ὁ δ' ἀλφίτων πριάμενος τρεῖς χοίνικας,

non constare metra, recte monuit Brunck, in Aristophanis Fragm. pag. 263 sq. quod incommodum facillime levatum iri putavi, si post ἀλφίτων particula γε aut γὰρ insereretur.

In *Apollodori* verbis, editam lectionem ἔγκοιλον recte tenet ms. *A.* *Ibid.* ὅθεν καὶ κοτυλήρυτον αἷμα &c. Sic nunc simplici ρ scriptam vocem habent ambo mssti. Respicitur autem idem *Homericus* versus qui pag. praec. *e.* adpositus erat, ubi geminabat ρ literam codex *A.* cum editis, deerat autem versus in *Epit.* Apollodori interpretatio illius vocabuli eadem est, quae legitur in brevibus Schol. & apud Hesych. itemque apud Scholiastas Venetos.

καὶ ἐγκοτύλη δέ τις παιδιὰ καλεῖται &c. »Παιδιὰ ἐγ»κοτύλη, etiam ἐν κοτύλῃ dicta. Vide Eustathium & Pollu»cem.« Casaubonus. — Pollucem vide IX. 122. & ibi interpretes: Eustathium vero non solum loco saepius iam citato, Iliad. χ'. pag. 1389. l. 17 sqq. sed & ad Iliad. ε'. p. 417. l. 20 sqq. quo loco etiam alia ad idem hoc caput spectantia leguntur. Manibus alterius in tergum reiectis pli-

catisque genua imponebat is qui in hoc ludicro geſtabatur, ſuisque manibus caput alterius complectebatur.

Ἡράκλειτος. Nil mutant libri. Perquam probabiliter vero VALCKENARIUS, in Digreſſ. ad Theocr. p. 293. »Legendum (inquit) puto, Ἡρακλέων, ut Epheſius »Gloſſographus ſignificetur, laudatus ab Athenaeo, III. »III. c. VII. 303. b. & ſaepius alibi. «

παρατιθέμενος Ἐπιχάρμου &c. »Quae ſubiiciuntur tan»quam *EPICHARMI*, alius ſunt poëtae, ut obſervatur li»bro XIV. « CASAUBONUS. — Vide XIV. 648. d. *Mox*,
b pro καὶ Σώφρων, cum eodem VALCKENARIO καὶ Σώφρονος malebam. Sed & ferendum videbatur vulgatum. Licitum fuit Grammaticis variare formulas, quibus uterentur in citandis auctorum teſtimoniis. — »Ad iſta So»PHRONIS, Κατάστρεφον τέκνον τὰν ἠμίναν, addit Euſta»thius, [Iliad. χ'. pag. 1389. l. 14.] ſed, opinor, de ſuo: »περὶ ἧς χρὴ σκοπεῖν ἡμᾶς, μή ποτε ἡμίνα ᾖ τὸ ἥμισυ »τοῦ ἴν, οὗ χρῆσις ἐν τῷ, ἔλαιον πλέον ἢ περ ἴν. « CASAUB. — Eadem alibi haud dubie ſuo nomine repetit idem Euſtathius, ad Od. ξ'. pag. 534. l. 4.

Φερεκράτης ἐν Κοριαννοῖ. *PHERECRATIS* teſtimonium uberius adponitur pag. 481. a. b.

Ἀριστοφάνης ἐν Ἀχαρνεῦσι &c. »Locus ex *Acharnenſi»bus*, [vs. 459.] κοτυλίσκιον τὸ χεῖλος ἀποκεκομμέ»νον, hodie ſic habet apud Comicum,

»κοτυλίσκιον, τὸ χεῖλος ἀποκεκρουσμένον.

»Et de poſtrema voce firmant Excerpta & Euſtathius. « CASAUBONUS. — Sic & noſter ms. *Ep.* recte: & Suidas, hac ipſa voce. Nec vero minus bene ἀποκεκρουμένον ms. *A.* quem ſecuti ſumus. Inde corruptum erat id quod vulgo edebatur.

Καὶ τὰ κύμβαλα δ' Αἰσχύλος ἐν Ἡδωνοῖς κοτύλας εἴρηκεν. »Habes *AESCHYLI* illum, quem reſpicit, locum »[multo auctiorem] apud Strabonem libro decimo. Ibi le»ge. « CASAUBONUS. — Vide Strab. lib. X. pag. 470 extr. ed. Caſ. Et confer Iacobs, Exercit. Critic. T. I. p. 145. & Fiorillo, Obſerv. in Athen. pag. 39 ſq. Ἡδωνοῖς per ω recte ms. *A.* & ſic correctum in ed. Caſ. 2. & 3. Pro ὀττόβει, quod erat editum, recte ὀτοβεῖ dedere mssti & Euſtath. & ſcripturam per ſimplicem τ literam poſcebat etiam metri anapaeſtici ratio. Sic & apud Heſych. Ὀτοβεῖ. Θορυβεῖ.

Μαρσύας δὲ &c. In noſtro ms. *Ep.* poſt verba Μαρσύας c δὲ τὸ ἐν τῷ ἰσχίῳ ὀστοῦν καλεῖσθαί φησι ἄλεισον ſubito finitur hoc caput, ſequente ſpatio vacuo, quod quatuor aut quinque verba poterat capere.

Κοτυλίσκος δὲ καλεῖται ὁ ἱερὸς τοῦ Διονύσου κρατηρίσκος καὶ οἷς χέονται οἱ μύσται. » Pro οἷς χέονται leges » apud alios οἷς χρῶνται, ut in Heſychio. « CASAUB. — Heſychius: Κοτυλίσκος, ᾧ χρῶνται οἱ μύσται. Adde Noſtrum, pag. 496. a. qui locus cum hoc conferendus. Nec tamen mutare auſus ſum vulgatum, quod firmant veteres membr. *A.* Κότυλον & κοτυλίσκον eſſe Διονυσιακὰ ἐκπώματα adnotavit etiam Pollux VI. 99.

τὸ ἐκ Νεφελῶν Ἀριστοφάνους· μηδὲ στέφω κοτυλίσκον. Iſta Comici verba, quae ſunt poſterius hemiſtichium tetrametri anapaeſtici, in *Nubibus* quae hodie ſuperſunt nec legere memineram, nec nunc, denuo percurrens fabulam, reperi. Quare, ni fallor, fuerint e *Prioribus Nubibus* ducta, quae ad nos non pervenerunt: quarum tamen in Fragmentis, a Brunckio T. III. pag. 256. adnotatis, hoc fruſtra quaeras.

AD CAP. LVIII.

Κοτταβίς. — Καθαγισάντων ταῦτα ἐν κεραμέᾳ κοτταβίδι &c. » Libro quarto capite XIII. poſtrema verba » teſtimonii huius emendavimus. « CASAUBONUS. — Vide IV. 149. b. Ibi in *Epitoma* verba iſta deſiderabantur; hic eadem *Epit.* nonniſi haec pauca habet, καθαγισάντων ἐν κεραμέᾳ κοτταβίδι. Ibi κεραμείῳ recte legebatur in ms. *A.* & in editis: hîc in κεραμέᾳ cum editis conſentit uterque mſtus, ne id quidem male. Ibi, in fine, d εὖ δειπνίαις dabat Mſtus cum editis: hîc εὐδειπνίας quidem edd. ſed εὐδείπνειας (neſcio, unâ voce, an duabus) ms. *A.*

Ἡγήσανδρος δ' ὁ Δελφὸς, ἐν Ὑπομνήμασιν, ὧν ἡ ἀρχή· Ἐν τῇ ἀρίστῃ πολιτείᾳ. Saepius a Noſtro citantur *HEGESANDRI Delphi* (ſive *Delphici* aut *Delphenſis*) *Commentarii.* Quorum *ſextus liber* nominatur, IV. 162. a. Alibi (V. 210. b.) citatur Ἡγησ. ὁ Δελφ. ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ὑπομνήματι ἀνδριάντων καὶ ἀγαλμάτων. Eo libro, qui hoc loco reſpicitur, de *Rebuspublicis* notabiliora quaedam collegiſſe auctor videtur. De *Cottabi ludo*, de quo hic agi-

tur, haud multo etiam ante dictum, ſub voce Ἀγκύλη, XI. 782. d. e. Confer infra, in Μάνης, pag. 487. c. d. e. & lib. XV. init. pag. 665 ſqq.

ὥστε εἰς τὰ συμπόσια παρεισφέρειν ἆθλα κοττάβια. »Plato comicus ita vocat illo verſu, Παίζειν τίθεμαι κοττάβια σφῶν ἐγώ: de quo ad librum XIV. [immo XV. »666. e.] In Heſychio perperam Κοτταμία. « CASAUBONUS. — Κοτταβία hodie apud Heſychium editum: ubi tamen Κοτταβεῖα oportuiſſe videtur. Ac fortaſſe hîc quoque ita ſcriptum oportuit, ſive κοττάβεια, quemadmodum habet vetus codex lib. XV. pag. 666. e. Hîc quidem nil mutat cod. *A.* in *Epit.* vero deſunt iſta verba.

e οἶκοι κατεσκευάζοντο κυκλοτερεῖς. »οἶκοι κυκλοτερεῖς ſunt »*triclinia*, ſive *coenationes*. « CASAUBONUS. — Ad mendoſam ſcripturam ἐξ ἀποθήματος, quae Caſauboni occupavit editionem, nihil adnotavit doctus Animadverſor. Veram lectionem ἐξ ἀποστήματος tenebant editiones Ven. & Baſ. cum msstis. *Ibid.* ἔδει γὰρ εἰς τὸν ἀριστ. Suo arbitratu Epitomator hîc ſcripſit, καὶ ἦν σπούδασμα, εἰς τὸν &c. *Ibid.* ὥστε ἔνιοι μεῖζον ἐφρόνουν &c. Simillima iam dixerat auctor, XI. 782. e. Et ex Athenaeo Scholiaſtes Luciani ad Lexiph. cap. 3. T. V. ed. Bipont. p. 181.

AD CAP. LIX.

f Κρατάνιον. Μή ποτε τὸ νῦν καλούμενον κράνειον ἔκπωμα οὕτως ὠνόμαζον οἱ ἀρχαῖοι. »*Cratanium*, pro po»culo, leges alibi: κράνειον, quod ſcio, nusquam. An igi»tur κρούνειον? de qua voce mox. « CASAUBONUS. — Nobis non liquet. κράνειον cum editis tenet uterque mstus. Πολέμων οὖν, ἢ ὅστις ἐστὶν ὁ ποιήσας &c. Eodem modo loquitur Noſter, XIII. 606. a. ubi de eodem libro agitur. *Ibid.* ἀποθυστάνιον. In *Epit.* totum deeſt teſtimonium. Vocab. ἀποθυσάνιον nonniſi ex hoc uno loco, auctoritate editae vulgo ſcripturae, in Lexicis adnotatum eſt. Quum vero vetus codex, reliquorum parens, hîc quidem ἀποθουστάνιον, (quod prorſus nihili eſſe videtur,) at paulo poſt (pag. 480. a.) ἀποθυστάνιον exhibeat, auctori reſtituendum hoc viſum erat nobis. Nam & θύστα ex aliqua dialecto Graeca idem ac θυσία valebat, teſte Heſychio: & θύστας idem quod ἱερεύς: & θυστάδες ſunt Nymphae vel Bacchae. Quare nil impedire videtur, quin

ab his originibus derivatum ignotum illud vaſis neſcio cuius nomen ſtatuamus.

Σειρὴν ἀργυρᾶ. Quum σειρὴν ἀργυρᾶν eſſet editum, a verba iſta in verſione praetermiſit Dalecampius: Natalis Comes vero, σειρὴν pro σειρὰν accipiens, & verba haec cum proxime praecedentibus connectens, quaſi accuſativi a verbo ἔχων regerentur, *catenam argenteam* interpretatus eſt; quem ſecuti ſunt Gallici interpretes. At ἀργυρᾶ in nominativo caſu perſpicue dedit vetus cod. *A.* Quare hoc recipere, & Σειρὴν ἀργυρᾶ, *Siren argentea*, interpretari debuimus. Manifeſto vitio dein in ed. Caſ. 1. καρχήσια δὲ ὸ legebatur, quod etiam in editionem ſecundam propagatum, ſed correctum in ed. Caſ. 3. *Porro*, cum κύτρος ἀργυροῦς in ed. Baſ. & Caſ. legeretur, monuit CASAUB. in Animadverſionibus: »Scribe χύτρος ἀργυροῦς, »aut Ionice κύθρος: non κύτρος.« — At recte χύτρος ſcriptum in ed. Ven. ſicut in ms. *A.* Mendoſa tamen ſcriptura in contextu ſervata eſt in ed. Caſ. 2. & 3. Denique, ad edita olim verba βατιάνειον ἀργυροῦν notavit idem CASAUBONUS: »Scribe βατάνιον, non βατιάνειον: *patina* »eſt, ut alibi diximus.« — Nos vero βατιάκιον edere debuimus auctoritate veteris codicis *A.* Quo de vocabulo dictum ſupra, cap. 27. huius edit. lib. XI. p. 784. a.

Κρουνεῖα. Ἐπιγένης Μνηματίῳ· Κρατῆρες &c. »Vide »ſupra, in Κάδος.« CASAUBONUS. — Vide pag. 472. e. f. ibique notata.

Κυαθίς. κοτυλῶδες ἀγγεῖον. Σώφρων, ἐν τῷ ἐπιγραφο- b μένῳ Μίμῳ, Γυναῖκες αἱ τὰν Ἰὸν φαντὶ ἔλεξαν. »Quem- »admodum libro ſuperiore capite XIX. [X. 452. f.] ſu- »ſpecta erant nobis haec verba, καὶ γὰρ Νυμφοδώρου πε- »ρὶῆν ἐν τῷ μνημονευομένῳ μίμῳ: quia memorati mimi »proprium lemma non eſt adiectum, ſicut fieri amat: ita »etiam haec, eandem ob cauſſam. *SOPHRONIS Viriles & »Muliebres Mimi* ex Athenaeo & Stobaeo noti omnibus. »Ii ſunt tituli operum duorum; quorum utroque plures »(ut videtur) Mimi continebantur, partim in viros, par- »tim in mulieres ſcripti. Quare non poſſumus multum »tribuere coniecturae noſtrae, valde alioquin probabili, »τὸ, Γυναῖκες, Mimi epigraphen eſſe. Scribi autem po- »teſt, αἱ τὰν Ἰὸν φαντὶ λέξαι: & poſt, τριτὺς ἀλε- »ξιφαρμάκων, *tria alexipharmaca.*« CASAUBONUS. — DALECAMPIUS, verba iſta, Γυναῖκες αἱ τὰν &c. pro ipſius

b testimonii e Sophronis Mimo citati parte accipiens, sic verterat, *Mulieres autem, ut fama est, Deam placaverant.* Nempe, pro ἔλεξαν (in quo nil mutant libri) ἔθελξαν ex coniecturâ legebat: quem hactenus secuti sunt Gallici interpretes, ut Γυναῖκες quidem pro Mimi titulo acciperent, tum vero primora testimonii verba in hunc sensum interpretarentur: *Les quelles, dit-on, se sont rendu favorable la déesse.* Nobis titulus Mimi, de quo agitur, simul omnibus illis verbis visus erat conceptus, Γυναῖκες αἳ τὰν θεὸν φαντὶ ἔλεξαν: sed pro ἔλεξαν, corrupto haud dubie verbo, ἐνδεῖξαι fortasse scriptum olim fuisse coniectabamus, ut fuerit titulus Mimi, *Mulieres quae dicunt* (vel, *quae profitentur*) *Deam praesentem sese ostendere posse.* De veneficis mulieribus agi, aut quae magicam quamdam artem profitebantur, ex adpositis statim verbis fit probabile: ac fortasse ex hoc ipso Mimo (ut coniectabat Fiorillo, Observ. in Athenaeum pag. 49.) expressum est illud Theocriti Idyllion secundum, Φαρμακεύτρια inscriptum, (aut Φαρμακεύτριαι, ut Athenaeus scribebat, pag. 475. e.) quod e Sophronis Mimis desumtum esse docet vetus Interpres, qui argumentum eius Idyllii conscripsit. τὰν θεὸν intelligebam *Hecaten*, cuius frequens etiam mentio in eodem Theocriti carmine: de qua Graecus interpres ad vers. 12. ait: Τὴν Ἑκάτην χθονίαν φασὶ θεὸν, καὶ νεκτέρων πρύτανιν, καθὰ καὶ Σώφρων. De toto hoc capite, nonnisi tria verba habet Epitoma: Κυαθίς· κοτυλῶδες ἀγγεῖον. E vetere codice *A.* nulla ab editis dissensio adnotata: quare nil aliud supererat nisi ut coniecturis ageremus. Vulgatum τρίκτοι teneri utique non poterat. Dalecampius suâ de coniecturâ in versione posuit, *corona defossa est:* pro τρίκτοι scilicet θρίγκος legens, ut quidem Pursanus latinum vocabulum ex illius mente Graece reddidit. Multo probabilius τριτὺς Casaubonus: id est, *trias.* Cuius emendationem probans Fiorillo l. c. ad Suidam provocavit voce Βουθυτεῖ; quîcum conferendus, a quo sua ille desumsit, Scholiastes Aristoph. ad Plut. 820. Sed nihil impedire videbatur, quo minus etiam paulo pressius insisteremus veteris lectionis vestigiis, τρικτὺς scribentes. Nam, pro τριτὺς vel τριττὺς, id est τριὰς, etiam τρικτὺς dixisse Graecos (ex dialecti, puto, idiotismo utique) perspicue Hesychius docet, apud quem habes in iusta elementorum serie Glossas hasce: Τρίκτειρα

ἢ Τριτύα· Θυσία Ἐνυαλίῳ : tum Τριτύα, τριάδα: rursus- b
que, Τριτύς· (nam, sic scriptum oportuisse, series literarum probat:) μέρος φυλῆς.

AD CAP. LX.

Κύλιξ. PHERECRATIS ex *Dulodidascalo* verba sic edita legebantur: νυνὶ δὲ ἀπονίζων τὴν κύλικα δώσων πιεῖν ἔγχυτα ἐπιθεὶς τὸν ἠθμόν. Magis etiam monstrose ἔχχυτα in ed. Cas. 1. 2. & 3. & ἐπιθεὶς γονηθμόν in ed. Ven. & Bas. Quae sic vertit DALECAMPIUS: *Nunc vero ablue calicem: da quod bibam, pociliator, operculo superiecto:* nempe pro δώσων πιεῖν, δὸς πιεῖν legens; tum ἔγχυτα accipiens pro vocativo nominis ὁ ἐγχύτης: denique, in fine, ἐπιθεὶς τὸ πῶμα corrigens. Ad quae nihil adnotans Casaubonus, satis habuit tacite in contextu ἐπιθεὶς τὸν ἠθμόν correxisse: recte hoc quidem, & consentientibus msstis plenioris operis. Et de *scypho cum colo suo superimposito* CHISHULLUM ad Inscript. Sigeensem pag. 19 sq. consuli iubet TOUPIUS, Epist. Crit. p. m. 100. Conferendus etiam Noster, lib. X. cap. 16. huius edit. eodemque pertinet quod hoc libro XI. pag. 469. c. simul cum variis potoriis vasis etiam ἠθμὸς ἀργυροῦς (*argenteus colus*) memoratur. PALMERIUS, Exercit. pag. 518. vocem ἔγχυτα tenens, δώσω πιεῖν ἔγχυτα corrigebat, *dabo bibere enchyta* vertens, & *enchyta* intelligens aliquod *potionis* genus. δώσω etiam corrigebat TOUPIUS: pro ἔγχυτα vero, maiore molitione, ἀλλ' ἔγχεον scribebat, hoc modo:

A. Νυνὶ δ', ἀπονίζων τὴν κύλικα, δώσω πιεῖν.
B. Ἀλλ' ἔγχεον, ἐπιθεὶς τὸν ἠθμόν. —

Cui suffragatus est FIORILLO, pag. 34. At πιεῖν ἔγχει τ' habet vetus cod. *A.* quod ipsum etiam ex Aegiano codice Romano in Athenaei exemplo editionis Bas. quod Casauboni olim fuerat adnotatum vidi. Pro quo malebam quidem πιεῖν τ' ἔγχει: at hoc quum non ferat metrica ratio, ferendam etiam post ἔγχει reiectam eâdem notione τε particulam putavi. Porro quum ἀπονίζειν, non ἀπονίζων, in vetere codice *A.* scribatur, haud dubie ex ἀπονίζει corruptum hoc debuit videri. Quibus ita positis, relinquebatur ut vocem δώσων neque pro participio verbi δίδωμι acciperemus, nec in δώσω mutandum censeremus; sed pro *proprio nomine hominis*, ad quem dirigi-

tur oratio, acciperemus. Deeſt iſtud teſtimonium in *Epit.* ἀφ' ὧν καλεῖται τό τε κυλικεῖον, ἐν ᾧ τιθ. - - - καὶ τὸ κυλικηγορεῖν. In ed. Ven. & Baſ. erat ἀφ' ὧν καλεῖται τὸ κυλικηγορεῖν, omiſſis mediis quae deinde ex Italicis codicibus tacite adiecit Caſaubonus: eadem autem habent noſtrae membr. *A.* De vocab. κυλικεῖον vide V. 199. c. ibique notata, & huius libri XI. caput tertium, pag. 460. d. e. f. De verbo κυλικηγορεῖν conf. XI. 461. e.

c ἐπίσημοι κύλικες αἵτε Ἀργεῖαι καὶ αἱ Ἀττικαί. ATTICA *fictilia* laudaverat etiam Noſter, I. 28. c. *Ibid.* Πίνδαρος ἐν τοῖσδε· Ὦ Θρασύβουλ', ἑρατᾶν ὄχημ' ἀοιδᾶν - - - κυλίκεσσιν Ἀθηναίαισι κέντρον. Continuato veluti ſoluto ſermone iſta edita erant. Nos vero, de conſtituendo *Pindaricorum* verſiculorum metro cum nemine quidem contendere praeſumentes, in diſtribuendis verſibus SCHNEIDERI rationem ſecuti ſumus, quam inierat in Pindari Fragmentis pag. 16. ubi verſiculis iſtis hunc titulum praefixit: Σκολιὸν πρὸς Θρασύβουλον Ξενοκράτους Ἀκραγαντῖνον: quo ſpectant adnotationes ibidem a viro docto adiectae. Aliam rationem HERMANNUS iniit, in Collect. Fragm. Pindaric. ed. Heyn. p. 26. ubi (quod ex Fiorilli Obſerv. in Athen. pag. 72. didici) metra ſic ille conſtituit:

Ὦ Θρασύβουλ', ἑρατᾶν ὄχημ' ἀοιδᾶν
τοῦτο πέμπω μεταδόρπιον· ἔν ξυνῷ κεν εἴη
συμποτάισίν τε γλυκερὸν,
καὶ Διωνύσοιο καρπῷ
καὶ κυλίκεσσιν Ἀθαναίαισι κέντρον.

Διωνύσοιο per ω μέγα etiam SCHNEIDERUS ſcripſerat: recte, ut videtur. Alia vero rurſus ratio FIORILLO placuit, ad hunc modum:

Ὦ Θρασύβουλ', ἑρατᾶν
ὄχημ' ἀοιδᾶν τοῦτο πέμπω
μεταδόρπιον· ἔν ξυνῷ κεν εἴη
συμποταίσιν τε γλυκερὸν,
καὶ Διονύσοιο καρπῷ
καὶ κυλίκεσσιν Ἀθαναίαισι κέντρον.

Equidem vellem declaraſſent nobis viri doctiſſimi, quâ notione exiſtimandus ſit poëta ἀοιδᾶν ὄχημα (id eſt proprie, *vehiculum*) dixiſſe: utrum quaſi *vehiculi onus*, id eſt, *carminum copiam, magnum numerum, adparatum?* quam fere in ſententiam acceperunt Gallici interpretes, ſic vertentes: *Je t'envois, pour deſſert, cette provision de chanſons*

aimables. An ſimili quadam ratione, qua Eraſiſtratus medicus apud Plutarchum, Sympoſ. VII. 1. *liquorem* dixit eſſe ὄχημα (*vehiculum*) *ciborum*, haec fuerit mens poëtae, *carmina illa debere eſſe veluti vehiculum ſecundarum menſarum*, id eſt, debere eſſe *comites ſecundarum menſarum*, quorum ope ſecundis menſis maiore cum voluptate fruantur convivae? In fine fragmenti: quod SCHNEIDERUS ex Suida (voce Ἀθηναία) coniectaverat, Ἀθηναίαισι ſcripſiſſe Pindarum, non (ut editum erat) Ἀθηναιεῦσι: eam coniecturam firmat veteris noſtri codicis quamvis mendoſa ſcriptura; nam Ἀθηναίεσσι, quod ille habet, haud dubie ex Ἀθηναίαισι corruptum eſt.

φοξαὶ γοῦν ἦσαν &c. »*Argis elaborati calyces*, ut obſer- d
»vat Deipnoſophiſta, *formam habuerunt diverſam a caete-*
»*ris: erant enim in ſummo & circa labra faſtigiati*, cum fere
»pocula omnia ab ea parte plus pateant. Hoc ita Athe-
»naeus: φοξαὶ γοῦν ἦσαν τὸ χεῖλος, ὡς Σιμωνίδης φησὶν
»ὁ Ἀμόργιος· αὕτη δὲ φοξίχειλος, ἡ εἰς ὀξὺ ἀνηγμένη, οἷοί
»εἰσιν οἱ ἄμβικες καλούμενοι. Integrum *SIMONIDIS* verſum
»referunt Grammatici:

»Αὕτη δὲ φοξίχειλος Ἀργείη κύλιξ.

[Sic Etymolog. pag. 798. item Apollonius in Lexic. Homerico, voc. Φοξός: & Scholiaſt. Venet. ad Iliad. β'. 219.]
»*Ambix*, vaſis nomen eſt; quo antiqui ita ferme utebantur, ut nos hodie eo quod ſermo vernaculus *alambicem*
»vocat. Eius mentio in Graecorum medicorum libris: ut
»apud Dioscoridem libro quinto, ubi Plinius *calicem* ver-
»tere maluit Graecâ aliâ dictione, quam iſtam retinere.
»Arabes primi frequentarunt huius vaſis uſum; a qui-
»bus nos didiciſſe teſtatur nomen hybrida. Eiusdem natu-
»rae cum alia vocabula quaedam ſunt, tum in primis fa-
»moſiſſimae artis *Alchymiae* nomen: nam, quod aiunt ita
»dictam quaſi ἀλὸς χυμείαν, quia finis eius ſcientiae pro-
»ximus ultimo ſit, ſal illud θαυματουργὸν de cunctis re-
»bus extrahere; ciniflonum recens commentum eſt, pa-
»rum ſalſum, & omnino falſum. « CASAUBONUS. — De vocab. ἄμβιξ iam ſupra dictum nonnihil, ad IV. 152. c. Caeterum ſatis etiam in vulgus hodie notus eſt *al* articulus, nominibus praefigi in Arabum ſermone ſolitus. Pro Αὐτὴ δὲ φοξ. quod hîc cum in editis, tum in utroque msto, (itemque ex Epitoma apud Euſtath. ad Iliad. β'. pag. 156 extr.) ſcribitur, αὕτη vulgo legitur apud Ety-

mologum, & ſic quoque apud Homericum Scholiaſten. Sed *αὐτὴ* tenet Apollonius l. c.

AD CAP. LXI.

e *ἀλλ' ὥσπερ δακτύλῳ πεποιημέναι.* Hoc loco uſum eſſe TOUPIUM ſupra vidimus, ad XI. 468. c. quo probaret originem nominis *τῶν δακτυλωτῶν* dictorum *poculorum.* Ibi idem TOUPIUS (Epiſt. Crit. pag. 86.) *καὶ πυθμένα εἰς πλάτος* legit, cum *καὶ* particulam ignorent libri Athenaei.

ἢ πλησίον τῶν κεραμείων πύλη Κεραμικὴ καλεῖται. Simili quadam ratione Syracuſis *στοὰν σκυτικὴν*, a cerdonibus ſive coriariis, qui ibi ſuas vel officinas vel tabernas habebant, dictam obſervavimus in Lexico Polybiano, p. 558.

Χία δὲ κύλιξ ὑφοῦ κρέμαται περὶ πασσαλόφιν. Verſiculi genus, ni fallor, anapaeſticum. Si vera eſt ſcriptura *περὶ*, intelligi videtur calix *inter duos paxillos*, qui utrimque eum in medio ſuſtinerent, *ſuſpenſus.* In Matronis Parodiis apud Noſtrum, IV. 183. a. legitur *ὑπὸ πασσαλόφιν κρέμαται*: ubi *ἀπὸ πασσαλόφιν* corrigendum videtur, *e paxillis ſuſpenderunt.*

f *Ἀχαιὸς δὲ ὁ Ἐρετριεὺς ἐν Ἀλκμαίωνι &c.* »Scribendum »Ἀχαιὸς, non Ἀρχαῖος. Imperiti homines Tragici »huius nomen varie corruperunt in his libris. *ACHAEI* »verſus lego ad hunc modum:

»Ἀλλ' ὡς τάχιστα μέλανα δεῦρ' οἶνον φέρειν
»καινόν τε (vel καινὸν) χρὴ κρητῆρα καὶ κυλιχνίδας.«

CASAUBONUS. — Imperiti illi homines qui *ACHAEI* Tragici nomen hoc loco corruperant, nulli alii fuere niſi operae typographei Baſileenſis. Recte Ἀχαιὸς dabat editio Veneta, & uterque codex mſtus. *Alcmaeonem ACHAEI*, ſatyricum drama fuiſſe docuit Noſter, IV. 173. c. Huius poëtae *verſus* in *Epit.* non ſunt adpoſiti: in quorum *priore*, commodum foret *μέλανα δεῦρ' οἶνον*: ſed aegre mihi perſuadeo, vocem οἶνον a librariis in *μόνον* detortam; nihil vero impedire videtur, quo minus ad adiectivum *μέλανα* ſubſtantivum οἶνον ſubintelligamus. In *δεῦρα* autem, quod vitioſe ſic in ms. *A.* ſcriptum, nihil utique aliud niſi *δεῦρο* latere potuit, quod recte editum. Initio *verſus* 2. *καινόν τε* ſicut in editione prima Animadverſionum Caſauboni ſcriptum, ſic in ed. Caſ. 2. & 3. inepte

repetitum eſt. Κενόν τε, puto, voluerat Animadverſor, aut καινὸν, quod ipſe adiecit. Equidem, quum locum ſuum tueri poſſe videretur librorum ſcriptura κοινὸν, nihil in contextu mutandum iudicavi: *crater, in commune* ſerviebat *omnibus: calix unicuique ſuus* dabatur. In Athenaei verbis, quae iſtos verſus praecedunt, pro ἀντὶ τοῦ κυλίκας, quod erat in editis, ἀντὶ τοῦ κύλικες dedit vetus codex *A*.

Καὶ Ἀλκαῖος. Diceres, *Alcaeum* pariter atque *Achaeum* κυλιχνίδας dixiſſe. At in utroque, quod adfertur, teſtimonio brevius κυλίχνας dicit, (a recto caſu, ἡ κυλίχνη,) non κυλιχνίδας, quod eſt a ſing. ἡ κυλιχνίς. Quare hactenus paulo commodius in Epitoma ſcribitur, Ἀλκαῖος δὲ κυλίχνας: ſed utrumque dein teſtimonium huius poëtae praetermiſit Breviator.

Πίνωμεν. τί τὸν λύχνον ἀμμένομεν &c. De hisce *Alcaei* verſiculis copioſe ſupra dictum eſt, ad X. 430. d. ubi etiam ea adpoſuimus, quae ad hunc ipſum locum Casaubonus adnotavit. Quibus nihil, quod nunc adiiciamus, habemus, niſi id quod interim demum atque adeo nuperrime, cum hos verſus relegeremus, in mentem venit. Scilicet *verſus ſecundus*, quem ſuperiore loco ita ut ibi vulgo legebatur edidimus, a

καδδ' ἀνάειρε κυλίχναις μεγάλαις αἳ τὰ ποικίλα,

quum hîc in hunc modum editus eſſet,

καδδ' ἄειρε κυλίχναις μεγάλαις αἳ τὰ ποικίλλης,

advertebat nos ſcriptura veteris codicis *A*. qui tenet quidem αἳ τὰ, nec vero ποικίλλης hîc habet, ſed ΠΟΙΚΙΛΛΑΙΣ: quod haud dubie ex ΠΟΙΚΙΛΛΑΙΣ detortum videbatur, ut ποικίλαις fuerit adiectivum eodem caſu (ſcil. Dorico vel Aeolico accuſativo plurali) poſitum ac μεγάλαις, ſimul cum hoc ad ſubſtantivum κυλίχναις referendum. Cuius obſervationis conſequens erat, ut etiam in vocibus αἳ τὰ aliud adiectivum eodem in caſu poſitum quaereremus. Et mox id ipſum, quod quaerebamus, in vocabulo ἀΐταις, (quod vel *dilecta* (pocula) interpretari poſſis, vel *ſocialia*) ratione tam probabili inveniſſe nobis viſi ſumus, ut propemodum in ipſum contextum recipere auderemus; ne tamen videremur in inventis noſtris nimis iuſto placere nobis, ſatis habuimus in proximo adnotare. Vocabulum ἀΐτης, Dorice ἀΐτας, & τὸν ἐρώμενον ſignificare, & ἕταιρον, Heſychius, Etymologus,

a aliique Grammatici monuerunt, quos & H. Stephanus in Indice Theſauri, & Albertus ad Heſychium laudarunt. Conf. veterem Theocriti interpretem, in argumento Idyllii duodecimi. Eodem vocabulo, ſive ab hoc derivato, Alcman uſus eſt, ἀΐτας vel ἀϊτίας χορδὰς dicens, *amabiles chordas*. — In altero *ALCAEI* fragm. pro Τηΐων, perperam Τηΐᾶν ſcribitur in ed. Caſ.

AD CAP. LXII.

PHERECRATIS, ex *Corianno*, *verſus primus*, cum ſic editus legeretur,

Ἐκ τοῦ βαλανίου γὰρ διεφθορὰς ἔρχομαι:

adnotavit CASAUBONUS: »Mendae manifeſtus verſus: »metrum legem excedit: & mulier eſt, non vir, quae lo»quitur. Scribe διέφθος. *Redire* ait e *balneo* nimis cali»do, eſſeque iam *cocta*, imo *toſta*. Quare hoc dicat, ſe»quentia palam faciunt.« — Feliciſſima utique certiſſimaque emendatio: cuius ſcripturae veſtigium etiam hactenus ſervavit vetus noſter codex, quod διεφθορὰς per *o* breve in fine ſcriptum habet. Sed ſimul βαλανείου corrigendum fuiſſe adparet. *Tres* qui ſequuntur *verſus* maiorem habent difficultatem: qui in hunc modum editi legebantur:

ξυρὰν ἔχουσα τὴν φάρυγγα, δώσω πιεῖν
γλαῖσχρόν τέ μου τὸ σίαλον, νὴ τὼ θεὼ,
εἰ λάβω † κυρίσοι τὴν κυλίσκην μηδαμῶς.

Ad quos haec monuit CASAUBONUS: »γλαῖσχρον. Scri»be γλίσχρον: id eſt, κολλῶδες. [Sic etiam recte Dalec. *viſcida ſaliva eſt.*] »At νὴ τὼ θεὼ, per *geminas Deas*: non, »*per Deos*. Cererem & Proſerpinam intelligit, ut alibi di»ctum. Εἰ λάβω † κυρίσοι τὴν κυλίσκην μηδαμῶς. Potes »emendare:

»Θέλεις λάβω σοι τὴν κυλίσκην; μηδαμῶς.

»Ancilla loquitur aut famulus, & ait: Quando ita ſitis, »*vin' ſumam in manus culignam*, ut tibi miniſtrem? *Mini»me*, ait hera. Κυλίσκαι & κυλίχναι ſive κυλιχνίδες (La»tini veteres *culignas* dixerunt) ſunt *caliculi*, id eſt, par»va potoria vaſa oris compreſſioris. Quare etiam pro »cucurbitulis, ſi forte earum copia non erat, *caliculis* »utebantur, teſte Cornelio Celſo, libro II. cap. XI.« — Poſſis in primo ex iſtis verſibus tenere vulgatum δώσω,

ancillae tribuens ista verba, Δώσω πιεῖν: quod cum Dalecampio Toupius fecit, Epist. Crit. pag. 100. Quod si placet, metri ratio poscit, ut pro φάρυγγα cum eodem Toupio φάρυγα scribas: de qua vocabuli illius forma diximus ad II. 64. f. similiterque τὸν λάρυγα correximus lib. VIII. pag. 341. d. pro τὸν λάρυγγα. Sed videbantur mihi ancillae verba (*vers.* 4.) eum colorem habere, ut illis contineri videretur primum ancillae responsum, adeoque in his continuari sermo personae, quae loqui coeperat. Quare δ' ὸς πιεῖν correxi, monente Corayo in *Notis msstis.* Haud invitus tamen patiar, si vulgatum ita tenendum statuas, ut interrogative accipiatur:

ξηρὰν ἔχουσα τὴν φάρυγα. Β. Δώσω πιεῖν;

Vin' tibi dem quod bibas? Istâ quidem emendatione, γλίσχρον, nihil certius: quamquam mendosum γλαῖσχρον ipse etiam vetus noster codex tenet. Sed claudicabat versus:

γλίσχρον τέ μου (sive τ' ἐμοῦ) τὸ σίαλον, νὴ τὼ θεώ.

Nam vocab. σίαλον (haud secus quam ὁ σίαλος, *porcus*) primam corripere videtur. Quare γε particulam post ἐμοῦ, percommodo loco, inserendam putavi. Sed vexatissimus b versus, qui proxime sequitur: in quo Casauboni emendatio (sicut bene multae eiusdem doctissimi viri) illud perquam incommodum habet, quod, eam si sequaris, nullâ prorsus ratione intelligi possit quid sit unde vulgatae scripturae monstrum enatum sit, quod non editos modo libros, sed & veteres nostras membranas obsedit. Cuius scripturae (κυρίσοι) vestigia aliquatenus servans Toupius, Emend. in Suid. P. II. p. m. 236. sic corrigendum censuit:

Β. Κεράσω λαβών σοι τὴν κοτυλίσκην. Α. Μηδαμῶς.

Ubi (ut ab hoc ordiar) pro vulgato κυλίσκην recte utique κοτυλίσκην repositum a docto viro videri poterat, nempe ipsius Athenaei nostri auctoritate; qui haud multo ante (sub ipsa voce Κοτύλη, pag. 479. b.) diserte docuerat, τὴν κοτυλίσκην μηδαμῶς dixisse *Pherecratem in Corianno.* Illud unum turbare nos debuit, quod nunc hoc testimonium sub voce Κύλιξ adferat auctor, in quo tamen κύλικος nulla prorsus fiat mentio. Cui difficultati ex eiusdem quidem Toupii mente sic occurri possit, ut dicas, ne vulgatam quidem scripturam κυλίσκην ad vocabulum κύλιξ pertinere, sed manifeste mendosam esse: a κύλιξ enim non

b κυλίσκη formari, quod plane Graecum non ſit, ſed κυλίχνη. At iſti rationi non nimium equidem tribuam: cui non illud utique opponam, quod apud Ariſtophanem etiam in Acharn. vs. 458. (459. ed. Br.) omnes veteres libri hodie in ſcripturam κυλίσκιον (diminutivam formam nominis ἡ κυλίσκη) conſentiunt: nam docuit nos idem noſter Athenaeus loco modo citato, apud Ariſtophanem in illo verſu ſua aetate κοτυλίσκιον ſcriptum fuiſſe. Verumtamen, fuiſſe Graecorum in uſu etiam nomina κυλίσκη & κυλίσκιον, locuples teſtis eſſe Pollux videtur; apud quem illa tribus locis, lib. VI. ſect. 95 & 98. rurſusque X. 66. conſentientibus libris omnibus adnotantur. Supereſt, ut ſtatuamus, revera etiam Athenaeum hoc loco κυλίσκην ſcripſiſſe, ſive oblitum eius quod paulo ante ſcripſerat, ſive quod duplex iam olim ſcriptura in Pherecratis fabulâ circumferretur, quarum altera ſupra a Grammatico noſtro memorata ſit, altera hîc poſita, ut exemplum alîus diminutivae formae nominis κύλιξ, quae perinde atque ἡ κυλίχνη in uſu fuiſſet. Iam, *initio eiusdem verſus* in quo haeremus, ſi ita olim ſcriptum fuerat, ut Toupius ſtatuit, Κεράσω λαβών σοι, non magis intelligas, quo pacto ab hac ſcripturâ, quam ab illa quae a Caſaubono propoſita eſt, in iſtud εἰ λάβω κυρίσοι aberrare potuerit librarius. Quare magis nobis ſeſe adprobavit feliciſſima emendatio, a FIORILLO propoſita, Obſerv. in Athen. pag. 35. monſtroſum κυρίσοι ex κορίσκη natum ſtatuente; quo vocabulo Plato comicus uſus eſt apud Noſtrum initio libri XV. p. 665. f. de eodemque conferendus Phrynichus pag. 24. & Thomas Mag. p. 548. Et *Fiorillo* quidem ſic ſcribendum verſum cenſuit:

Λάβ', ὦ κορίσκη, τὴν κοτυλίσκην &c.

Quod ſicut ego non damno: ſic commodius viſum eſt, Λάβω, κορίσκη, ſcribi, ita ut *interrogative* accipiatur verbum, idemque valeat ac id quod erat a Caſaubono propoſitum, Θέλεις λάβω; vel ζητῶ aut ἐρωτῶ σε, εἰ λάβω: *Sumam-ne? vis ſumam? quaero ex te an ſumam.* Atque inde fortaſſe originem cepit εἰ particula, ante λάβω vulgo adpoſita; ſcil. ex interpretamento, cum indicare aliquis voluiſſet, interrogative accipiendum verbum λάβω: quam in ſententiam quidem commodius ille facturus erat, ſi ᾗ ſcripſiſſet. Totam hanc Pherecratis eclogam omiſit Breviator. *Puella*, quae in ea partim loquitur, partim com-

pellatur, ipſa *Corianno* eſſe videtur, a qua titulum fabulae poëta impoſuit. Conf. XIII. 567. c.

αὐτὸς εἴρηκε Φερεκράτης. Utique ὁ αὐτὸς malles: *idem Pherecrates.* Sed ſic iam alibi obſervavimus loquentem deipnoſophiſtam. Vide ad III. 108. a. Animadv. T. II. p. 240.

In eiusdem *PHERECRATIS* trochaicis, e fabulâ *Tyrannide*, iuſto brevior erat *primus verſus*,

Εἶτα κεραμεύσαντα τοῖς ἀνδράσι ποτήρια.

Cui incommodo certa viſa nobis medela erat, μὲν particula, inter τοῖς & ἀνδράσι inſerenda. Illam particulam ſervavit etiam Epitomator, reliquum quidem ſermonis tenorem mutans. Sic enim ille: Φερεκράτης δὲ παίζων φησὶ, τοῖς μὲν ἀνδράσι κεραμεύεσθαι ποτήρια πλατέα &c. Ad κεραμεύσαντα intelligendum ſubſtantivum τὸν κεραμέα, & conſtructio in hunc modum concipienda: Φασὶ (ſcil. αἱ γυναῖκες) τὸν κεραμέα, κεραμεύσαντα τοῖς μὲν ἀνδράσι ποτήρια πλατέα, - - - κεραμεύειν αὐταῖς βαθείας κύλικας. Mendoſam ſcripturam κοὐχὶ δωροῦντ' (*verſ.* 3.) cum c editis tenet ms. *A.* Verba autem iſta praetermiſit Breviator. Recte vero CASAUBONUS monuit: »Scribe χωροῦν-»τα.« — *Verſu* 4. cum legeretur, φασὶ δ' αὐταῖσι βαθείας &c. αὐταῖσιν ſcribere debuimus metri cauſſâ. Ibi monuerat CASAUBONUS: »*Mulieres ſibi fieri praecipiunt ca-»lices altos.* Repetendum eſt verbum κεραμεύειν. *Calices* »autem deſcribit *ventrioſos* & doliolo ſimiles, habentes in-»fra labra rotundam figuram vini capaciſſimam. Hoc ſi-»gnificant ſequente verſu (*vs.* 5.) illa verba, μέσας γα-»στρίδας. In Excerptis μεστὰς offendimus: quod non »habet locum. ἀνεκλογίστως πλεῖστον οἶνον ἐκπίνειν, eſt »*plurimum vini bibere, quod tuis rationibus non inferatur.*« — Etiam noſter codex *Epit.* habet λεπτὰς μεστάς: & dein ſtatim iſta, ὅπως ἀναλογίστως &c. Recte vero μέσας ms. *A.* cum editis: deinde vero idem codex *A.* nec γαστρίδας ſcribit, ut ſcripſit Caſaub. in Animadv. nec γάστριδας, ut in contextu editum, quod *guloſos, ventri deditos* ſignificat; nec verſui erat aptum: ſed γαστροϊδας, (ſic) quod idem valet ac γαστροειδεῖς, *ventroſos*, & formatum eſt tamquam a ſingulari primae declinationis, ὁ γαστροϊδης, tum productâ antepenultimâ γαστροΐδης, τοῦ γαστροΐδου: ſive (quod rectius videtur) γαστροΐδας metri cauſſâ dictum pro γαστροοίδας, a ſing. ὁ γαστροοίδης, quod vocabulum Atticis uſitatum Euſtathius ait ad Od. λ'. pag.

434. l. 38. significans τὸν ἐξοιδηθέντα sive ἐξωγκωμένον τὴν γαστέρα; cuius formae sunt ἰσχιοίδης, ὠμοίδης, & alia.

d *Postremus versus*, ἢ δὲ κρείττων ἢ μί' ἐστὶν &c. ex parte quidem supra adpositus est, XI. 460. c.

AD CAP. LXIII.

Κυμβία. Sic rectius quam vulgo apud Etymologum, pag. 545. ubi Κυμβεῖον, εἶδος ποτηρίου, παραπλήσιον τῷ σχήματι πλοίῳ ὃ καλεῖται κύμβη. Cum hoc capite autem conferenda sunt quae habet Macrobius, Saturnal. V. 21. De toto capite Epitoma nonnisi haec pauca habet: Κυμβία. γένος ποτηρίων βαθέων. ὀρθόν. (& inter lineas, ὦν.) πυθμένα μὴ ἔχοντα μηδ' ὦτα. Δίδυμος δὲ ἐπίμηκες στενὸν τῷ σχήματι ὅμοιον πλοίῳ. Ἔστι δὲ καὶ πλοῖον ἡ κύμβη. Σοφοκλῆς· Ἵπποισιν ἢ κύμβαισι ναυστολεῖς χθόνα; Ἔστι δὲ καὶ κύμβα ποτήριον.

Γένος ποτηρίων βαθέων τὰ κυμβία, καὶ ὀρθὸν πυθμένα μὴ ἐχόντων. Corrigendum monuit CORAY in *Notis mss.* καὶ ὀρθῶν, πυθμένα μὴ ἐχόντων: quod velim scire quo pacto intellexerit Vir doctissimus, cum prorsus pugnare haec videantur, *poculum, quod fundum non habeat.* Verumtamen eodem prorsus modo etiam Eustathius legebat, ad Iliad. υ'. pag. 1281. l. 21. ubi ait: Κύμβη, πλοίου εἶδος· ἢ ὁμώνυμον ποτήριον κύμβα. καὶ κυμβίον δὲ, γένος τι ποτηρίων βαθέων ὀρθῶν πυθμένα μὴ ἐχόντων, μήδ' ὦτα. Similiter codex noster *Epit.* in contextu quidem sic habet: ὀρθόν. πυθμένα μὴ ἔχοντα. super ὀρθὸν autem inter lineas indicata altera scriptura ὀρθῶν. Quo in codice etiamsi scripturam teneas, quae in contextu est, manet tamen eadem quae me turbat difficultas, quia ὀρθὸν a sequentibus verbis interposito puncto seiungitur: sed sequentium verborum structura indicare videtur, ὀρθῶν voluisse auctorem Epitomae. Macrobius de *fundo* nihil meminit: sed & ipse pariter ὀρθῶν legisse videtur ad ποτηρίων relatum, aut ὀρθὸν ad γένος referendum: dicit enim, *cymbia, pocula procera* (id vero est ὀρθὰ) *ac navibus similia.* Sed in hoc ipso rursus offendor equidem: nam si *navibus* sunt *similia*, non tam *procera* dici debent, quam *oblonga*, quemadmodum ex *Didymo* deinde (lit. *f.*) adfertur. Quare interim, dum meliora fuero edoctus, ὀρθὸν cum editis & ms. *A.* tenens, ad πυθμένα retuli, *non rectum habens fundum* vertens cum Da-

lecampio; intelligensque fundum quodammodo rotundum vel fornicatum, ſicuti navis. — Haec, ſic a nobis ſcripta, iam in eo erant ut prelo excuderentur, quum in explicando loco inferiore occupati ſubito animadvertimus, unice verum eſſe ὀρθῶν: quod ipſum etiam opportune adhuc nobis licuit in contextu in locum τοῦ ὀρθὸν reponere. Vide Animadv. ad p. 489. a.

Πτολεμαῖος δὲ, ὁ τοῦ Ἀριστονίκου. *Ptolemaeum* Dalecampius *Ariſtonici filium* intellexerat. Sic & Fabricius, Bibl. Graec. T. VII. pag. 70. At, *patrem Ariſtonici* fuiſſe monuit Ionsius, De Scriptor. Hiſt. Phil. pag. 15.

Φιλήμων, Φάσματι &c. Solutâ oratione adpoſita erant Philemonis verba, in hunc modum: Ἐπεὶ δὲ ἡ Ῥοδὴ κυμβίον ἀκράτου κατασέσεικεν ὑμῖν ἄνω. Eademque prorſus verba apud Macrobium leguntur. Quae poſtquam infelici conatu *Clericus* iuſtis adſtringere numeris conatus erat, verſus ſic conſtituendos, ut nos edidimus, docuit Bentley, Emend. in Menandr. & Philem. pag. 119. ὑμῖν, ut apud Athenaeum editum, ſic & apud Macrobium legitur: rectius, quam ὑμᾶς quod eſt in ms. *A*. Equidem ὑμῶν potius, eo ſenſu quo hîc accipitur verbum κατασείειν, deſideraveram. Caeterum κατασείειν τινὰ longe diverſâ notione dictum vidimus lib. X. p. 431. c.

Διονύσιος δ' ὁ Σάμιος ἐν ἕκτῳ περὶ τοῦ Κύκλου, &c. Vide pag. 477. d. e. ibique notata. *Ibid.* οὐκ ἔστι δὲ μικρὸν τὸ διδόμενον αὐτῷ κισσύβιον παρ' Ὁμήρῳ &c. Vide Odyſſ. ι'. 346 ſqq. & Noſtrum ſupra, pag. 461. d. Eodem lectorem remittit Casaubonus, haec adnotans: »*Cymbă* magnitu»dinem demonſtrat hoc argumento: quia Ulyſſes tertio »cymbio (ſive quod idem eſt [ex *Dionyſii Samii* mente] »ciſſybio) Cyclopem depoſuit. Huic argumento quid re»ſponderi poſſit, dictum ſupra initio huius libri.«

Τοῦ κυμβίου μνημονεύει καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Μειδίου, ἀκολουθεῖν αὐτῷ φάσκων ῥυτὰ καὶ κυμβία. Apud Macrobium Saturn. V. 21. haec leguntur: *Meminit eius* (cymbii) *& Demoſthenes in Oratione quae eſt in Midiam*: Ἐπ' ἀστράβης δ' ὀχούμενος ἐξ Ἀργούρας τῆς Εὐβοίας, χλανίδας δὲ καὶ κυμβία ἔχων, ὧν ἐπελαμβάνοντο οἱ πεντηκοστολόγοι. Quae totidem verbis hodie apud Demoſthenem pag. 558. ed. Reisk. leguntur, niſi quod ibi poſt καὶ κυμβία adiecta ſunt verba καὶ κάδους. Quo ſpectat Casauboni Animadverſio haec: »Locus *Demosthenis*, quem ex ea *con-*

» *tra Midiam* adnotavit hîc Macrobius, & ex eo Dalecam-
» pius, [in ora verſionis Athenaei] is ipſe eſt dubio pro-
» cul, quem reſpexit auctor (Athenaeus) haec ſcribens;
» quamquam hodie in noſtris libris (Demoſthenicis) vox
» ῥυτὰ non extat eo loco, ſed aliquanto poſt, [pag. 565
» extr.] ubi ait orator: καὶ τρεῖς ἀκολούθους, ἢ τέτταρας
» αὐτὸς ἔχων, διὰ τῆς ἀγορᾶς σοβεῖ, κυμβία καὶ ῥυτὰ καὶ
» φιάλας ὀνομάζων. Athenaeus vero more ſuo duos locos
» in unum contraxit. «

f καὶ ἐν τῷ κατὰ Εὐέργου καὶ Μνησιβ. Pro Εὐεργοῦ, quod erat in ms. *A.* penacute Εὐέργου ſcripſi, ut eſt in Demoſthenicis libris. *Cymbium* ibi memoratur p. 1156 ſeq. ANAXANDRIDAE verſus in hunc modum ſcripti erant:

Μεγάλ' ἴσως ποτήρια προπινόμενα, καὶ μετ' ἀκράτου,
κυμβί' ἐκάρωσεν ὑμᾶς, ἀνακεχαίτικεν μὲν οὖν.

In quibus nil mutat ms. *A.* niſi quod κυμβία absque eliſione ſcribat, & ἀνακεχέτικεν pro ἀνακεχαιτ. Apud Macrobium vero eadem leguntur, exceptis tribus poſtremis verbis: apud eumdem vero in edit. Lugd. 1548. in contextu quidem ἐκάρωσεν legitur; ſed in orâ, ἐκάκωσεν; quam lectionem ſola habet Gronoviana editio. Ad hunc locum haec adnotavit CASAUBONUS: » Cum apud *Ana-*
» *xandridem* dixiſſet aliquis, Κύμβι' ἐκάρωσεν ἡμᾶς: ſubiicit
» quidam, ἀνακεχαίτικεν μὲν οὖν: non prorſus, ait, ἐκάρωσεν,
» *ſed tamen* ἀνακεχαίτικεν. Allegoricus ſermo eſt: de *vino*
» enim loquitur tamquam de *equo*. καροῦν dicitur vinum,
» quod dat in ſomnum gravem, vel de ſtatu mentis de-
» turbat: equus, quando deiicit in caput ſeſſorem; quod
» maius eſt, quam cum ἀναχαιτίζει, id eſt, iubas caput-
» que erigens vectori praebet ſe immorigerum. In prioris
» verſus fine lege καὶ μέστ' ἀκράτου, non μετ' ἀκρά-
» του. « — Sic ille: qui conſulto-ne ἐκάρωσεν ἡμᾶς pro ὑμᾶς ſcripſerit, an imprudenti id ei exciderit, neſcio: illud video, minime opus eſſe ut ſolicitetur librorum ſcriptura. Sed μέστ' ἀκράτου, pro μετ' ἀκρ. haud dubie veriſſime emendatum. Quod vero de ſignificatu verbi καρόω praecepit vir doctus, ubi de equo uſurpatur: nusquam, quod ſciam, verbum iſtud eo modo uſurpatum reperitur; ac vereor ne ingenioſior, quam verior, ſit tota illa interpretatio. Verbum ἀναχαιτίζω quidem, ubi ſine regimine ponitur, eâ quam Caſaub. dixit notione dicitur: at hoc loco *cum accuſativo caſu* (ὑμᾶς: ſive ἡμᾶς, ſi poſtrema

verba alteri perſonae tribuas) conſtructum intelligi debet. Atqui ἀναχαιτίζειν τινὰ ſonat *inhibere impetum, reprimere ferociam* ſive equi ſive hominis. Et de equo non cogitavit profecto poëta, iſta ſcribens. Caeterum utrum alii perſonae tribuenda ſint poſtrema verba, an eiusdem perſonae tota ſit oratio, definiri vix poſſe putem: & parum quidem refert. Verſibus autem ita, ut vulgo diſtributi erant, nulla metricae rationis umbra inerat: quos ea ratione, qua nos edidimus, digerendos eſſe, recte WAKEFIELD monuit in Silv. Crit. P. II. pag. 81. quo e libro excerptas obſervationes, ad Athenaeum ſpectantes, humanitati ſtudioque eiusdem, quem iam ſaepius honoris & grati animi cauſſa nominavi, *Boiſſonadi* debeo.

ALEXIDIS ex *Equitibus* teſtimonium ſic editum erat:

— Τά τε κυμβί' ἦν
πρόσωπ' ἔχοντα χρυσᾶ παρθένον νὴ τὸν Δία. a
ἦν γὰρ ὦ τάλαιν' ἐγώγε κακῶν.

Ubi, quod ad verſuum menſuram ſpectat, adparebat vocem πρόσωπ' *primo verſui* adtribui debuiſſe. Tum, in *tertio*, metrum peſſumdabat inſerta ὦ particula: quae ne ſic quidem recte ſcripta erat, nam ὤ ſaltem oportebat. Sed eiicienda prorſus e verſu vocula fuit, quae haud dubie e ſcholio olim irrepſerat. Ad reliqua verba quod attinet, παρθένων, pro παρθένον, recte vetus codex miſtus dedit: quemadmodum ex coniect. etiam Dalecampius legerat, *cum virginum aureis imaginibus*, vertens. Perſonarum vices de noſtrâ coniecturâ diſtinximus, praeeunte ex parte Dalecampio. Diceres autem, *aurea illa virginum* πρόσωπα eſſe potius *navium* inſignia, quam figuras quibus ornata fuiſſent *cymbia pocula*.

AD CAP. LXIV.

Ἐρατοσθένης - - - πῶς κύαθον μὴ κεκτημένος, ἀλλὰ κυμβίον μόνον, φιάλην προσεκέκτητο. Ad vulgatam olim ſcripturam, quam & veteres membranae tenent, μόνην φιάλην, adnotaverat CASAUBONUS: » Non aliter apud Ma» crobium: tamen ſcribendum eſt, ἀλλὰ κυμβίον μόνον, » φιάλην πρ. *Mirari licet, quod qui cyathum nullum haberet* » prae ſumma egeſtate aut parcimonia, *ſed ſolum cymbium*, » *idem phialam poſſideret.* Ex his intelligere eſt, *cymbium* ali» cubi Graeciae fuiſſe poculum pauperum, qui neque cya-

» thum, neque aliud vas potorium honeſtius parare ſibi » poterant. Quae ſequuntur poſt verbum παρειληφέναι, » incertum eſt utrum ſint Athenaei, an ERATOSTHENIS. » Macrobius quidem ea non deſcripſit: ſed puto tamen eſſe » Eratoſthenis: quod vel illa arguant, καθὰ καὶ νῦν παρ' » ἡμῖν ποιοῦσιν ἐν τοῖς φειδιτίοις. Nam παρ' ἡμῖν interpre- » tor *Cyrenae*, quae fuit patria Eratoſthenis. Ibi ſervata » pleraque inſtituta Lacedaemoniorum: ergo etiam *phidi-* » *tia* more Spartiatarum agitabant. Cyrenenſes enim La- » cedaemoniorum ſanguis fuerunt. [Strab. XVII. 837.] » Vel legendum παρ' ὑμῖν, *Lacedaemone*: ſcribit enim *ad* b » *Spartanum Hagetorem*.« — In ERATOSTHENIS verbis, pro eo quod apud Noſtrum legitur, ἀλλὰ τῆς Κωλιάδος γῆς, apud Macrobium (in editione quidem Gronoviana) nude ἀλλὰ τῆς Κωλιάδος ſcribitur: quod verum iudicavit VALCKENARIUS ad Herodot. V. 88. ex interpretamento adiectam vocem γῆς exiſtimans. Nam »Promontorium Atti- » cum, inquit, ob templum Veneris terramque figulinam » nobilitatum, ſimpliciter dicebatur Κωλιάς.« — At cum non tam de promontorio hîc agatur, quam de *terrâ figulinâ*, quae inde effodiebatur, non video cur ſuſpecta nobis debeat eſſe ſcriptura τῆς Κωλιάδος γῆς, quum praeſertim iſta materia hîc opponatur argento & lapidi pretioſo, ante memorato. *Mox*, verum nobis viſum erat ἐπιπληρώσαιεν, quod habebant editi; quemadmodum etiam apud Macrobium legitur, non ἐπί τι πληρώσαιεν, ut in noſtris membranis. Quod dein ait, βάπτοντες τῷ κυμβίῳ, illud βάπτοντες valet *haurientes*, ut apud Euripidem, Hecub. 610. (vs. 614. ed. Porſ.)

De *phiditiis Lacedaemoniorum* dicta ſunt multa lib. IV. p. 139 & ſq. ubi & de ſcripturae diverſitate nonnihil notavimus, ad pag. 139. e. item ad V. 186. b. Nos hîc in primâ ſyllabâ tenendam veterum membranarum ſcripturam putavimus. Caeterum videndus Meurſius in Miſcell. Lacon. lib. I. cap. 9. & 10.

c Ὅταν δ' Ἔφιππος ἐν Ἐφήβοις λέγῃ. Temere & peram λέγει ed. Caſ. 2. 3. In *EPHIPPI*, ex *Ephebis*, *verſ.* 1. pro Οὐ κύλικ', recte Οὐ κύλικας dedit ms. *A.* quod metri etiam ratio poſtulabat. — »*Ephippi verſus ambo* (ait » CASAUBONUS) cum *interrogatione* legendi.« — Quod facile equidem patiar, nec tamen neceſſarium iudicavi.

d Ἔφιππος, ἐν Ὁμοίοις, ἢ ἐν Ὀβελιαφόροις. »Ὀβελίας ἁρ-

»τος, *panis inter virgatas ferreas tabulas duas coctus*, (vul- d
»go *oublies*) sic dictus quod emeretur obolo. Ὀβελιαφό-
»ροι, qui eum panem gestabant in Bacchi pompa. « Da-
LECAMPIUS. — Vide III. 111. b. In *primo* e versibus ex illo dramate citatis,

Διονυσίου δὲ δράματ' ἐκμαθεῖν δέοι:

»Intellige *Dionysii* tyranni comoedias: vide libro primo »de Philoxeno. [Animad. ad I. 7. f.] Proximus versus »est corruptus,

»καὶ Δημοφῶντος ἄτ' ἐποίησεν εἰς κοτύλην.

»Nescio an rectum sit, εἰς Κότυν. Depravatus etiam qui »sequitur,

»ῥήσεις τε κατὰ τὸ δεῖπνον θεωρός μοι λέγοι.

»Fortasse:

»ῥήσεις τε κατὰ τὸ δεῖπνον ὡς ἐμοὶ λέγοι.

»*ut mihi coenanti veterum poëtarum versus recitet.* Etiam re- »liqua sunt mendosa. « Casaubonus. — »Quatuor pri- »mi versus (ait *Samuel* Petitus, Miscell. VII. 5.) do- »cent, quibus is, qui haec loquitur, acroamatibus inter »coenandum delectetur, & quorum poëtarum eclogas si- »bi, ut moris erat, coenanti recitari velit. Primum *Dio-* »*nysii* tyranni dramata. Tum (*vers.* 2.) *Demophontis* car- »mina, a temulento inter pocula facta. « — Nempe εἰς κοτύλην, *inter pocula* interpretatus erat: & satis bene con- stare iambico senario rationem putaverat, anapaesticum pedem in fine habenti. Quod sicut imperite ab illo factum, sic haud paulo probabilior Casauboni ratio, εἰς Κότυν legendum statuentis: nempe de *Cotye* illo (puto) cogi- tantis, de quo Suidas: Κότυς, inquit, δαίμων παρὰ Κο- ρινθίοις τιμώμενος, ἔφορος τῶν αἰσχρῶν. Sed illud rec̃te rur- sus *Petito* observatum, ἄτ' geminatâ τ literâ, non ἄτ', scriptum oportuisse. Lascivus igitur & obscoenus poëta fuerit *Demophon*: cuius nescio an apud alium auctorem, praeter nostrum, conservata memoria sit. *Demophontem* reperio Sophoclis olim fuisse amasium; (apud Athen. XIII. 582. e.) sed, poësi illum dedisse operam, ibi quidem non legitur. *Tertio versu*, pro θεωρὸς, quod habent libri, Θεώ- ρου legens Petitus, opportune observavit, *Theorum*, qui hîc memoratur, cuius ῥήσεις sive eclogas audire cupit is qui loquitur, poëtam illum intelligendum, cuius Ari- stophanes meminit in Equit. vs. 605. de quo ibidem vetus Interpres Graecus ait: ὡς μοιχὸς κωμῳδεῖται ὁ Θεωρὸς, καὶ

d ἰχθυοφάγος, καὶ πονηρός. Sed ſcripturam κατὰ τὸ δεῖπνον nullo modo fert metrica lex: & haud dubie κατὰ τὰ δεῖπνα ſcripſerit poëta.

Quartum verſum plane deſperavi equidem, feliciorem vatem exſpectans, quam PETITUS fuiſſet, ſic ſcribendum hunc verſum ſtatuens,

Λητὼ τεκοῦσαν, ἴτην ἐξῆς ϑηρά.

Sic quidem non ſemel, ſed iterum, ſcripſit ille; intelligens de Scolio eiusdem argumenti cum eo quod exhibet Athenaeus lib. XV. pag. 694. d. Interpretatur autem in hunc modum: »*& dicat*, vel, *& cantet mihi*, (pro more Scolia »cantandi poſt coenam) *Latonam peperiſſe, & irruentem poſt-*»*ea belluam*, id eſt, immiſſam a Iunone & in recens effu-»ſum partum irruentem belluam Pythonem, quam ſagittis »in ipſa illa infantia Apollo confecerit.« — Gallici interpretes, cum Dalecampio Λητὼ *amicae nomen* ſtatuentes, eumdem verſum ſic reddiderunt: (*il faudroit*) *que j'allaſſe baiſer la porte de Leto, qui eſt après celle-ci.* Nobis viſum erat conſultius factum, pro iſto verſu in latina verſione vacuum relinquere ſpatium; quod quilibet eruditus lector utcumque viſum fuerit expleret.

»*Quinto verſu* (ait idem PETITUS) dicit is quem loquen-»tem *EPHIPPVS* inducit, quonam potiſſimum poculorum »genere delectetur atque ſibi miniſtrari velit; *cymbiis* ſci-»licet. Verſus ita ſcribendus eſt:

»κυμβία τε παρέχοι μ' ἑστιῶν Εὐριπίδης.

»id eſt, *Convivii magiſter Euripides cymbiis mihi miniſtrari fa-*»*ciat.*« — *Villebrunius*, Dalecampium ſecutus: *& que je* »*fourniſſe des* cymbia *en traitant Euripide.*«

e Quod in SOPHOCLIS verſu verbum ναυστολεῖς non modo ad κύμβαις ſed & ad ἵπποις infertur: illud dicendi genus Euſtathius (ad Iliad. υ'. pag. 1281. l. 16 ſqq.) cum iſto, πίνειν ἐξ ἀργυρίδων χρυσῶν, apud Noſtrum XI. 784. a. aliisque ſimilibus contulit. Confer Valckenar. ad Herodot. pag. 498. not. 8. & quem is laudat Dorville ad Charit. pag. 395 ſqq.

Κύμβα· ποτήριον, Ἀπολλόδωρος, Παφίοις. Diceres *APOLLODORI* comici citari fabulam aliquam, cui titulus fuiſſet *Paphii.* Sic quidem Dalecampius acceperat, vertens: *Eſt & cymba poculum apud Apollodorum in Paphiis.* Sed meliora paulo poſt docet ipſe Athenaeus, p. 483. a. ubi (parum utique commodo loco) legitur, quod hîc poni debue-

rat: Κύμβη· Φιλήμων – – κύλικος εἶδος. Ἀπολλόδωρος δ' ἐν τῷ περὶ Ἐτυμολογιῶν, Παφίους τὸ ποτήριον καλεῖν κύμβα. Ex quo adparet, (ſi modo utroque loco iſtum vocabuli uſum adnotare voluit Athenaeus) hîc inverſâ verborum ſerie ſic ſaltem ſcribendum fuiſſe, Κύμβα· ποτήριον Παφίοις, Ἀπολλόδωρος. id eſt, *Cymba Paphiis dicitur poculum, ut ait Apollodorus*: (conf. Heynii Fragm. Apollod. p. 1167. & 1145.) ſive ποτήριον Παφίους, ſcil. καλεῖν: ut mox p. ſq. *a.* ποτήριον Κυπρίους. Monuerat hîc CASAUBONUS: »Inutiliter haec poſita iſto loco: vide mox in Κύμβη. Ta»men & in Excerptis hoc ipſo loco: Ἔστι δὲ καὶ κύμβα »ποτήρια. « — Poſtremum vocabulum in noſtro cod. *Epit.* compendioſe in fine ſcriptum: ſed ποτήριον, puto, non ποτήρια, voluerat debueratque calligraphus.

AD CAP. LXV.

Κύπελλον. Τοῦτο πότερόν ἐστι ταυτὸν τῷ ἀλείσῳ καὶ τῷ δέπαϊ, ἢ ὀνόματι διαλλάσσει. »Locutio digna quae nos »advertat: nam erat dicendum, καὶ ὀνόματι μόνον διαλ»λάσσει. Rem claram non explicabo pluribus. « CASAUBONUS. — Qui continuo ſubiiciuntur verſus, ſunt ex Iliad. ι'. 666 ſq. Praetermiſſo priore dubitationis membro Breviator praeciſe ſic ſcripſit: Κύπελλον: διαλλάσσει ἀλείσου καὶ δέπας (δέπατος debuerat ſcriba) τῷ κυφὸν εἶναι· ἀπὸ γὰρ κυφότητος &c.

ἀπὸ γὰρ τῆς κυφότητος τὸ κύπελλον. »Hoc verum. »Prius dicebant κύφελλον, ut Lycophron aliquoties. Om»ne *cavum* ſic vocabant, *in quo aliquid poterat contineri.* In»de etiam *nubes* κύφελλα dictae, quae ea obtegunt qui»bus inſident. Lycophron [Caſſandr. vs. 1426.] eleganter »Xerxis militum ſagittas, tantâ copiâ in Graecos miſſas, »ut coelum illis eriperent, κύφελλα ἰῶν appellat. Utraque »ſignificatio, & vocis origo, ab Hebraeo fonte: nam »*Kaphàph* eſt *curvare*, κάμπτειν & κυφὸν *facere*. Inde *Kaph*, »*vola manus*, qua aliquid poteſt capi; item *acetabulum*: »ponitur etiam pro *nube*. Inde etiam κύφων, *torquendi in»ſtrumentum*, quod collo applicabant, in paraphraſi Chal»daica appellatur *Kiphatah*.« CASAUBONUS. — Poſt ſupra ſcripta verba, adiecimus iſta quatuor, ὥσπερ καὶ τὸ ἀμφικύπελλον, auctoritate utriusque codicis msti. De ἀμφι-

κυπέλλῳ ex professo in superioribus disputaverat Deipnosophista. Vide caput 24. huius libri, p. 783. b. c.

f φησὶ γὰρ καὶ ὁ ποιητὴς χρύσεον ἄμφωτον. »Χρύσεον ἄμ»φωτον quod legi ait apud poëtam, versum respicit Odyss. »χ'. [vs. 9 sq.]

»Ἦτοι ὁ καλὸν ἄλεισον ἀναιρήσεσθαι ἔμελλε,
»χρύσεον ἄμφωτον. « — CASAUBONUS.

In *ANTIMACHI versu priori*, cum pro ἐποιχόμενοι temere ἐπιχόμενοι in ed. Bas. positum esset, propagatum illud vitium est per ed. Cas. 1. 2. & 3.

a *SILENUS* & *NICANDER*, in Glossis suis, ubi de vocab. Κύπελλον agebant, provocarunt ad illud *Homericum*, κύπελλα δὲ νεῖμε συβώτης, ex Odyss. υ'. vs. 253. *EUMOLPUS* qui mox nominatur Grammaticus, indictus aliis, paulo superius ab eodem Nostro citatus est, pag. 477. a.

Σιμάριστος δὲ τὸ δίωτον ποτ. »Refert ex *SIMARI»STO*, κύπελλον quibusdam dictum esse τὸ δίωτον ποτή»ριον. Apud Hesychium [voce Κύπελλον] scriptum τὸ ἄω»τον: nisi est mendum: nam α & δ saepe deprehendimus »invicem corrupta. Ita *Cyprii*. « CASAUBONUS. — Apud Hesychium scripturam ἄωτον defendit VALESIUS, ad ipsum Athenaeum provocans; haud satis video quonam nisus fundamento: nisi fortasse, quia apud Athenaeum continuo subiicitur, τὸ δὲ δίωτον καὶ τετράωτον Κρῆτας, idcirco existimavit, paulo ante non δίωτον, sed ἄωτον apud eumdem Athenaeum scriptum oportuisse. At vel sic ferenda apud Nostrum vulgata scriptura videtur, quam tenet uterque codex mstus, & ex Athenaei Epitomâ Eustathius, ad Odyss. υ'. pag. 567. l. 50. quo loco idem Eustathius & reliqua quae ex hoc capite excerpsit Breviator, & item alia ad vocab. κύπελλον & ἀμφικύπελλον spectantia collegit; quae consuluisse iuvabit. Rursus vero Hesychianae lectioni, ἄωτον, videri possit illud favere, quod de ἀμφικυπέλλῳ supra (cap. 24. pag. 783. b.) legitur, *nonnullos ἀμφικύπελλον statuisse esse τὸ μὴ ἔχον ὦτα.*

Φιλήτας δέ. Iam saepius neglexi observare, pro Φιλήτας fere constanter in vetustis nostris membranis Φιλίτας scribi: nempe ex *itacismi* contagio. *Ibid.* Συρακουσίους κύπελλα καλεῖν &c. »*Syracusani* κύπελλα *appellasse* dicuntur, »τὰ τῆς μάζης καὶ τῶν ἄρτων ἐπὶ τῆς τραπέζης καταλείμ»ματα, *reliquias mazae* aut *panis*: quae Evangelistis qua»tuor κλάσματα nuncupantur. Hac notione κύπελλον ori.

»ginem habet a κόπτω, ut κλάσμα a κλῶ. In loco τοῦ ο a »positum est υ, ut in ὄνυμα pro ὄνομα, ἀσσύτερον pro ἀσ»σότερον. Posterior aetas aliâ formâ idem nomen forma»vit: nam apud Suidam, & in aliquot Glossarii locis, κό»παιον sive κόπεον legere est, pro *frusto* rei & *fragmento*.« CASAUBONUS.

Κύμβη. – – – Ἀπολλόδωρος δ' ἐν τῷ περὶ Ἐτυμολογιῶν. Potest hoc ferri: sed cum alibi *librum secundum* illius operis nominatim citet Athenaeus, II. 63. d. alibi *librum primum*, ut XIV. 663. a. suspicari licet, hîc aut ἐν τοῖς περὶ Ἐτυμ. scripsisse Deipnosophistam, aut intercidisse *notam numeralem*. Pro κύμβα, quod in fine huius capitis habet ms. *A*. cum editis, rectius videtur esse κύμβαν, quod est in ms. *Ep*.

AD CAP. LXVI.

Κώθων. Λακωνικὸν ποτήριον, οὗ μνημονεύει Ξενοφῶν ἐν b πρώτῳ Κύρου παιδείας. »Putes dicere, XENOPHONTEM sic »*poculi huius meminisse*, tanquam *Laconici*: quod non ita »est. Verba eius sunt, de Persarum institutione loquen»tis: [Cyropaed. I. 2, 8.] φέρονται δὲ οἴκοθεν σῖτον μὲν »ἄρτον, ὄψον δὲ κάρδαμον· πιεῖν δὲ, ἢν τις διψῇ, κώθωνα, »ὡς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἀρύσασθαι.« CASAUBONUS. — Nempe satis in vulgus notum, quae de forma & institutis *Persarum* in illis libris Xenophon scripsit, ea ad instar fere institutorum *Laconicorum* esse efficta. Praeterea levi difficultati, qua videri poterat premi hic Athenaei locus, occurri potuit interposità post Λακωνικὸν ποτήριον *paulo maiore distinctione*, loco *commatis* quod ibi ponebatur in ed. Bas. & Cas. pro quo in ed. Ven. nulla plane distinctionis nota fuerat. Commode vero facturus erat Athenaeus, si, ut alii Grammatici, statim initio adiecisset, esse ποτήριον Λακωνικὸν κεράμεον μόνωτον, *fictile, unâ ansâ instructum*. Ac fortasse ista verba interciderunt.

Qui sequitur locus, is ita scriptus distinctusque erat: Κριτίας δὲ ἐν Λακεδαιμονίων Πολιτείᾳ γράφει οὕτως· Χωρὶς δὲ τούτων τὰ σμικρότατα ἐς τὴν δίαιταν ὑποδήματα ἄριστα Λακωνικὰ ἱμάτια φορεῖν, ἥδιστα καὶ χρησιμώτατα. κώθων Λακωνικὸν ἔκπωμα, ἐπιτηδειότατον εἰς στρατείαν καὶ εὐφορώτατον ἐν γυλίῳ. Ibi CASAUBONUS: »Locus *CRITIAE*, (inquit) est male acceptus

b »ab exſcriptoribus. Initio enim deeſt aliquid perficiendae »ſententiae. Ait autem *Critias*, *Lacedaemonios uti ſupelle-* »*ctile & inſtrumentis vitae minimo pretio parabilibus, & commo-* »*diſſimis.* Profert exempli gratia, *calceos Laconicos*, *veſtes*, »*& cothonem.* Non eſt dubium, hanc eſſe Critiae mentem: »ſed verba praeſtare ſarta tecta non poſſumus. Vocem »σμικρότατα ſuſpicor cubare in mendo: & pro ὑποδήμα- »τα ſcribendum eſſe δημιουργήματα. Suadet Plutar- »chus, qui in Lycurgo [T. I. Opp. ed. Francof. p. 45.] »hunc ipſum *Critiae* locum ita expreſſit: Δι' ὃ καὶ τὰ πρό- »χειρα τῶν σκευῶν καὶ ἀναγκαῖα ταῦτα, κλινοπῆρες καὶ »δίφροι καὶ τράπεζαι, βέλτιστα παρ' αὐτοῖς ἐδημιουργεῖ- »το. καὶ κώθων ὁ Λακωνικὸς εὐδοκίμει μάλιστα πρὸς τὰς »στρατείας· ὥς φησι Κριτίας. Eadem [ex Plutarcho] Por- »phyrius lib. IV. [cap. 3.] De Abstinentia ab Animalibus. « — Sic ille. Nobis initio verborum *Critiae* nihil per exſcriptorum culpam intercidiſſe viſum erat: ſed Athenaeus iſta, ut ſaepe ab eo factum obſervavimus, e media connexione ſuperioris orationis decerpſit. Verbis autem ab illo adpoſitis, commodâ diſtinctione & unâ levi mutatione (quam praeiverunt nobis veteres membranae, Λακωνικὸς ſcribentes, non Λακωνικὸν) ita ſuccurri poſſe putavimus, ut utcumque ferenda videri poſſent. Et ſcriptura quidem Λακωνικὸς eo etiam certior, quod non licet ſuſpicari fuiſſe fortaſſe a librario adiectivum illud temere ad ſubſtantivum κώθων relatum: nam in eisdem membr. *A.* pro κώθων prorſus corrupte καθ' ὃν ſcriptum. De *calceis Lacedaemoniorum* conſule Meurſium, Miſcellaneor. Laconic. lib. I. cap. 18. De *veſte* eorumdem, tenui quidem, ſed commodâ, quippe non ita prolixâ ut aliorum Graecorum, eumdem vide ibid. I. 15. de *cothone* vero, rurſus eumdem, lib. I. cap. 14. De γυλίῳ, *pera* vel *caniſtro militari*, nonnihil a Caſaubono paulo ſuperius monitum eſt, ad pag. 473. d. Sed, ad *Critiae* verba quod ſpectat, erudito Lectori fortaſſe haud improbabilis videbitur coniectura, quam in ſcholio ſub contextu adpoſuimus, in hanc ſententiam: *Minimi in res ad victum* (vel, *ad vitae uſum*) *pertinentes impenſi ſumtus, optimi. Laconicae veſtes, geſtatu gratiſſimae &c.*

Quae ſequuntur, ſic vulgo ſcripta erant: οὗ δὲ ἕνεκα στρατιωτικὸν πολλάκις ἀνάγκη ὕδωρ πίνειν οὐ καθαρόν. πρῶτον μὲν οὖν τὸ μὴ λίαν κατάδηλον εἶναι τὸ πῶμα, εἶτα ἅμ-

βωνας ὁ κώθων ἔχων ὑπολείπειν τὸ οὐ καθαρὸν ἐν αὐτῷ. b
In quibus nil mutant libri, nisi quod vitiosius etiam οὐδὲ pro οὗ δὲ, & κατάδυλον pro κατάδηλον habet ed. Ven. cum ms. *A.* (In *Epit.* totum deest *Critiae* testimonium.) Ad hunc locum est rursus Casauboni Animadversio haec: »Hic quoque deest aliquid. Sententia huiusmodi lectionem »suggerit: οὗ δὲ ἕνεκα στρατιωτικὸν δοκεῖ μάλιστα τοῦτο τὸ »ποτήριον εἶναι, τόδ' ἔστιν. καὶ γὰρ πολλάκις ἀνάγκη ὕδωρ »πίνειν οὐ καθαρόν. *Cum igitur cogantur saepe milites aquam »bibere impuram, prima commoditas quam ex cothonibus ca»piunt, est* τὸ μὴ λίαν κατάδηλον εἶναι τὸ πόμα. In pocu»lis altioribus quam latioribus, ut illi scyphi sunt quibus »pharmacopolae medicamenta aegris propinant, quod in»tus continetur, minus est conspicuum. Plutarchus ad co»lorem cothonis refert. Ait enim, τὰ ἀναγκαίως πινόμε»να τῶν ὑδάτων, καὶ δυσωποῦντα τὴν ὄψιν, ἀπεκρύπτετο »τῇ χρόᾳ. Altera sequitur commoditas poculi huius: εἶ»τα ἀμβωνας ὁ κώθων ἔχων ὑπολείπειν τὸ οὐ καθαρὸν »ἐν αὐτῷ. Legendum ὑπολείπειν ποιεῖ, vel ὑπολείπει. »Sed videamus quid sint ἄμβωνες in poculis: nam qui *mar»gines* vertunt, longe errant: sunt enim diversissimae res, »κρηπὶς, & ἄμβων. Neque audiendi viri eruditissimi, qui »apud Plutarchum vertunt *anfractus atque sinus*. Est vero »Graecis ἄμβων, Latinis *umbo, quicquid in plano eminet ac »protuberat, figuram habens rotundam aut* κωνοειδῆ. Origo »vocis ἀπὸ τοῦ ἀμβαίνειν sive ἀναβαίνειν. In veteri histo»ria ecclesiastica suggestus episcopi in templo concionantis »*ambon* Graecis & Latinis multis dicitur. In poculis & ollis »ἄμβωνες sunt, inquit Pollux, [VI. 97.] αἱ ἑκατέρωθεν πλευ»ραί: id est, *latera & ventres*, quales sunt in ollis & argen»teis pateris quibus vulgo utimur, forma ollae dimidiatae. »Quorum autem poculorum recta assurgunt latera, ea ἀμ»βωνας non habent. Atque haec figura vasorum *ambonem* »habentium aptissima est ad detinendam aquae impurae »ὑποστάθμην & sordes: ut recte sensit Critias. Fiunt etiam »phialae vitreae, quarum fundum introrsum adactum & »admodum prominentem, recte *ambonem* appellaveris: est»que etiam illa forma appositа nimis ad id de quo agitur. »Sed *cothones* ita fingi solitos non puto: nisi quod more »istarum phialarum *collum* habebant, ut sequens Theo»pompi locus indicat.« Haec Casaubonus: qui quae quidem de *ambone cothonis* praecepit, ea fateor me par-

b tim haud ſatis percepiſſe, partim parum feliciter huc tracta videri. Quid quod ipſum illud, unde veluti a certo principio profectus eſt »ἄμβωνα Graecis dici *quidquid in* »*plano emineat ac protuberet, figuram habens rotundam aut κω-*»*νοειδῆ*« prorſus gratuito a viro docto ſumtum eſt, omnique veterum ſcriptorum aut Grammaticorum auctoritate deſtitutum. Eſto, latinum vocabulum *umbo* a graeco ἄμβων eſſe ductum; fatendum fuerit, Romanos, *umbonem* vocantes *eminentiam in medio clypeo*, qui Graecis ὀμφαλὸς dicitur, ſignificationem graeci vocabuli prorſus immutaſſe: de quo etiam Salmaſius monuit, Exercit. Plin. pag. 495. b. D. Graecis enim non *eminentia in medio clypeo* ἄμβων vel ἄμβη (ſynonymae enim hae voces ſunt) dicebatur, ſed *extrema clypei ora, quae per totam circumferentiam recurva eminebat.* Novimus porro, ἄμβωνες *montium* nonnumquam dici: at eae non ſunt, ut Caſaubonus ſtatuit, eminentiae in altum aſſurgentes figurâ rotundâ aut κωνοειδεῖ: ſed ſunt *ſupercilia propendentia*, vel *ſupercilioſae prominentiae*, ſcilicet cum latus montis, ſecundum longitudinem introrſum nonnihil excavatum, ſuperne propendet: ὀφρυώδης ἐπανάστασις, ut ait Galenus in Lexico Hippocrateo; ſive αἱ τοῖς κοιλώμασι περικείμεναι ὀφρῦς, ut ex aliis Grammaticis Euſtathius retulit, ad Odyſſ. ι'. pag. 365. l. 49. Iam in *vaſe*, τὴν ἄμβην aut τὸν ἄμβωνα diſerte Etymologus p. 81. docet, τὸ χεῖλος dici τῆς λοπάδος, *labium patinae.* Pariter Therſis Grammaticus, apud Erotianum in Lexico Hippocrateo, Ἄμβωνα, ait, χείλος εἶναι σκεύους, καὶ τῆς ἀσπίδος τὸ πρὸς τῇ ἰτυΐ. Item Aelius Dionyſius, apud Euſtathium l. c. Ἄμβωνες, ἴτυς πᾶσα καὶ οἷον ὀφρὺς καὶ ὑπεροχὴ, καὶ χείλη δὲ λοπάδων. Cur autem *labia* patinarum aut aliorum vaſorum ἄμβωνες fuerint nominata, e ſupra dictis intelligitur; ſcilicet, *quatenus labium circumcirca habent introrſum reflexum & intus propendens:* quo pertinet quod paulo poſt (lit. *e.*) τὸν κώθωνα Theopompus Comicus στρεψαύχενα vocat: itemque, quod παχύστομον Heniochus. Eodem ſpectat quod Galenus ait, de vocabulis ἄμβη & ἄμβων differens: (cuius verba Brunckius adpoſuit, in Ariſtophanis Fragm. p. 222. ex Commentar. in Hippocr. περὶ Ἄρθρων, pag. 584.) Τοιαύτη δέ ἐστιν ἡ ὀφρὺς, οἵη κατὰ τῶν λοπάδων πέρας τὸ ἀνωγίνεται πρὸς τὴν ἐντὸς ἐστραμμένην (immo ἐστραμμένον) κοιλότητα. Item quod alius Grammaticus apud Euſtathium l. c. ait: ἄμβων, ἡ τῆς λο-

πάδος ἐνδοτάτω ὀφρύς. Quae omnia, cum multis aliis ad b dilucidandam significationem vocabulorum ἄμβη & ἄμβων spectantibus, ab H. STEPHANO in Indice Thesauri diligenter collecta & adcurate excussa, si inspicere dignatus esset doctissimi soceri doctissimus gener, haud paulo luculentiora proferre potuisset ad huius loci, in quo versamur, quem obscuravit ille magis quam illustravit, interpretationem. Nam ad Pollucis quidem interpretationem frustra provocavit doctus Animadversor. Quod enim apud illum legitur, τοῦ κώθωνος αἱ ἑκατέρωθεν πλευραὶ ὥσπερ καὶ τῆς χύτρας, ἄμβωνες καλοῦνται: quid quaeso hoc significare potest, αἱ ἑκατέρωθεν πλευραὶ, *utrimque latera?* ubi de *poculo* aut *olla* agitur. Aut quis dubitet, (de quo ipso etiam idem STEPHANUS admonuit, in Ind. Thes. pag. 378. a.) corrupta ista apud Pollucem aut defecta esse, aut certe turbata, minimeque talia ut ex illis illustrari hic locus in quo versamur possit? Apud Plutarchum autem (in Lycurgo, pag. 45. a.) quae huc spectant verba, καὶ τοῦ ζωλεροῦ προσκόπτοντος ἐντὸς καὶ προϊσχομένου τοῖς ἄμβωσι, καθαρώτερον ἐπλησίαζε τῷ στόματι τὸ πινόμενον: ea haud incommode, si quid video, sic vulgo verti solent: *& quia, quod turbidi inerat, impingebat intus ac labris cohibebatur, potus accedebat ori purior.*

Iam in CRITIAE apud Athenaeum nostrum verbis, quae prolixae huic disputationi ansam dederant, supersunt utique nonnulla haud sane expedita. Post ista verba, οὗ δὲ ἕνεκα στρατιωτικὸν, plura quaedam intercidisse statuebat CASAUBONUS, ex ingenio supplenda: de quo paulo certius iudicare nobis liceret, si ex aliis scriptis aut ex longioribus eclogis de Critiae illius stilo constaret. Nam si concisum quoddam scribendi genus ille secutus est, nihil fortasse intercidit, & ad verba οὗ δὲ ἕνεκα στρατιωτικὸν, scil. ἔκπωμα, potuerint subintelligi & per ellipsin omitti ista, τοῦτο αἴτιόν ἐστι, *haec causa est.* Et sic haud dubie accipienda esse ista verba statuerem, si in proxime praecedentibus eodem vocabulo στρατιωτικὸν ἔκπωμα usus esset. Nunc mihi rectius feciisse MEURSIUS visus est, (Miscell. Lacon. I. 14. pag. 67.) στρατιωτικὸν abstractum pro concreto positum (nempe τοὺς στρατιώτας) intelligens; eâque causâ pro οὗ δὲ, οὗ δὴ scribens: quae tamen si placeat ratio, utique articulum τὸ nomini στρατιωτικὸν praefixum malles. Commodissimum foret, si

τίνος δὲ ἕνεκα dixiſſet, aut ſi οὗ pro τίνος accipi poſſet. Tum, indicatâ poſt στρατιωτικὸν interrogatione, omnia clara forent. *Cur autem militare poculum? Saepe oportet milites aquam bibere minus puram: atqui* &c. In ſequentibus verbis, recte haud dubie ὑπολείπει pro ὑπολείπειν ſcribi *Caſaubonus* iuſſit; in quo praeeuntem ille H. STEPHANUM habuit, in Ind. Theſ. pag. 378. c. & ſuffragantem *Meurſium* l. c. Sed nec, quae in medio interiecta ſunt verba, τὸ μὴ λίαν κατάδηλον εἶναι τὸ πόμα, difficultate carent: in quibus τῷ μὴ λίαν legebat Stephanus l. c. Caſaubonus vero & Meurſius nihil mutarunt: nec tanti erat, quia de praecedentium lectione haud ſatis conſtat. Equidem ad iſta, πρῶτον μὲν οὖν τὸ μὴ λίαν κατάδηλον εἶναι, exiſtimaveram ex proxime ſequentibus κατὰ κοινὸν quodammodo intelligi poſſe, πρῶτον μὲν οὖν ὁ κώθων ἔχει τὸ μὴ λίαν κατάδηλον εἶναι &c.

c καὶ Πολέμων δὲ ἐν τῇ * τῶν πρὸς Ἀδαῖον καὶ Ἀντίγονον. Sic reſcripſimus praeeunte vetere cod. *A.* niſi quod *defectus notam* adiecimus: nam manifeſtum videbatur interciditſe notam, qua *numerus libri* indicaretur; cum praeſertim conſtanter alibi, ubi idem ſcriptum *POLEMONIS* citat Noſter, numerus libri (quorum ad *ſex* memorantur ab Athenaeo) adiectus ſit. Fortaſſe ἐν τῇ H'. ſcriptum fuerat olim, id eſt *quinto libro*, ut pag. ſeq. b.

ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις συμποσίοις καὶ φιδιτίοις, ἐν πιθάκναις. De *phiditiis* vide paulo ante, ad pag. 482. b. πιθάκνη, eſt μικρὸς πίθος, *parvum dolium*, *doliolum*, *poculum dolioli formâ*. Poterat id eſſe fictile: ſed quoniam hîc πιθάκναι opponuntur κεραμέοις ἀγγείοις, conſentaneum videtur ut *lignea* intelligamus *doliola*, cum MEURSIO l. c. pag. 66. Caeterum velim ſcire, quaenam ſit »palmaria illa emen»datio« quam *POLEMONIS* iſtis verbis a VALCKENARIO in Epiſt. ad Roeverum pag. XXVI. adlatam ait Iacobs, in Animadv. ad Anthol. Vol. I. P. I. pag. 153. Illum libellum olim manibus me terere & nonnulla ex eo excerpere memini: nunc pridem e manibus procul avolavit, neque quidquam ad hunc locum ſpectans in commentariolis meis reperio. Emendationem inde enatam ait Iacobs, quod apud Heſychium κώθων exponitur per μόνωτον ποτήριον. Heſychii verba (ut quidem vulgo ſcribuntur) haec ſunt: Κώθων. ἄτακτος· μέθυσος. μόνωτον ποτήριον· κεράμειον εἶδος ποτηρίου.

Archilochi diſticha Analectis ſuis inſeruit Brunck, d T. I. pag. 41. Quâ occaſione, nonnulla ad ea notavit Iacobs, Animadv. Vol. I. P. 1. pag. 152 ſq. Quod *verſ.* 3. legitur verbum ἄγρει, id apud Homerum nonniſi alio ſequente imperativo ponitur, ut valeat *age:* ſed hoc loco ipſum hoc verbum, nullo alio ſequente, cum accuſativo conſtruitur, ſignificatque λάβε, φέρε, (ut interpretatur Heſychius) id eſt, *ſume, cape,* & *adfer.* ἀπὸ τρυγὸς, ut monuit Iacobs, idem valet ac id quod Horatius ait, *faece tenus cadi.* Quae mendoſe ſcripta erant in membr. *A.* ἀλλά τε *verſ.* 1. & νήφειν μὲν *verſ.* 4. ea recte emendata ſunt in edd. In *Epit.* deeſt haec Ecloga.

In *Aristophanis verſu poſteriori*, (qui eſt num. 600. in ed. Brunck.) particulam καὶ, quam deſiderabat metri ratio, ex Ariſtophaneis libris adiecimus.

Heniochi comici ex *Gorgonibus* citantur verba haec: e

Πιεῖν τις ἐγχείτω, λαβὼν πυριγενῆ κυκλοτερῆ
βραχύωτον παχύστομον κώθωνα, παῖδα φάρυγγος.

Quae ego, praeeunte Meursio in Miſcell. Lacon. I. 14. pag. 68. & *Toupio*, Emend. in Suid. P. III. pag. 330. (pag. 19. ed. Lond.) in duos iſtos verſus diſtribui; qui quidem quibus numeris, quove metri genere decurrant, ignorare me profiteor. Totidem verbis, nullâ literâ mutatâ, eamdem eclogam exhibent ambo mssti, niſi quod in ms. *A.* repetito primo verbo, Πιεῖν, πιεῖν τις &c. ſcribatur. Quod κώθωνα poëta παχύστομον adpellat, id eo ſpectare ſupra notavimus, quod ἄμβωνα habet id poculum, id eſt, *labium* vel *oram circumcirca introrſum reflexam.* Ad iſta verba, παῖδα φάρυγγος, notavit Casaubonus: »Poſtrema vox eſt corrupta: aut aliquis mihi exponat »cur poculum dicatur *gutturis filius.* Nam potius τροχοῦ »*filius* dicatur, id eſt, figulinae rotae.« — Nihilo minus Gallici interpretes cum Dalecampio vulgatam ſcripturam tenuere, vernaculo ſermone *enfant du goſier* reddentes; nempe ſic dictum intelligentes, quaſi *quod inventum prognatumque ſit a ſtudio largiter bibendi.* Meursius l. c. παῖγμα φάρυγγος corrigendum cenſuerat: id eſt, *luſum* ſive *delicias gutturis.* Toupius rurſus, vulgatum tenens, παῖδα φάρυγγος, *ſervum* ſive *miniſtrum gulae* interpretatus eſt.

Theopompus, *in Foeminis-militantibus:*

Ἐγὼ γὰρ κώθωνος ἐκ στρεψάνχενος

e πιοίμαν, τὸν τράχηλον ἀνακεκλασμένη;
»Non puto, omnes *cothones* στρεφαύχενας fuisse. Itaque »cum dicitur, ἐγὼ γὰρ κωθ. ἐκ στρεφαυχ. - - - ἀνακε»κλασμένης: *interrogationis notam* censeo adiiciendam. »*Ego-ne ut e cothone curvicervice bibam, cui collum obtor»tum & reflexum?* « CASAUBONUS. — Reliquam vulgatam scripturam totam tenens MEURSIUS, iectâ γὰρ particulâ, sic constituendos versus censuit:

— ἐγὼ κώθωνος ἐκ στρεφαύχενος
πιοίμαν, τὸν τράχηλον ἀνακεκλασμένης.

Adiectâ hac versione: *Ego cothone ex incurvi-cervice bibebam, collum reflexum habente.* Et de epitheto quidem στρεφαύχην, id est, *incurvata cervice*, nempe *introrsum reflexa*, supra vidimus, ubi de *ambone* disputavimus, recte ita appellari *cothonem*. πιοίμαν autem non *bibebam* significat, sed *bibam*, vel *biberem*. Recte vero etiam Casaubonus, interrogative accipienda esse ista verba, praecepisse videtur. Sed in ipso verbo πιοίμαν (quod & eo suspectum esse quodammodo poterat, quod doricam formam habet) versui non constat ratio, ob spondeum in secunda senarii sede. Quare vix dubito, quin πίοιμι scriptum oportuerit. Quod codices nostri habent, alter ποιμαν, alter πιόμαν: eorum utrumque quidem proxime ex πιοίμαν corruptum; sed in vetustiore quodam exemplari, unde uterque derivatus, πίοιμι ἂν scriptum fuisse videtur, ἂν particulâ ex scholio adiectâ. Prior vero versus ad metri rationem fuerit exactus, si Ἔγωγε γὰρ, pro Ἐγὼ γὰρ, scripseris. At, postquam *cothonem* στρεφαύχενα dixit poëta, non modo perquam languide & absurde continuo adiecta forent ad eumdem cothonem relata verba, idem prorsus significantia, τὸν τράχηλον ἀνακεκλασμένης: verum etiam, grammaticam rationem si spectes, intelliges ne hactenus quidem id fieri potuisse, quoniam constanter ὁ κώθων, in *masculino* genere, non ἡ κώθων, dixerunt Graeci. Quae observatio quoniam Casauboni effugit aciem, admonere virum doctum, si audire voluisset, potuerat idem, cuius incredibilem diligentiam paulo etiam ante laudavimus, *Henr.* STEPHANUS; qui in Indice Thesauri, sub ipso vocabulo Κώθων, *Theopompi* ista verba citans, perspectissime τὸν τράχηλον ἀνακεκλασμένη scripserat, tacite si corrigens mendosam quam editi libri habuerunt scripturam. Id ipsum vero ἀνακεκλασμένη op-

portune nobis etiam noſter codex *Epit.* dedit. Nempe *mulier* eſt quae loquitur: (quod etiam ex ipſa fabulae inſcriptione probabile fiebat:) dicit autem, *nimis ſibi retro torquendum collum fore, ſi ex eo genere poculi bibere oporteret.* Eadem obſervatio ADAMUM non praeterierat, eruditum ſane & ſolertem virum, qui (*Villebrunio* teſte) ex conjecturâ eamdem adhibens emendationem Graeca ſic Gallice percommode convertit: *Quoi! moi je boirois avec un cothon à cou courbe, pour me tordre à moi-même le cou?*

ALEXIDIS teſtimonium, (perquam corrupte vulgo ſic ſcriptum, εἶτ' ἐν τετρακότυλον ἐπεσόβει κώθωνά μοι, πλέον οἶκον κτῆμα) intactum prorſus Caſaubonus reliquerat. Quae prodigia eâ ratione, qua a nobis editum, procuranda eſſe PORSONUS docuit, ad Euripidis Medeam, vs. 48. quem eumdem verſum Euripidis in mente habuerat *Alexis*, cum iſta ſcriberet.

ἀκρατοκώθωνας καλοῦσι &c. Conf. X. 424. d. & VI. 245. f. & 246. a. ibique notata. *Mox dein*, ad mendoſam vulgo ſcripturam, κώθωνες δίμετροι δύο, adnotavit CASAUBONUS: »Ex libro quarto recte Dalec. διμέτρητοι.« —— Nempe, *cothones duarum metretarum duo*, in verſione poſuerat interpres, ex IV. 199. f. Ac ſane ex illo loco hic fuit corrigendus. f

AD CAP. LXVII.

τὸ μέντοι κωθωνίζεσθαι διά τινων ἡμερῶν. Dalecampius: *At certis dierum ſpatiis liberalior potus, – – & purgat corpus & laxat animum.* Rectius dixiſſet *certis dierum intervallis:* nam idem valet διά τινων ἡμερῶν ac id quod modo dixerat διὰ χρόνου, *interiecto nonnullo tempore, interdum, ſubinde.* Abſurde & prorſus contra mentem auctoris Gallica verſio hîc habet, *une débauche de vin de quelques jours:* recte paulo ante, *de boire de temps en temps un peu plus largement.* *Ibid.* καὶ τοῦ σώματος κάθαρσιν. Κάθαρσιν medici Graeci non modo *purgationem per adhibita medicamenta* dicunt, ſed & quamlibet *evacuationem.* Vide Foeſii Oecon. Hipp. ſub ea voce. Mox γίγνονται ſcripſi cum ms. *A.* ubi γίνονται edd. cum ms. *Ep.* Quod ſequitur ἐπιπόλαιοι δριμύτητες, Dalecampius *ſuperficiaria acrimonia* interpretatus eſt; rectius quam Gallicus interpres, *des acrimonies re-* a

dondantes: nos, *leves quaedam acrimoniae*. Eâ notione vocabulo ἐπιπόλαιος utuntur Medici, ut docuit idem, quem modo laudavi, Foesius in Oeconom. Hippocr. pag. 230. Ubi *redundans* dicere volunt, ἐπιπολαστικὸς dicunt.

b πρὶν ἂν ἐμέσῃς πλέον ἢ ἔλαττον. Latine quidem recte dicimus *plus minus*, nullâ interpositâ coniunctione: in Graeco vero ἢ particulam interseritam dedit uterque noster codex mstus. Iidem continuo deinde, εἶτα ἐὰν μὲν ἐμέσῃς: ubi μὲν particula deerat editis.

ἀναπαύου μικρὸν περιχεάμενος. Ex ms. *Epit.* μικρὸν recepi; pro quo μικρῶς habebant editi, nescio an consentiente msto *A*. Ad hunc locum CASAUBONI est Animadversio: » Verbum balneorum est περιχεῖσθαι: quod non » observant qui vertunt [ut fecit Dalec.] *stragulis circum-* » *tectus*. Atqui περιχεῖσθαι dicitur, qui affusâ aquâ aut » oleo perfunditur, ut loquitur Suetonius libro secundo. » Libro I. [nescio an Galeni, cuius liber Vtus mox ci-» tatur] Αἱ γὰρ ἐμβάσεις περικεχυμένου πανταχόθεν τοῖς » πόροις τοῦ ὕδατος, φράττουσι τὴν τῶν ἱδρώτων ἔκκρισιν. » Galenus Methodi libro quinto, ἐν τούτῳ τῷ οἴκῳ τὸ » ἔλαιον ἔστω χλιαρὸν, ὡς εὐθέως περιχυθῆναι τῷ κάμνοντι. » & passim. Hoc ministerium fuit in balneis eorum, qui » λουτροχόοι & παραχύται dicebantur vel περιχύται, ut » scribitur libro sequente. τῷ μικρῶς sive μετρίως περιχεῖ-» σθαι statim opponit auctor πλείονι τῷ λουτρῷ χρῆσθαι.

c ἐν τῇ δεξιᾷ κώθωνα μόνωτον ῥαβδωτὸν κρατῶν. Pro μόνον τὸν, quod erat editum, μόνῳ τὸν citatur ex ms. *A*. quod perspicue indicat, μόνωτον scribi debuisse; quemadmodum ex coniect. corrigendum monuerat VALCKENAR in Epit. ad Roever. pag. 26. & in Diatr. Euripid. p. 279. Nam μόνωτον fuisse cothonem, Hesychius & Suidas aliique adnotarunt.

AD CAP. LXVIII.

Λαβρωνία. »Non est rectum singulare Λαβρωνία, » sed plurale. [nempe Λαβρώνια.] Nam λαβρώνιον dicebant, » non Λαβρωνία. Hesychius Λαβρώνιον, εἶδος ποτηρίου πλα-» τέος. Sic accipe etiam in sequente versu, κάκτυπωμά-» των πρόσωπα, τραγέλαφοι, λαβρώνια. Extulerunt & ge-» nere masculino, ὁ λαβρώνιος: ut ex allatis testimoniis ap-» paret. « CASAUBONUS. — Etiam Suidas: Λαβρώνιον,

εἶδος ἐκπωμάτων. καὶ Λαβρώνιος. Sed & nomen ſingulare c primae declinationis (penacute) efferunt cum editis ambo noſtri mssti, & ex Epitoma Euſtathius ad Iliad. π'. pag. 1085. l. 52. In noſtro quidem cod. Epit. perperam Λαυρωνία ſcribitur, cum in contextu, tum in ora. Poſſis vero etiam ſuſpicari, extremam α literam (ut paſſim alibi vidimus) e terminatione ος ortum duxiſſe, & Λαβρώνιος hîc ſcriptum reliquiſſe Athenaeum.

Ἐκπώματος Περσικοῦ εἶδος, ἀπὸ τῆς ἐν τῷ πίνειν λαβρότητος &c. Si *Perſicum* id poculum fuit, quî fit ut nomen *Graecam* habeat originem? — Nempe, ut ſibi conſtarent in his quae traderent, id non magnopere ad ſuam curam pertinere exiſtimarunt Graeci Grammatici.

Μέναvδρος, Ἁλιεῖ. »Ἁλιεῖ, vel Ἁλιεῦσι. Nam *MENAN-*»*DRI* Ἁλιεῖς citat Pollux, lib. X. cap. XXXI. [ſect. 52. &» 145.] Sed numero ſingulari idem fabulam hanc inſcribit »cap. XXX. libri eiusdem. [ſect. 132.] Totus locus inde al-»latus disruptus eſt, nec ſanari facilis.« CASAUBONUS. — Vexatiſſima ſane tota *MENANDRI* ecloga, cum quoad verba, tum quod ad ſententiam, nec minus quod ad metrum ſpectat: & parum vel nihil promovebant veteres membr. *A.* cum editis fere conſentientes: in *Epit.* autem tota ecloga cum ſequentibus omnibus teſtimoniis deeſt. De metri quidem ratione facile obſervatu erat id, quod *Clericum* docuit BENTLEIUS, verſus eſſe aut debere eſſe trochaicos tetrametros. *Verſus* ipſos, quum nihil certi quod ſequerer haberem, tales dedi, quales editi erant, excepto *primo*, qui ita legebatur in editis:

Εὐπορουμένου δὲ μετρίως ἐκ κυλίκων χρυσίον.

Eum latine ſic reddidit Dalec. *Quibus mediocres ſunt facultates, iis aurei calices.* Quem fere ſecutus VILLEBRUNIUS, Εὐπορουμένῳ legebat, reliquaque ſic vertit quaſi legiſſet εἰσὶ κυλικεῖα χρύσεα. CLERICUS, in Menandri Fragm. pag. 10. ſic legebat:

»Εὐπορουμένου δὲ μετρίως, ἐκ κυλίκων χρυσέων.«

vertebatque: »*Divitis vero mediocriter e calicibus aureis.*« Acutior doctiorque BENTLEIUS, Emend. in Menandr. p. 5. huiusmodi propoſuit emendationem:

»Εὐπορούμεν οὐδὲ μετρίως ἐκ Κιλικίας χρυσίου.

»*Abundamus, & quidem maxime, ex Cilicia auro.*« Cuius ex tribus emendationibus uni eidemque verſui ad-

latis, prima illa, Εὐπορούμεν οὐδὲ, ut ſimpliciſſima, ſic & veriſſima nobis viſa erat. χρυσίου etiam adoptavi, genitivum caſum a verbo εὐπορούμεν pendentem. De Κιλικίας dubitavi, cum praeſertim longius ab ea ſcriptura recederent membranae noſtrae, κυλίνδων exhibentes: quod, quamquam quid eſſet neſcirem, tamen interim dum certius quid reperiretur recipiendum putavi. Diceres nomen proprium regionis aut populi eſſe, ſi modo tale aliquod umquam fando auditum fuiſſet. Sed, cum praeſertim meminiſſem in eodem noſtro codice ſubinde inter ſe permutatas eſſe Δ & Κ literas, ſuſpicatus ſum, transpoſitis duabus literis, ΚΥΔΙΧΝΩΝ ſcriptum olim fuiſſe, quod in κυλίνδων imperite fuiſſet detortum. Quod ſi mihi ſatis conſtaret, verbum εὐπορεῖν cum ἐκ praepoſitione conſtrui poſſe, haud cunctanter ſic editurus eram:

Εὐπορούμεν οὐδὲ μετρίως ἐκ κυλίχνων χρυσέων.

Commodiſſimam, neſcio quam, loco huic ab *Adr.* HERINGA adlatam eſſe medicinam, adnotatum alicubi reperi: quae qualis ſit dolui nec ibi commemoratum eſſe, nec aliunde mihi innotuiſſe, nec vero nunc in poteſtate mea eſſe librum quem olim quidem aliquando per breve temporis ſpatium tractare mihi licuerat. Illud commemoratum video, perquam probabiliter coniectaſſe ſolertem illum Criticum, loquentem hîc induci *Piſcatorem, ſodalibus exponentem pretioſas res quas vel e mari piſcatus eſſet vel ex naufragio in littore iectas reperiſſet.*

d *Verſ.* 2. πορφυραὶ acute in omnibus editionibus ſcriptum erat, ubi πορφυραῖ ultimâ circumflexâ habet ms. *A.* Dein τορεύματ' idem codex, non ut editi τορεύματα. Quo loco rectiſſime quidem a BENTLEIO obſervatum eſt, cum bis intra pauca verba inculcetur idem vocabulum, alterutrum ſine dubio mendoſum eſſe. Sed utrum, & qua potiſſimum ratione corrigendum, quis certa ratione definire praeſumat? Porro *tertium verſum* iuſto breviorem eſſe monens idem BENTLEIUS, duos verſus ex coniecturâ ſic conſtituit:

Περσικαὶ στολαὶ δ' ἐκεῖναι, πορφυρᾶ τε στρώματα
ἔνδον ἔστ', ἄνδρες, ποτηρίδιά τε καὶ τορεύματα.

Haud invitus vero equidem cum PAUWIO (in Emend. in Menandr. p. 7.) ea quae *verſu* 2. continentur, δεικτικῶς ac veluti per exclamationem dicta intelligam: quaſi dicat,

Hae vero Perſicae ſtolae &c.! *quid de his ſentitis?* Tum lo- d quitur de aliis rebus, quae *ſunt in arca incluſae.*

Verſ. 4. τραγέλαφοι ſunt pocula ſic nominata: de quibus infra, pag. 500. e. ubi idem etiam *Menandri* verſus repetitur: nec vero ibi in fine λαβρωνία ſcribitur, ut hîc habet Mstus cum editis; nec λαβρώνια, ut Caſaubonus voluit: ſed λαβρώνιοι, quemadmodum in proximo eiusdem Comici teſtimonio.

ἐν δὲ Φιλαδέλφοις. »*Philadelphos* MENANDRI Pollux »libro X. nominat, [ſect. 94.] ubi locus indicatur hîc de»ſcriptus: τὴν μυιοσόβην ἐν τοῖς Μενάνδρου Φιλαδέλφοις »ἐστὶν εὑρεῖν. Sed *Philadelphas* idem, libro eodem cap. »XXXI. [ſect. 143.]« CASAUBONUS. — Contrariâ ratione apud Pollucem hodie, priori loco Φιλαδέλφαις, altero Φιλαδέλφοις editur: ſed vide utrobique Editorum notas. In *priore verſu*, qui ſic conceptus,

Ἤδη δ' ἐπίχυσις, διάλιθοι λαβρώνιοι:

dubitari poteſt, qua notione accipiendum ſit vocabulum ἐπίχυσις. DALECAMPIUS vertit, *Iam vinum fundebatur:* in orâ vero notavit: »Eſt tamen ἐπίχυσις *guttus*, vaſis ge»nus, ut ſupra lib. IV. in vitae Cleomenis hiſtoria.« — nempe IV. 142. d. Sic accepere Gallici interpretes: *Déja on avoit apporté le vaſe à verſer le vin.* In eamdem ſententiam CLERICUS, vocab. *Epichyſis* in latina verſione retinens, adnotaverat: »Ἐπίχυσις fuit vas maius e quo vinum in »cyathos fundebatur: nomenque id a Graecis ad Roma»nos transierat. *&c.*« — Ego vero ad illum *propinandi* morem & *poculis ſalutandi* referendum hoc vocabulum putavi, de quo more dictum ſupra, ad IV. 162. c. & VI. 254. a.

In *HIPPARCHI* ex *Thaide verſu* 1. ſic vulgo concepto,

Ὁ λαβρώνιος δ' ἔσθ' (ἐστὶν ms. *A.*) οὗτος ὄρνις Ἡράκλεις,

haud ſane planum eſt quid ſit quod ὁ λαβρώνιος ὄρνις dicatur. Nec definire auſus Dalecampius eſt, latine ſic reddens, *Avis haec labronius calix eſt. Labronium* quidem *avem* nemo umquam, quod ſciam, vel novit vel nominavit. Commode, ſi modo vere, Gallici interpretes: *Ce Labronios eſt venu bien à propos.* Equidem ſtatim ſic acceperam: *Boni ominis hic labronius eſt:* nempe, ſpem nobis facit largirer nos potaturos. Sed ſequentibus verbis magis conſentaneum viſum eſt, in hanc ſententiam interpretari: *Rara avis, prodigii inſtar, hic labronius eſt:* nempe ita eximius

e & pretioſus. *Verſ.* 2. Pro ἄγων, quod editum erat, recte ἄγον dedit ms. *A.* ad ποτήριον relatum. *Verſus* 3. ſic vulgo ſcribebatur,

ὦ περιβοήτου φιλτάτη λαβρωνίου.

Ubi ὦ, ſi recte circumflexo accentu notatum eſt, ad φιλτάτη referendum fuerat, ſenſusque erat is quem Dalec. his verbis expreſſit: *O te mihi cariſſimam nobile propter hoc labronium.* At mihi rectius ὼ *acute* ſcribi videbatur, ut cum περιβοήτου λαβρωνίου conſtructum intelligeretur.

Δίφιλος, Πιθραύστη. » Non aſſequor quo ſpectaret lemma »fabulae *Diphileae.* Videor reperiſſe alibi ſcriptum, Τιθραύστη. Forte Τίθραυτι. *Tithras*, nomen vici unius Attici: »inde nomen fabulae, ut *Anagyro* Ariſtophaneae, ab alio »vico. Ita multae fabulae inſcriptae. Vel ſcribendum Τι»θρασίοις, ut *Acharnenſes*, & aliae non paucae. « CASAUBONUS. — In Πιθραύστη nil mutant nec impreſſi libri, nec veteres membranae. Nec vero alibi memoratum huius fabulae titulum reperio: ut neſciam ubi aliam ſcripturam reperire Caſaubonus potuerit. Τιθραύστης, belli dux fuit Artaxerxis. Diodor. Sic. XIV. 8. & Cornel. Nep. IX. 3. & XIV. 3. Perperam Τιθραύτης apud Suidam. Ad *DIPHILI verſum primum* iam ſupra reſpexerat auctor noſter, p. 784. a. *Verſu* 2. ἀνδραποδίων correxi, praeeunte DALECAMPIO, pro vulgato ἀνδραπόδιον, quod ferendum non fuit.

Δίδυμος δὲ, ὅμοιον εἶναι, φησὶν, αὐτὸ βομβυλιῷ. Quum in pluribus ac fere omnibus quae praeceſſerunt teſtimoniis, ὁ λαβρώνιος in maſc. gen. dicatur, exſpectaſſes hîc αὐτόν: ſed in αὐτὸ nil mutant libri.

AD CAP. LXIX.

f Λάκαιναι. »Non praetermittit Heſychius: Λάκαινα, »κυλίκων τι εἶδος. « CASAUBONUS. — *Ibid.* ἢ ἀπὸ τοῦ σχήματος, — — ὥσπερ αἱ Θηρίκλειαι. An oblitus eſt Auctor, quod ſupra docuit, pag. 470. f. *thericleos* calices a *Thericle* Corinthio, figulo, nomen inveniſſe?

Ἀριστοφάνης, Δαιταλεῦσι. » Locus *ARISTOPHANIS* plu»ribus libro ſequente deſcribitur. « CASAUBONUS. — Vide infra, lib. XII. p. 527. c. & conf. Brunck in Fragm. Ariſtoph. pag. 238. num. 11. Verſus eſſe iambicos tetrametros monuit PORSON, in Praefat. ad Euripid. Hecub. ed. 2. pag. 41. qui quidem extrema verba μέθυ ἡδέως καὶ

φίλως, corrupta iudicavit: quae corrigere conatus eſt FIORILLO, Obſerv. in Athen. pag. 57. ita ſcribens:

Συβαρίτιδάς τ' εὐωχίας καὶ Χῖον ἐκ Λακαινᾶν
κυλικῶν μεθ' ἡδέος ἐν φίλοις. —

Ubi κυλικῶν, pro κυλίκων, ex mendoſâ editionum Caſauboniarum ſcripturâ propagatum: reliquas autem emendationes ſtrenuo Emendatori non magnopere invidemus. Nobis ferenda vulgata ſcriptura videbatur,

κυλίκων μέθυ ἡδέως καὶ φίλως. —

ubi duae poſtremae ſyllabae vocis ἡδέως pro unâ pronunciandae. Sin minus placet anapaeſtus in ſecunda ſede, pro ἡδέως cum GROTEFENDIO (in *Notis msstis*) ἀδεῶς leges. Sed ne ea quidem novatio admodum neceſſaria videtur. Recte vero Συβαρίτιδας dedit ms. *A*. Truncatâ voce βαρύτιδας ſcribitur in ed. Ven. & Baſ. Inde Συβαρύτιδας ed. Caſ.

AD CAP. LXX.

Λεπαστή. Quae ex hoc capite, haud ſane multa, excerpſit Breviator, ea fere omnia ex Epitomâ repetiit Euſtathius ad Iliad. φ'. pag. 1337 extr. & ſeq. De *lepaſta* confer Pollucis Interpretes ad X. 75. & Voſſii Etymologic. voce *Lepiſta*. Quamvis multorum vero Grammaticorum interpretationes huius vocabuli adferat Athenaeus, alios etiam nominat Scholiaſtes Ariſtoph. ad Pac. 916. Λεπαστὴ, inquit, εἶδος ποτηρίου μεῖζον ἢ κύλιξ· οὕτω Σύμμαχος. Ὁ δὲ Παλαμήδης τὸ πιθάριον ἐκδέχεται. Inde ſua (ut fere ſolet) hauſiſſe Suidas videtur, apud quem legitur: Λεπαστή· (Λεπαστής ed. Küſt.) εἶδος ποτηρίου μείζονος ἢ κύλιξ. ἢ ὁ πίθος. Porro apud Noſtrum IV. 131. c. legitur etiam φιάλη λεπαστή: ubi quidem metri ratio dubitationem de lectione nonnullam poterat movere: attamen eadem verba, quae ibi leguntur, φιάλην τε λεπαστὴν, χιόνος τε πρόχουν, ſimiliter ſcripta adponi in Philemonis Lexico inedito, quod poſſidet Bibliotheca Nationalis Pariſienſis, certiorem me BOISSONADUS noſter fecit. Sed quaecumque in iſtis Anaxandridis verſibus continentur, ea conſulto ludicre dicta ſunt, & pleraque miro quodam & inſolito more coniuncta: unde nihil inde, quod ad *lepaſtae* formam ſpectet, tuto colligere poſſis.

ὠνομάσθη ἀπὸ τῶν - - - οὓς λαφύκτας καλοῦμεν. Mira

a vero Grammaticorum deliria: praeſertim ſi cum hac derivatione rurſus conferas originem quae verbo λαφύσσω (unde ductum nomen λαφύκτης) tribuitur in Etymologico Magno, pag. 180. Mox aliam derivationem ſubiicit Noſter, ἀφ' ἧς ἐστι λάφαι, ubi forraſſe ſcripſerat ἢ ἀφ' ἧς &c. quo ſaltem indicaret, diverſam eſſe iſtam etymologiam a ſuperiori. Sed videtur auctor noſter verbum λαφύττειν ad eamdem originem cum λάπτειν retuliſſe.

Ἀριστοφάνης, Εἰρήνῃ·

Τί δῆτ', ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἴνου νέου λεπαστήν.

In ſuperioribus Athenaei editionibus, conſentiente ms. *A.* ſic legebatur: Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ, Τί δῆτα νηπίοις οἴνου κύλικα λεπαστήν; Ubi CASAUBONUS adnotavit: »*ARISTOPHANIS* locus, ex ipſius libris, ita ſcribendus: »τί δῆτ' ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἴνου λεπαστήν;« — At mira in ipſis Comici editionibus in iſto verſu varietas: qui in ed. Küſteri, (num. 916.) ſic conceptus legitur:

Φήσεις τί δῆτ', ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἴνου νέου λεπαστήν.

In editione Genevenſi, MDCVII in fol. pag. 692. in hunc modum:

Φήσεις ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἴνου νέου λεπαστήν.

In editione undecim Comoediarum ex Offic. Plantin. apud Rapheleng. MDC. in 12mo. pag. 461.

Φήσεις ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἴνου λεπαστήν.

In editione Pariſienſi, apud Chriſtianum Wechelium, MDXLVI. in 4to. pag. 413.

Φήσεις τί δῆτ' ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἴνου λεπαστήν.

Sic etiam in Q. Septimii Florentis Chriſtiani editione Irenae ſive Pacis Ariſtophanis, Lutet. apud Fed. Morellum, MDLXXXIX. in 8vo. pag. 60. ſed ibidem in orâ notatur, οἴνου νέου λεπαστήν. Plures editiones nunc non habeo in promtu, exceptâ Brunckianâ: nec opus eſſe putaveram quaerere ulterius, quum iſtius diſſenſionis rationem, & quid dederint mssti libri, a BRUNCKIO noſtro expoſitum me reperturum confiderem. At multum me ſpes fefellit: nam editum quidem a docto noſtro populari reperi,

Φήσεις, ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἴνου νέου λεπαστήν:

ut in editione Genevenſi repereram: adnotationis vero, quâ ratio huius lectionis redderetur, nihil prorſus reperi. Denique in BISETI quidem Graecis ſcholiis monitum animadverti, ſic ipſi viſum eſſe optime ſcribi hunc verſum,

τί δῆτ', ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἴνου νέου λεπαστήν:

omisso nimirum, & subintellecto verbo φήσεις. At apud a Suidam, sub voce Λεπαστή (vel Λεπαστής, ut e msstis Paris. edidisse se Küsterus profitetur) ita legitur ut a Bruncklo editum:

Φήσεις, ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἴνου νέου λεπαστήν.

Ex scripturâ vero quamlibet vitiosâ, quam habent Athenaei libri, probabile fit, recte *Bisetum* statuisse tenendas voces τί δῆτα, eiiciendumque verbum φήσεις, ut ex interpretatione illatum. Quod apud Nostrum scribitur κύλικα λεπαστήν, haud dubie e scholio vox κύλικα irrepserat: habet eam tamen etiam *Epit.* in qua sic scriptum, Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ, πίοις οἴνου κύλικα λεπαστήν. Caeterum vox νέου, quae apud Aristophanem recte stat, ab ipso Athenaeo fortasse consulto omissa erat; sed & post οἴνου facile intercidere per librariorum incogitantiam potuit. Pro ἐπειδὰν forsan nude ἂν scripserat idem Athenaeus: unde enatum illud monstrum, τί δῆτα νηπίοις, pro τί δῆτ' ἂν ἐκπίῃς.

ἀφ' ἧς ἐστι λάφαι. De alterâ hac etymologiâ, paulo ante notavimus, fortasse ἢ ἀφ' ἧς &c. scripsisse Athenaeum. De verbo λάπτειν vide X. 443. e. ibique not. & conf. VIII. 363. a. ibique notata. *Ibid.* κατεναντίως τῷ λεγομένῳ βομβυλιῷ. Vide supra, XI. 784. d. & conf. ad VI. 262. b. notata. Cum accentu in ultimâ scribitur hîc istud vocabulum, ut pag. 484. e. neque dissensio ulla e ms. *A.* enotata. Utrobique autem deest idem vocab. in *Epit.* — »Nimium vero faceti sunt qui putant, ista verba, ἀφ' ἧς »ἐστι - - πιεῖν, Aristophanea esse, [ut acceperat Da»lec.] cum manifestissime Athenaei sint, veriloquium »vocis λεπαστὴ explicantis. Ex eo sumit Eustathius, & »pluribus persequitur.« Casaubonus.

φησὶ γάρ που ὁ αὐτός· (nempe *Aristophanes:*)

Τὸ δ' αἷμα λέλαφας τοὐμόν, ὦναξ δέσποτα.

»Eustathius scribit Τὸ δέμας: quod & nos in membra»nis inventum probamus. Favet Athenaei interpretatio, »οἷον ἄθρουν μ' ἐξέπιες. Versus ita stabit, Τὸ δέμας δὲ »λέλαφας &c.« Casaubonus. — At, quonam sensu istam probare scripturam vir doctissimus potuerit, difficile dictu. Mendosum δέμας ex *Epit.* acceperat Eustathius: at vetus cod. *A.* cum editis in verum Τὸ δ' αἷμα consentit. Caeterum versum istum in Comici Fragmentis a Bruncklo collectis frustra quaesivi: qui fortasse non Comi-

ci, ſed Tragici potius alicuius verſum eſſe exiſtimaverat.

Ἐν δὲ Πηρυτάδῃ· Ἦν δὲ τὸ πρᾶγμ' &c. Eclogam iſtam in *ARISTOPHANIS* Fragmentis referens BRUNCKIUS, (p. 230. num. 8.) ad numeros redigere non conatus eſt: quo minus nos tentare auſi ſumus. Partem teſtimonii adpoſuit Pollux, X. 75. his verbis, ut quidem hodie leguntur: Περιφέρει δὲ κύκλῳ λεπαστὴν ἡμῖν ταχὺ προσφέρων παῖς
b ἐνέχει. In fine teſtimonii, pro κυανοκευθῆ, quod temere editum erat, percommode κυανοβενθῆ dedit mſtus codex uterque, & ex Epitoma Euſtathius, ad Iliad. Φ'. pag. 1338. l. 2. i. e. *ea altitudine vel profunditate, ut*, ſi introſpicias, nil niſi κυάνεον colorem, id eſt, *caliginem & tenebras* videas; nec fundum videre poſſis. Similiter in Avib. 1389. σκότιοι καὶ κυαναυγέα, ſunt *tenebroſa & caliginoſa*. Monitum h. l. video etiam a CASAUBONO: »Legit Euſtathius κυανοβενθῆ: & accipit tamquam lepa»ſtae epithetum: quod in noſtra lectione aliter habet. »In Epitoma [nempe, in Hoeſcheliano codice] ſic κ.... »κενθῆ. Mentem poëtae explicant proxima verba, τὸ βά»θος παρίστησιν ὁ κωμικὸς τοῦ ποτηρίου.«

Ἀντιφάνης δ' ἐν Ἀσκληπιῷ &c. »Videamus de iſtis quae »recitantur ex *ANTIPHANIS Aeſculapio*: Τὴν δὴ γραῦν »τὴν ἀσθενοῦσαν πάνυ πάλαι τὴν βρυτικὴν ῥιζίον τρίψας »τι μικρὸν, δελεάσας τε γεννητικῇ τὸ μέγεθος κοίλῃ »λεπαστῇ, τοῦτ' ἐποίησεν ἐκπιεῖν. Ingenioſa eſt in»terpretatio Dalecampii, qui βρυτικὴν exponit *rugoſam &* »*ſquallidam*, ut ſunt τὰ βρύτεα, id eſt, *vinacei*. Sed ut »poſſit ea interpretatio probari doctis dubito: immo, ne »quid diſſimulem, veram non puto. Legam potius τὴν »βρυκτικὴν, *illam voraciſſimam*. Nam βρύκειν eſt *vorare* »*cibum avidius & cum aliquo dentium ſono*. Vocem γεννητικῇ »mutavit idem in γευστικῇ. Ita erunt otioſae & tollendae »voces τὸ μέγεθος. Noſtra emendatio & clementior & ve»rior, γεννικῇ τὸ μέγεθος. Iam ante expoſuimus [ad »VII. 302. f.] quid ſit γεννικὸν κρέας, & ſimilia. Ita hîc »γεννικὴ λεπαστή: id eſt, *magna*. Loquitur de medico, »qui aniculam aegrotantem fefellit, & vaegrandem vini »lepaſtam ei propinans, potionem medicatam fecit hau»rire. Pharmacum indicat, cum ait ῥιζίον τρίψας τι. In »Gloſſis Heſychii, βρυτονία radicis eſt cuiusdam nomen. »An igitur hoc verius, de hac radice loqui comicum?«

CASAUBONUS. — Quum dicat poëta ῥιζίον τι, *radiculam* b *aliquam:* satis id indicii esse videtur, nomen radiculae (quod & nihil ad rem pertinebat) non fuisse ab eo adpositum. βρυκτικὴν vero lubens accepi; (quod ipsum, aut βρυττικὴν, metri etiam ratio flagitabat:) sed notione longe diversâ ab eâ quam statuit Casaubonus: qui rursus hoc loco, si socerum *Henr.* STEPHANUM voluisset consulere, meliora quae huc facerent discere potuerat. Perspicue enim ille docuerat, Tomo primo verissime nominati Thesauri, pag. 795. »βρύχειν (aut cum »Etymologo βρύττειν) Athenienses dixisse eos qui *febri-* »*citarent:* unde βρυχετὸς, *febris;* nempe *a dentium crepitu* »quem edunt *rigore febris correpti.*« Adi, ad quos vir diligentissimus provocavit, Etymologum pag. 216. fere med. & Hesychium in Βρυχετώ: tum eumdem Hesychium, in Βρυκετὸς, & in Βρυγμός: nec dubitabis, puto, βρυττικὴν (si Etymologum audias) vel βρυκτικὴν, quod verisimilius nobis videbatur, poëtam dixisse *febricitantem, febri laborantem.* Eodem, ni fallor, spectant etiam loca ex Hippocrate citata a Foesio in Oeconom. Hippocr. pag. 129. sub verbo βρύκειν. Mendosum γεννητικῇ (quod etiam vetus codex tenet, nihil in totâ eclogâ ab editis discedens) recte Casaubonus in γεννικῇ mutandum censuit. Praeterea vero duas item alias, leviores illas quidem, mutationes vulgatae scripturae adhiberi ratio trochaici metri iussit, de quibus etiam IACOBS monuit, in *Notis msstis:* nempe *vers.* 1. Τὴν δὲ, pro Τὴν δὴ: & *vers.* 3. ἐποίησ' pro ἐποίησεν, quod tamen & ipsum ferri potuerat. Versibus non distincta erat ecloga in superioribus editionibus. De eadem nihil adposuit Breviator.

Φιλύλλιος, Αὔγη. »*Philyllii* sequitur locus ex *Auga*, »sive *Aegeo.* Nam Suidae, in Ἀνάλφιτον, inscribitur haec »fabula Αἰγεὺς, non Αὐγή. Idem tamen in iis quae de »*Philyllio* scripsit, duas illius fabulas commemorat, Αὐ»γὴν & Αἰγέα.« CASAUBONUS. — Recte vero, ἐν Αὔγῃ (sic) vetus cod. *A.* cum edd. Conf. not. ad III. 110. f.

Πάντα γὰρ ἦν μετ' ἀνδρῶν μειρακίων πινόντων, ὁμοῦ δ' ἄλλων γραϊδίων μεγάλαισιν οἴνου χαίροντα λεπασταῖς. »Ait πάντα, nempe τὸν χρόνον. Ea vox aut de»est, aut repeti debuit ex praecedentibus. [conf. not. ad »VI. 228. d.] χαιρόντων autem scribendum est.« CASAUBONUS. — Sic Dalecampius legerat, *sese oblectantibus*

latine reddens. Χαίρουσα praetulerunt Gallici interpretes. Nobis non liquet: ſed alterutrum verum videtur. Vulgatum tenens FIORILLO, Obſerv. in Athen. pag. 58. verba his verſiculis distinguenda cenſuit:

Πάντα γὰρ ἦν μετ' ἀνδρῶν
μειρακίων πινόντων,
ὁμοῦ δ' ἄλλων γραϊδίων
μεγάλαισιν οἴνου χαίροντα λεπαστάῖς.

Qui vellem expoſuiſſet nobis, quam in partem accipere debeamus illud χαίροντα, quod omnes alios doctos viros offenderat.

Θεόπομπος Παμφίλῃ &c. »Non eſt perfecta ſententia in
c »his ex *THEOPOMPI Pamphilâ*: σπόγγος λεκάνη πτερὸν
»λεπαστὴ πανὺ πυκνὴν ἐκπιοῦσ' ἄκρατον ἀγαθοῦ δαί-
»μονος τέττιξ κελαδεῖ. Falluntur qui [ut Dalecampius]
»primis verbis *mundum mulìebrem* deſcribi putant. Verius
»eſt, *luxus inſtrumenta* intelligi, & ſupellectilem triclinia-
»rem. *Spongiâ* opus ad analecta menſarum: *pelvis*, &
»πτερὸν, *pinna*, ad provocandum ſtomachum, ut vinum
»nimiâ copiâ ſumtum reiiceret. Alibi [ad Suetonii Claud.
»cap. 33.] diximus de hoc more veterum. Cratinus,
»Ὧραις: [apud Polluc. X. 76.] Μῶν βδέλυγμ' ἔχεις;
»πτερὸν ταχέως τις καὶ λεκάνην εἰσενεγκάτω. Vides, ſi-
»militer ut hîc iungi λεκάνην & πτερόν. [conf. Ariſtoph.
Acharnenſ. v. 584 ſqq. & ibi Schol.] »Deinde ſcribendum,
»vel λεπαστὴν πάνυ πυκνὴν: vel πάνυ πυκνὸν ἐκ-
»πιοῦσ' ἄκρατον. Aliquanto poſt [hac ipſâ pag. lit. *e. f.*]
»repetitur idem hic Theopompi locus, aut ſimillimus
»alius.« CASAUBONUS. — Nil mutat codex mſtus. Sed cum ex ipſis illis verbis, λεπαστὴ πάνυ πυκνὴν, tum praeſertim his collatis cum loco inferiore, perſpicuum nobis videbatur contineri in voce πυκνὴν id quod edidimus, πυκνὴ ἦν, quo ipſo etiam ſuus numerus reddebatur proximo verſui. Iſtud, τέττιξ κελαδεῖ (*verſ.* 3.) per ellipſin dictum accepi, pro ὡς τέττιξ. De poculo τοῦ ἀγαθοῦ δαίμονος, conf. II. 38. b. & XV. 675. b.

καὶ ἐν Μήδῳ &c. Ibi cum *verſ.* 3. conſentiente etiam vetere codice, οἷον δ' οὐ κήλησε legeretur, recte monuit CASAUBONUS: »In penultimo hexametrorum ex *THEO-*
»*POMPI Medo*, lege οἷον δ' οὐ κήλησε: *ſolum* [*unum*] *non*
»*demulſit Rhadamanthum.*« — Haud dubie tam neceſſaria quam veriſſima emendatio. Argumentum vero iſtorum

verſuum quo pertineat, doceri velim. Videri poterat ad conventum illum ſpectare, cuius Diodorus Siculus meminit XV. 38. & Cornelius Nepos in Epaminonda, cap. 6. quo in conventu *Calliſtratus*, Athenienſium legatus, Arcadibus perſuadere ſtuduit, ut ſocietatem ſequerentur Athenienſium. Sed quis tum fuerit *Lyſander*, quem comice *Rhadamanthum* adpellat poëta? Celebris quidem ille dux Spartanus, a quo Athenae olim captae fuerant, iam tum e vivis exceſſerat: nec alium novimus, qui ea aetate vixerit. Videndum vero, ne mutatis nominibus longe diverſas perſonas comicus Theopompus deſignaverit: qui, ſi modo congruant tempora, (quod nunc curatius inquirere non vacat nobis) videri poſſit *Rhadamanthi Lyſandri* nomine perſtrinxiſſe Demoſthenem, *Calliſtratum* autem (haud ſcio utique, quam vel nominis vel perſonae ſimilitudinem ſpectans) Philippum dixiſſe. *Verſu* 2. recte φίλον τι habent edd. ubi vocula τι, ad verſum neceſſaria, deeſt msto

Ἀμερίας δέ φησι, τὴν οἰνοχόην λεπαστὴν καλεῖσθαι. d

Heſychius: Λεπαστίς· (forſ. Λεπαστής·) οἰνοχόη. καὶ εἶδος κύλικος. Confer omnino Polluc. X. 75. & quae ibi notavit Iungermannus. Οἰνοχόη vero haud ſatis certus ſum, utrum *trulla* verti debuerit, an *gutius*. Heſychius quidem Οἰνοχόην exponit τὴν κατάχυσιν, τὸ ἀγγεῖον.

Φερεκράτης Κραπατάλλοις, τῶν δεατῶν δ' ὅστις διῴῃ, λεπαστὴν λαβάμενος μεστὴν ἐχαρύβδισε. Haec quum ſic vulgo edita legerentur, conſentiente etiam msto, niſi quod in hoc ἐκχαρυβδίσαι neſcio quo accentu ſcribitur; ita, ut a nobis factum, digerendos eſſe verſus ſcribendosque TOUPIUS monuit, in Notis ad Longin. ſect. 44. pag. 241. χαρυβδίζειν docens *ingurgitare* dici, verbum a nomine χάρυβδις ductum, quod in eamdem partem accipitur. Heraclides Allegor. Homer. pag. 496. ed. Gal. καὶ χάρυβδις μὲν, ἡ δάπανος (ἄνθρωπος) καὶ περὶ πότους ἄπληστος εὐλόγως ὠνόμασται. Cicero, Philippicâ II. 27. *Quae charybdis tam vorax?* Hinc ποντοχάρυβδιν eâdem notione Hipponax dixit apud Noſtrum, XV. 698. c. & alibi μεθυσοχάρυβδιν dictum reperiri de *ebrioſa muliere*, ab alio Grammatico adnotatum eſt.

Μόσχος — κεραμεοῦν ἀγγεῖον &c. »MOSCHUS, *lepa-* e
»*ſtam* eſſe, ait, κεραμεοῦν ἀγγεῖον. Sed & aeneae quae-
»dam fuerunt. Varro, de Vita Populi Rom. lib. I. *Lepaſtae*

e »etiamnum *Sabinorum fanis, pauperioribus plerisque, aut fictili-*
»*les sunt, aut aeneae.* Addit *MOSCHUS, similem esse lepa-*
»*stam* ταῖς λεγομέναις πτωματίσιν: quarum non in-
»veni nomen alibi. Constant tamen sibi mssti. Quidam
»[ut Dalec.] maluerunt πωματίσιν. Hesychio sane
»πῶμα est idem atque ἔκπωμα: sed malo ἐπέχειν. « CA-
SAUBONUS. — Vulgatum tenent, quod sciam, veteres nostrae membranae.

Ἀρτεμίδωρος δὲ ὁ Ἀριστοφάνειος. Vide not. ad IX. 387. d.

Ἀπολλοφάνης δὲ Κρησίν. &c. »Inepta est lectio versiculi
»ex APOLLOPHANE:

» Καὶ λεπαστὰν δ' ἀδύοινον εὐφραίνει δι' ἡμέρας.

»Lego, Καὶ λεπαστὰ δ' ἀδύοινος μ' εὐφραίνει δι' ἡμ. vel
»cum Dalec. ὀσφραίνει. « CASAUBONUS. — At illud quidem statim adparebat, terminationem αινει teneri non posse; sed aut εὐφρανεῖ aut ὀσφρανεῖ, in futuro, scriptum oportuisse. Et ὀσφρανεῖ quidem corrigebat HERMANNUS, De Metris pag. 119. quod si placet, in reliquis verbis nil mutatu opus fuerit. Probabilius tamen nobis videbatur, sic scripsisse poëtam,

καὶ λεπαστὰ δ' ἀδύοινος μ' εὐφρανεῖ δι' ἡμέρας.

Quam emendationem, maiori ex parte a Casaubono iam commendatam, suo suffragio probavit IACOBS in *Notis mssstis*. Quod vulgo scribitur Ἀπολλοφάνης δὲ Κρησὶν, tale est, quasi suo nomine hoc testimonium citaret Athenaeus. At videtur delenda δὲ particula; quo intelligatur, & hoc Apollophanis & proximum Theopompi testimonium adpositum fuisse ab *Artemidoro* Grammatico. Vide Notam proxime sequentem.

Θεόπομπος, Παμφίλῃ·

— Λεπαστὴ μάλα συχνὴ,
ἣν ἐκπιοῦσ' ἄκρατον Ἀγαθοῦ δαίμονος,
περιστατὸν βοῶσα τὴν κώμην ποεῖ.

Testimonium istud, licet multa communia habeat cum illo quod paulo ante (lit. *b. c.*) adpositum est, tamen haud dubie vel ex alia eiusdem fabulae parte, haud longe quidem remota ab altera, sive potius ex instauratâ & nonnihil mutatâ eiusdem fabulae editione decerptum est. Mirum autem videri possit, cur, cum simillimum testimonium adposuisset Athenaeus, nunc rursus hoc ita nude adponat,

ut ne adiiciat quidem, Αὖθις ὁ αὐτὸς Θεόπομπος, *Rurſus idem Theopompus*, aut aliquid tale. Cuius rei cauſſa haec eſſe videtur, quod non ſuo nomine hoc teſtimonium nunc citaverit: ſed tam hoc, quam proxime praecedens hîc adpoſuerit tamquam ab *Artemidoro* Grammatico ſic citata. Quare paulo ante monuimus, non Ἀπολλοφάνης δὲ videri ſcriptum oportuiſſe, ſed nude Ἀπολλοφάνης Κρησίν. Ad verba huius teſtimonii quod ſpectat, quum *verſ.* 1. ſic legeretur in editis, Λεπαστῇ μάλα συχνῇ, adnotatum e vetere noſtro cod. *A.* reperi, συχνὴ ibi acute ſcribi; cui conſentaneum erat, etiam λεπαστὴ ibidem acute vel ſcribi vel ſcriptum oportuiſſe: quam adoptans ſcripturam, pro ἦν, quod erat initio *ſecundi verſus*, ἦν reſti- f tuendum putavi. Superiori loco, per alium librarii errorem, πυκνὴν pro πυκνὴ ἦν ſcriptum erat. *Verſ.* 3. pro edito olim ποιεῖ, ποεῖ ſcripſi praeeunte ms. *A.* Conf. not. ad XI. 472. a.

Νίκανδρος δ' ὁ Θυατειρηνός. Sic rurſus & hîc & p. ſq. a. praeeunte codice msto correxi, pro mendoſo Θειατειρ. quod utrobique editum erat. *Ibid.* κύλιξ φησὶ μείζων &c. Ridicule Dalecampius haec cum ſequentibus *Teleclidis* verbis confundens, pro *Nicandri* poëtae teſtimonio acceperat; in quo iſta verba παρατιθεμ. Τηλεκλ. vertit *Teleclidi admotus eſt.* Quo ſpectat Animadverſio haec CASAUBONI: »Incredibilis prope negligentia Dalecampii in verbis quae »adſcribam: Νίκανδρος δ' ὁ Θειατειρηνὸς, κύλιξ, φησὶ, μεί»ζων παρατιθέμενος Τηλεκλείδου ἐκ Πρυτάνεων, καὶ μελι»χρὸν οἶνον ἕλκειν ἐξ ἡδυπνόου λεπαστῆς. Id eſt, *Nicander* »*Thyatirenus, Lepaſta eſt, inquit, calix maior: afferens locum* »*e Teleclidis Prytanibus*, Καὶ μελ. &c. *Et mellitum vinum* »*educere ex ſuavis odoris lepaſta.* At vir doctus quo Deus »bone praeceps abiit? Oblitus eſt, NICANDRUM *Thyati*»*renum* veterem Criticum fuiſſe, qui *Gloſſas* ediderat. Har»pocratio citat huius librum, Ἐξηγητικὰ τῆς Ἀττικῆς διά»λέκτου. Noſter quam multas dictiones ex eo interpreta»tus eſt? Oblitus eſt, TELECLIDEM veterem Comicum »fuiſſe, qui Πρυτάνεις fabulam docuerat, cuius in his li»bris toties mentio.« — In TELECLIDIS trochaico tetrametro, quum ſecundum hemiſtichium, ſic vulgo conceptum,

ἐξ ἡδυπνόου λεπαστῆς,

non ferret trochaici metri ratio, ob ſpondeum initio he-

miſtichii, inverſâ verborum ſerie ſic corrigere conatus ſum:

ἐκ λεπαστῆς ὑδύπνου.

Potuerat quidem, fateor, Grammaticus poëtae teſtimonium tale adponere, quale vulgo legebatur. Sed, poëtam ſic ſcriptum reliquiſſe, quale edidi, perſuaſum habueram.

a Ἑρμιππος, Μοίραις· Ἐὰν ἐγὼ πάθω τι &c. Quum ſic vulgo ſcriptum eſſet illud teſtimonium, quaſi Ἐὰν ἐγὼ eſſet exitus *primi verſus*, tum *ſecundus* inciperet a πάθω τι, *tertius* vero ſic conceptus eſſet,

τῷ Διονύσῳ πάντα τἀμαυτοῦ δίδωμι χρή-
ματα:

haec ad hunc locum notavit CASAUBONUS: »Distingue »& ſcribe verba ex *HERMIPPI Moeris*, vel (ut veteres »dixere) *Mortis:*

»— Ἐὰν δ' ἐγὼ
»πάθω τι τήνδε τὴν λεπαστὴν ἐκπιὼν
»τῷ Διονύσῳ τὰ πάντ' ἐμαυτοῦ χρήματα
»δίδωμι.« —

At (ut taceam mutationem verbis adlatam) ne ferendum quidem fuiſſe illum Caſauboni ſenarium, a τῷ Διονύσῳ incipientem, ob ſpondeum in ſecunda ſede, recte monitum ab *Anonymo* viro docto, cuius paucae quaedam Notae exhibentur in ed. Caſ. 2. & 3. pag. 703 ſq. qui idcirco ita refictum illum verſum voluerat:

τὰ πάντ' ἐμαυτοῦ τῷ Διονύσῳ χρήματα.

Immo vero, qualia conſentientibus msstis (niſi quod Ἂν initio, pro Ἐὰν, dedit ms. *Ep.*) edita verba erant, nullâ adhibitâ mutatione, duos trochaicos tetrametros efficiebant. Quos ſic ſcriptos dedit DAVISIUS, ad Tuſc. I. 43.

Ἢν ἐγὼ πάθω τι, τήνδε τὴν λεπαστὴν ἐκπιὼν,
τῷ Διονύσῳ πάντα τἀμαυτοῦ δίδωμι χρήματα.

Eodemque modo repetiit PORSONUS, in Praef. ad Eurip. Hecub. ed. ſec. pag. 24. ubi monuit de licentia quam ſibi in trochaicis verſibus interdum ſumſerunt Comici poëtae, dactylum pro ſpondeo ponentes, quod h. l. initio poſterioris verſus factum videmus. Initio prioris verſus iidem docti viri Ἢν ſcripſere, pro Ἐὰν, quod habent veteres membranae *A.* cum editis. At nihil puto impediebat, quo minus Ἐὰν teneremus; quod cum priori ſyllabâ vocis ἐγὼ pedem tribrachyn, qui trochaeo aequivalet, efficiebat.

AD CAP. LXXI.

Λοιβάσιον. »Ut λείβειν & σπένδειν in re ſacrorum a »pro eodem ſumi ſolent: ita inde orta, λοιβὶς, λοιβάσιον, »& σπονδεῖον, primâ notione idem ſignificant: uſus dis»tinxit, ut fit hîc ab Athenaeo. Latini paterâ vinum in »conviviis Deo dabant, ut ait Varro.« CASAUBONUS.

καλεῖσθαι λέγων λοιβίδας &c. Ad *Antimachi* uſum fortaſſe reſpectum habet Heſychiana gloſſa: Λοιβίδες· σπονδεῖα.

Λέσβιον. Ὅτι ποτηρίου εἶδος, Ἡδύλος παρίστησιν &c. »Λέσβιον *poculi* cuiusdam *nomen* eſſe, probatur HEDYLI »teſtimonio. Scio, non ſolum Athenaeum huius ſenten»tiae fuiſſe, verum etiam Euſtathium, [ad Odyſſ. γ'. pag. »120. l. 8.] qui λέσβιον ſignificare ait genus aliquod πο»τηρίου καὶ λουτηρίου. Mihi tamen videtur hoc mirum, »neque ἀβασανίστως admittendum. Euſtathius quidem pa»rum aut nihil nos movet: quem ſcimus auctoritatem »unius Athenaei ſecutum eſſe. Quin etiam fallitur mani»feſto Euſtathius, cum illa addit καὶ λουτηρίου. [In Euſtathii editione Baſ. ſic ſcribitur: καὶ τὸ λέσβιον ποτήριόν τε καί τι λουτρόν.] »Nam Athenaeus nunquam dixit, vas ul»lum ad lavandum λέσβιον eſſe dictum. Decepit nimirum »etiam hîc Excerptorum auctor Euſtathium: qui per in»cogitantiam male accipiens quae de altero genere pocu»li, quod appellabant λουτήριον, deinceps Athenaeo ſcri»buntur, retulit haec in ſuas Eclogas: Ὅτι λέσβιον πο»τηρίου εἶδος καὶ λουτροῦ ſive λουτηρίου.« CASAUBONUS. — At non ſic ſcripſerat Breviator: ſed nimis quidem conciſe, nec vero ita male: Λέσβιον, ποτηρίου εἶδος. καὶ λουτήριον. Λυκιουργεῖς φιάλαι &c. ubi ad iſta verba καὶ λουτ. intelligebatur, καὶ λουτήριον, ποτηρίου εἶδος. Quod ita accipiendum eſſe parum perſpexerat Euſtathius: eoque facilius in errorem induci potuerat, ſi vocabulum λουτήριον in ipſius codice, ſicut in noſtro, compendioſe in fine ſcriptum erat; quo fiebat, ut καὶ λουτροῦ legeret Euſtathius, pro eo quod erat καὶ λουτήριον.

Pergit CASAUBONUS: »Athenaeus vero ſic: Λέσβιον. »Ὅτι ποτηρίου εἶδος, Ἡδύλος παρίστησιν ἐν ἐπιγράμματι [immo ἐν ἐπιγράμμασιν habent edd. & codex ms.] οὕτω»σὶ λέγων·

»Ἡ διαπινομένη Καλλίστιον ἀνδράσι, θαῦμα

b » κ' οὐ ψευδὲς, νῆστις τρεῖς χόας ἐξέπιεν.
» Ἕστο δέ οἱ Παφίη ζωρὸν μετρουῦσα θυωθὲν
» κεῖται πορφυρέης λέσβιον ἐξ ὑέλου.
» Ἦν γε σάου πάντως· ὡς καὶ πάντων ἀπ' ἐκείνης
» σοι τοῖχοι γλυκερῶν σκῦλα φέρωσι πότων. [sic quidem, πότων, scripsit Casaub. in Animadv. At πόθων in contextu habent editiones omnes, consentiente codice msto.]

» In *quarto versu*, κεῖται quî recte exponi queat, non ca-
» pio. Lego itaque αἰεὶ : & elegantissimum epigramma ita
» interpretor. *Callistium, quae solita potu cum viris certare,*
» *(mira res, sed non falsa) ieiuna tres congios ebibit. Assidebat illi Paphia* ancilla, *merum vinum odoratum Lesbium ad-*
» *metiens subinde ex purpureo vitro. Hanc tu*, o Bacche, *ser-*
» *va omnino : ut per illam omnium suavium compotationum spo-*
» *lia tui parietes consequantur.* Apparet, in vivam, non au-
» tem mortuam scriptum esse ab *Hedylo* hoc epigram-
» ma : cui occasionem & argumentum praebuit nobile fa-
» cinus *Callistii*, strenuae potatricis : *quae* convivio quo-
» dam *tres* ipsos *vini congios exhausserat.* Quod cum iure vi-
» deri queat *incredibile*, poëta, ne quis *figmentum* putaret,
» cavit illis verbis, θαῦμα κ' οὐ ψευδές. Magnum revera
» mirum est, mulierem posse reperiri tricongiam : cum
» olim pro miraculo fit habitum, virum quendam tres con-
» gios capere. Plinius libro XIV. [c. 22. sect. 28.] *Gloriam*
» *hac virtute* (bibendi) *Parthi quaerunt ; famam apud Grae-*
» *cos Alcibiades meruit : apud nos cognomen etiam Novellius*
» *Torquatus Mediolanensis, ad proconsulatum usque e praetura*
» *honoribus gestis, tribus congiis* (*unde & cognomen illi fuit*)
» *epotis uno impetu, spectante miraculi gratia Tiberio principe.*
» Non excidêre memoriâ quae diximus alibi [lib. X.] de
» quorumdam vinosorum capacitate : verum illi & viri
» erant, & fere athletae : quibus studium omne a primis
» annis erat distendere sese cibis & potu, quam maxime
» fieri posset. Quare nihil propter istos minuit foeminae
» huius tricongiae miraculum. διαπίνειν ἀνδράσιν interpre-
» tor *certare cum viris* περὶ πολυποσίας. Egregia haec *Ari-*
» *stii* [*Callistii* scribere voluerat] laus, quod non solum
» cum sexus sui foeminis certaret poculis, sed cum ipsis
» etiam viris. In epigrammate de Cleone multibiba : [apud
» Nostrum, X. 440. d.]
» — ἴσα δὲ πίνειν

» οὔτις οἱ ἀνθρώπων ἤρισεν. — b
» ubi ἀνθρώπους intellige ἄνδρας, *viros*. Ita neceſſario ex-
» ponendum τὸ διαπινομένη. Unde enim illa *ſpolia* quorum
» *poſtremo verſu* fit mentio, niſi ex victoria? illa autem un-
» de, niſi ex bibendi certamine? In *tertio verſu*, *Paphia*
» nomen eſt *ancillae*, genere Paphiae: ſic enim peregrinas
» Athenis nominabant ſive liberas ſive ſervas: ut, My-
» ſis, Lesbia, Andria, Perinthia, Phrygia, Pythias, Do-
» rias. Ridiculum eſt, de *Venere* accipere; quomodo enim
» dicetur Venus iſti mulierculae *vinum miniſtrare?* ζωρὸν in-
» tellige μέθυ, non οἶνον; quia neutro genere dicit ϑυωθὲν,
» ſive potius ϑυῶεν: ita enim emendandum cenſemus,
» quoniam ϑυωθὲν vinum quid ſit, coniecturâ aſſequi non
» valemus. ϑυῶεν, eſt *bene olens* & ἡδύπνουν. In *quarto ver-*
» *ſu*, λέσβιον, interprete Athenaeo, *poculi* nomen eſt: no-
» bis placet, Λέσβιον dici *vinum Lesbium*; quod ſciunt om-
» nes in magna fama fuiſſe, iam inde a Troicis tempori-
» bus: ſicut paſſim Χῖον πίνειν Graeci, pro *vinum Chium bi-*
» *bere*. Ἦν γε σάου, apoſtrophe eſt, non *ad Venerem*, ſed
» *ad Bacchum*: eſt namque Liber pater, communis omnium
» vinoſorum & vinoſarum προστάτης Deus. Ad Venerem
» quidem referre nullo modo poſſumus: non enim hîc agi-
» tur de rebus Veneris. Deinde quae a victoribus refere-
» bantur praemia ex hoc certamine, Baccho non Veneri
» ſuspendebant omnes, quà viri quà mulieres. Phalaecus
» in Epigrammate Cleûs: [apud Noſtrum l. c.]

» Χρυσωτὸν κροκόεντα περιζώσασα χιτῶνα
» τοῦτο Διωνύσῳ δῶρον ἔδωκε Κλεώ. «

Haec CASAUBONUS: docte magis, quam feliciter; neſcio quo ſtudio abreptus impugnandi ſententiam Athenaei, aliorumque (e quibus ille ſua hauſit) vetuſtiorum Grammaticorum, de notione vocabuli λέσβιον in iſto *HEDYLI* epigrammate; de qua tamen vix ullus dubitandi locus eſſe videbatur. Recte quidem ſtatim doctus Animadverſor illud διαπινομένη interpretatus eſt. Sic διακεκραγέναι τινὶ, *vociferando cum aliquo certare*, apud Ariſtoph. Eq. 1403. διορχεῖσθαί τινι, *ſaltando cum aliquo contendere*, apud eumdem in Veſp. 1481. & 1499. aliaque ſimilia. Conf. ſupra ad pag. 412. f. At deinde illa, ἥστο δέοι, haud dubie ſic partim distinguenda partim corrigenda fuerant, ut PIERSONUS docuit ad Moerin, pag. 413. nempe ἧς τόδε σοι: quemadmodum poſt Pierſonum BRUNCKIUS edidit

b in Analect. T. I. pag. 483. num. 3. Scilicet ἧς τόδε λέσβιον πορφυρέης ἐξ ὑέλου κεῖταί σοι, Παφίη: id est, *cuius hoc lesbium purpureo e vitro tibi dedicatum est, o Paphia (Venus.)* Supererat utique difficultas in istis, ζωρὸν μετροῦσα θυωθὲν, quae hactenus tenuere Piersonus & Brunck, ut ζωρὸν μετροῦσα θυῶεν ponerent: quae quidem verba quam in sententiam acceperint docti viri, difficile dictu: nam si cogitarunt, quod sonare graeca videntur, nempe, *tu, quae fragrans metiris merum;* haec quidem de *Venere* dicta vix commodum sensum habent, ut perspecte monuit Iacobs, in Animadv. ad Anthol. Vol. I. P. II. pag. 335. Quare videndum, an commodiorem sensum fundat id, quod veteres nobis membranae nostrae obtulerunt: in quibus cum sit scriptum sic, ζωρες μιτρησι θυωθὲν, haud obscurum esse videtur, ζωραῖς μίτρῃσι θυωθὲν debuisse librarium. Ubi primum illud non video, cur uno consensu θυῶεν potius, quam θυωθὲν legendum statuerint viri docti. Est sane probum & Homericum verbum θυόω, unde habes ἔλαιον τεθυωμένον, *oleum odoriferum*, Iliad. ξ. 172. & τεθυωμένον ἄλσος, apud Callim. Hymno in Lavacr. Pall. vs. 63. quod *odoriferum lucum* vulgo vertunt, sed praestat fortasse, cum Ez. Spanhemio, *consecratum* intelligere, ex Hesychianâ glossâ: Τεθυωμένον· ἡγνισμένον. Utrâlibet profecto notione ferendum hîc fuerit participium aoristi θυωθὲν, ad substantivum λέσβιον relatum. Iam quod μίτρῃσι θυωθὲν ait, μίτραι intelligendae fuerint *coronae, vittae, taeniae* vel *lemnisci*, quibus cingi solebant vasa Diis consecrata: de quo more confer quae haud multo ante vidimus apud Nostrum, XI. 473. c. & 475. e. Eae taeniae vel coronae erant ex *lana alba*, (XI. 473. c.) *e flore lanae*, (XI. 475. e.) id est, *e lana praestantissima & purissima*, denique *ex illotâ lanâ;* nam quod apud Nostrum XI. 478. d. in *cerno* memoratur ὄϊον ἔριον ἄπλυτον, pariter intelligendum videtur de *laneis lemniscis* quibus ornatum illud vas erat. Iam, pro *illotis* (id est, recentibus & usu non tritis) & *purissimis*, poëta praeter opinionem, epigrammatico quodam sale, ζωραῖς dixerit, id est, *non dilutis, meris, meracis;* desumto vocabulo a *meribibae* mulieris moribus. Quam si minus certam iudicaverint docti viri interpretationem, gratus accipiam si quid probabilius & luculentius ex ea quam e vetustis membranis protulimus scripturâ extuderint, & in commune voluerint conferre.

Poſtremos duos verſus, praeeunte *Pierſono* ſic edidit *Brunckius*: b

ἦν γε σάου πάντως, ὣς καὶ πάντως ἀπ' ἐκείνης
σοὶ τοῖχοι γλυκερῶν σκῦλα φέρωσι πότων.

Et Pierſonus quidem ὡς καὶ πάντως, pro vulgato πάντων, legi non praeciſe iuſſerat, ſed ſic etiam legi poſſe ſignificaverat; quod nimis cupide amplexus Brunckius eſt. Nam ſive πότων in fine, ſive πόθων legas, quidni ad hoc ſubſtantivum referretur adiectivum πάντων? At cur πόθων in πότων mutatum illi voluerint, eo magis miror, quum in alio eiusdem Hedyli Epigrammate, quod non ante editum adpoſuit Pierſonus, & Brunckius dein primo loco in numero Epigrammatum huius poëtae poſuit, ſimillima ῥῆσις occurrat, παρθενίων ὑγρὰ λάφυρα πόθων. Sunt autem πόθοι quodlibet genus *deſideriorum* vel *amorum*: eſt πόθος οἴνου, *vini amor*: eſt & πόθος, *amor* ille, qui *Veneri* prae caeteris *ſacer* habebatur: a quorum neutro aliena videtur fuiſſe illa mulier, in quam ſcriptum hoc epigramma. Deceperat viros doctiſſimos, quod a Caſaubono, in Animadverſione ſupra adpoſitâ, πότων veluti vulgata librorum ſcriptura poſita eſt: quod plane contra eſſe docuimus. Pro edito olim σκῦλα, molliorem ſcripturam σῦλα veteres membranae dederunt. Iam, quod editum erat, ἀπ' ἐκείνης, id non ferendum nobis videbatur: nam φέρειν σκῦλα vel σῦλα ἀπὸ τινὸς, non ſignificat *accipere ab aliquo ſpolia*, ſed *auferre ſpolia ab aliquo, auferre quod alteri rapueris*. Nec ἐπ' ἐκείνης, quod eſt in membranis, locum hîc habet: ſed, quemadmodum ſaepe aliâs praepoſitiones ἐπ' & ὑπ' perperam inter ſe permutatas vidimus, ſic & hîc temere ἐπ' ἐκείνης pro ὑπ' ἐκείνης ſcripſiſſe librarium mihi perſuaſi.

Λουτήριον· &c. »Quae ſcripta ſunt in Λουτήριον, »confer cum iis quae ſupra in Κάδος. *Mnematium*, titulus »eſt fabulae cuiusdam *EPIGENIS*: nam ita cum hîc, tum »ibi, omnes libri. Dalecampius non conſtat ſibi: qui hoc »loco emendavit Ὑπομνηματίῳ. Sed & Diphili Μνημάτιον »laudatum reperies in his libris.« CASAUBONUS. — Vide omnino ſupra, pag. 471. e. f. ibique notata. Nihil hîc a mendoſâ ſcripturâ, quam habebant editi, discedit vetus mstus codex.

AD CAP. LXXII.

c Λυκιουργεῖς. &c. »Ex quorundam ſententia ſcribit »Athenaeus: Λυκιουργεῖς. Φιάλαι τινὲς οὕτω καλοῦνται ἀπὸ »Λύκωνος τοῦ κατεσκευασμένου. Sed profecto, ut a *Lyco*»*ne* elaboratum opus λυκιουργὲς dicatur, neque ratio pa»titur, neque afferri ulla exempla poſſint, quae nos im»pellant ad credendum. Nam quod ſubiicitur, ὡς καὶ Κο»νώνιοι αἱ ὑπὸ Κόνωνος ποιηθεῖσαι, paene dixerim eſſe ine»ptum: nam ibi clara & aperta analogia. Merito igitur, »poſtquam ex aliorum opinione haec ſcripſit, veram ſen»tentiam poſtea recitat philologus. Omnino λυκιουργὲς »opus vel a regione *Lyciâ*, vel ab auctore *Lycio* appella»tum eſt. *Demosthenis* locus de *phialis lycurgidibus* ex »ea pro Corona, non mihi nunc occurrit: & de eo φρον»τιστέον. Alter vero, qui recitatur hîc locus, extat ho»dieque in ea oratione quam Athenaei codices inſcribunt, »πρὸς Τιμόθεον ὕβρεως: perperam; ſive lapſus etiam hîc »memoriâ auctor ipſe, ſive peccatum eſt librariorum. »Nam ſcribendum erat, πρὸς Τιμόθεον ὑπὲρ χρέους. »Sciendum autem, in Demoſthenicis codicibus non λυ»κιουργεῖς ſcribi, ſed λυκοεργεῖς: quare paullo poſt »dicturus eſt Athenaeus, corrigenda oratoris exemplaria »ſibi videri, & ſcribendum λυκιουργεῖς. Vide Suidam in »ea voce, & ex Athenaeo corrige. Emenda mox *Hero»doti* locum. Ait ille, deſcribens Thracum Aſiaticorum, »qui Xerxi militabant, armaturam: ἀσπίδας δὲ ὡμοβοΐ»νας εἶχον μικρὰς, καὶ προβόλους δύο λυκοεργέας ἕκαστος »εἶχε. Ad iſtud exemplum emendandi Athenaei codices, »inductâ etiam voce ἡμιεργέας. Porro λυκιουργεῖς προβό»λους interpretatur Athenaeus, *iacula in Lyciâ facta*. Idem »affert *Didymi* interpretationem, τὰς ὑπὸ Λυκίου φησὶ »κατεσκευασμένας. Quid exponit *Didymus?* Si *Herodoti* »locum, ſcribi debet τὰ κατεσκευασμένα: ſi, quod edi»tum eſt, placet; referemus ad phialas λυκιουργεῖς, de »quibus propoſitum initio. Videtur ſane locus perturba»tus: &, *Didymi* interpretationem pertinuiſſe ad ſuperio»ra *Demoſthenis* verba, conſtat liquido ex Suida. Addit de »*Lycio*: ἦν δὲ οὗτος τὸ γένος Βοιώτιος ἐξ ἐλευθέρων, »υἱὸς Μύρωνος τοῦ ἀνδριαντοποιοῦ. *Lycium ſtatuarium, My»ronis filium*, etiam Pauſanias memoriae prodidit. Sed qua»re notatur hîc, *ex parentibus liberis eum ortum?* Locus abs-

» que dubio corruptus. Legendum ἐξ Ἐλευθερῶν. *Eleu-*
» *therae*, oppidum Boeotiae: ea fuit *Lycii* vera *patria*. Qua-
» re etiam apud Plinium lib. XXXIV. cap. 8. [ſect. 19. num.
» 17.] ſcribendum, *Eleuthereus Lycius Myronis diſcipulus*
» *fuit*: non *Buthyreus*, ut omnes libri habent: neque *bu-*
» *thytes*, ut eruditiſſimus Pincianus divinabat; iſtud qui-
» dem plane ἀστόχως. Atque obiter nota, Plinio dici *My-*
» *ronis diſcipulum*: [confer eumdem Plinium, ibid. initio
capitis VIII. & ſectionis 19.] » quem Graeci conſtanter *fi-*
» *lium* aiunt fuiſſe. Fuerit fortaſſe initio diſcipulus, poſtea
» adoptione filius. [Aut ſimul filius, ſimul artis diſcipu-
» lus.] Obſervabis grammaticum loquendi genus, ἵνα κέη- e
» ται ἐν Λυκίᾳ εἰργασμένα. Uſitatius fuerit, ἵν' ἀκούη-
» ται. Sed nihil mutandum temere: & eſt verbum κεῖ-
» σθαι familiare auctorum interpretibus Graecis non unâ
» notione. Cur mutat genus? Nam erat dicendum, ἵνα
» κέηται (vel ἀκούηται) αἱ ἐν Λυκίᾳ εἰργασμέναι. Sed hoc
» ſane leve eſt: neque adnotaſſem, niſi videretur hoc Sui-
» dam impuliſſe, ut referret ad illa *Herodoti* ἀκόντια. Itaque
» legit ille, Μή ποτ' οὖν καὶ παρὰ τῷ Ἡροδότῳ γραπτέον
» λυκ. &c.« CASAUBONUS.

Commode me facturum iudicaveram, ſi quae ad varias confuſi huius capitis partes adnotavit doctus Animadverſor, ea nunc non dirimerem, ſed continuo tenore, prout ab illo ſcripta ſunt, adponerem. Magnam quidem partem eorum, quae ab illo obſervata ſunt, iam occupaverat *Paulus* LEOPARDUS, Emendation. lib. XI. cap. 18. in Gruteri Theſ. Crit. T. III. pag. 229 ſq. Parum vero, ſed tamen nonnihil praeſidii ad emaculandum vexatiſſimum locum veteres membranae nobis praeſtiterunt: in reliquis coniecturâ erat agendum: e qua tamen nihil in contextum recepimus, aut ex eo eiecimus, niſi ſi quae manifeſte a librariis peccata eſſent, ubi quaenam fuerit Athenaei ſcriptura certis indiciis conſtaret.

Ex titulo, quem habet ora veteris codicis, περὶ Λυκιουρ- c
γίδων, colligas, nominativum Λυκιουργεῖς dictum pro Λυκιουργίδες, a ſingulari foeminini generis, ἡ Λυκιουρ-
γίς. At in foeminino etiam genere terminationem ης in ſimilibus vocabulis Μιλησιουργὴς, Χιουργὴς, tenuit *Critias* apud Noſtrum ſub finem capitis. Nec eſt tamen praetermittendum, quod apud Suidam in omnibus ante Küſterum editionibus, (atque etiam in principe Mediolanenſi)

c non Λυκιουργεῖς legitur, ſed Λυκιουργίς. Caeterum pro λυκιουργεῖς, etiam λυκιουργοὺς dictos vidimus eosdem calices, XI. 784. b. ſi modo vera ibi ſcriptura.

Iam quod initio ſtatim huius capitis legitur, Φιάλαι τινὲς οὕτω καλοῦνται ἀπὸ Λύκωνος, eam derivationem ſibi non probari haud obſcure declarat Athenaeus ſub finem: quare probabiliter admodum coniicias, poſuiſſe eum hoc loco nomen alicuius Grammatici, cuius iſta fuerit opinio. De *Cononiis* poculis dixerat Noſter, pag. 478. b. Quod ſubiicitur, μνημονεύει τοῦ Λύκωνος Δημοσθένης ἐν τῷ Περὶ τοῦ Στεφάνου: in oratione *pro Corona*, poſt plurimorum etiam codicum mſſtorum Demoſthenicorum collationem, non reperiſſe ſe *Lyconis* nomen commemoratum teſtatus eſt Reiskius, in Indice Hiſtorico in Demoſthenem, pag. 864. *Lycon* quidem aliquis Heracleota, ſed qui huc non ſpectat, nominatur in Orat. adv. Callippum, p. 1236 ſq. Quod continuo adiicitur, κἀν τῷ πρὸς Τιμόθεον ὕβρεως: poſſit quidem ὕβρεως eſſe epitheton orationis alicuius, ſicut aliae inſcribuntur αἰκίας, aliae φόνου, &c. (conf. Kühnium ad Polluc. X. 23. not. 33.) At illa quidem *Demoſthenis* oratio, in qua horum poculorum fit mentio, quae & continuo deinde nude his verbis, ἐν τῷ πρὸς Τιμόθεον, citatur: ea igitur non in cauſſa ὕβρεως, id eſt, *illatae contumeliae* vel *iniuriae*, habita eſt; ſed ὑπὲρ χρέους, ut fert etiam titulus in libris Demoſthenicis, id eſt, *repetendi debiti* cauſſa. Quare: »ſi bene habet hic locus Athenaei, (ait »Reiskius in Annot. ad Demoſth. P. III. pag. 1553.) ne»ceſſe eſt duas fuiſſe Demoſthenis in Timotheum oratio»nes.« — At non videtur opus eſſe ut ad iſtam confugiamus hypotheſin. Ipſa quidem Demoſthenica verba, quae ex hac oratione citantur, non ſunt diverſa ab illis, quae continuo deinde ex illa oratione in Timotheum, quae hodieque extat, adponuntur: & veriſſime fortaſſe iudicaverit, qui ſtatuerit, totam iſtam ῥῆσιν, Μνημονεύει τοῦ Λύκωνος &c. temere & imperite adſutam eſſe. Taceo, ſi haec adpoſuiſſet Athenaeus, ſcripturum illum fuiſſe, Μνημονεύει δὲ τοῦ &c. nec omiſſurum in iſta connexione coniunctionem δέ. Quare ſi vel maxime ſcripſit iſta Athenaeus; non ſuo nomine ſcripſit, ſed fuerint verba eiusdem Grammatici, qui pocula, quae Λυκιουργεῖς dicebantur, a neſcio quo *Lycone* nomen inveniſſe ſtatuerat: illud vero ſemper certum videtur, vitioſum eſſe quod ſcribitur ἐν τῷ περὶ

τοῦ Στεφάνου. *Mox*, in illis, Ἐν δὲ τῷ πρὸς Τιμόθεον γράφει· Δίδωσιν ἀποθεῖναι &c. verbum ἀποθεῖναι recte ſcriptum in ms. *A.* ut apud Demoſthenem, pag. 1193. ed. Reisk. ſed & ſequentia verba pariter ex Demoſthenis libris ſunt emendanda.

Iam quae continuo ſubiiciuntur vulgo : Ἡρόδοτος δ' ἐν d ἑβδόμῃ, προβόλους δύο λυκιουργήσας ἢ μιεργέας, ὅτι ἀκόντιά ἐστι πρὸς λύκων θήραν ἐπιτήδεια, ἐν Λυκίᾳ εἰργασμένα : ſunt ea & per ſe miſere corrupta ac turbata, & imperitiſſimo conatu hîc intruſa. Primum, per ſe, inquam, miſere corrupta ac turbata. Nam quisquis ſit qui illa primus ſcripſit: non λυκιουργήσας ἢμιουργέας ſcribere voluerat, ſed λυκιουργέας, ἢ λυκοεργέας· & hoc ipſum λυκοεργέας interpretari ille voluerat proximis verbis, ὅτι ἀκόντιά ἐστι πρὸς λύκων θήραν ἐπιτήδεια. Sed quae poſt haec poſita ſunt, ἐν Λυκίᾳ εἰργασμένα, ea proxime poſt λυκιουργέας reponi debuerunt, & εἰργασμένους ſcribi : aut, ſi in fine poſita velis, ſaltem Ἢ ἐν Λυκ. εἰργασμένα ſcribi debuit. Sed invito prorſus Athenaeo totam iſtam laciniam hîc adſutam fuiſſe, partim ex eo adparet quod in fine demum capitis de iſto *Herodoti* loco loquitur auctor noſter, & quidem ita loquitur, ut *libri numerum* etiam adponat, Ἡρόδοτός τε ἐν τῇ ἑβδόμῃ φησὶν, claro indicio non paulo ante in eodem argumento idem Herodoti teſtimonium iam fuiſſe citatum : partim ex his, quae continuo ſequuntur, ὅπερ ἐξηγούμενος Δίδυμος ὁ γραμμ. τὰς ὑπὸ Λυκίου φησὶ κατεσκευασμένας : ubi illud τὰς – – κατεσκευασμένας profecto non ad *Herodoti* προβόλους aut ad ἀκόντια poteſt referri, ſed ad *Demoſthenis* φιάλας λυκιουργεῖς manifeſto refertur. Neque aliter Harpocration acceperat, qui ſua haud dubie ex Athenaeo hauſit, quae habet pag. 234. ubi ait : Λυκιουργεῖς, Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Τιμόθεον. Δίδυμός φησι τὰς ὑπὸ Λυκίου κατεσκευασμένας, τοῦ Μύρωνος υἱοῦ, οὕτως εἰρῆσθαι. ἀγνοεῖν δὲ ἔοικεν ὁ γραμματικὸς, & reliqua, quae apud ipſum, ſi lubet, leges, aut apud Suidam, qui ex Harpocratione ſua deſcripſit. Confer WESSELINGII Diſſertationem Herodoteam, pag. 59. Poſſis vero etiam coniectare, verba iſta, de quibus agebamus, primum quidem eo loci ab ipſo Athenaeo fuiſſe perſcripta : qui deinde, poſtquam aliam exponendorum eorum quae voluerat rationem iniit, oblitus ſit iſta delere, quae iam non ſuo amplius loco ſtabant.

Ac fortaſſe par ratio eſt multorum locorum, quae in veterum ſcriptis turbata reperiuntur, aut ubi haud multis interiectis eaedem res eisdem paene verbis citra neceſſitatem & parum commode repetuntur.

ἦν δὲ οὗτος τὸ γένος Βοιώτιος ἐξ Ἐλευθερῶν. Certiſſimam amplexus ſum Caſauboni emendationem. Stephanus Byz. Ἐλευθεραί· πόλις Βοιωτίας. *Myron*, ſculptor & ſtatuarius, frequenter Plinio & Pauſaniae laudatus: quem *Eleutheris natum* diſerte Plinius ait, XXXIV. 8, 19. num. 3. ubi vide quae *Harduinus* notavit, & conf. eiusdem Harduini Emendatt. ad lib. XXXIV. num. XV.

e Ἀριστοφάνης – – ἐν Εἰρήνῃ. *Ariſtophanes*, *Pace*, vs. 143. Quae dein adiecimus quinque verba, καὶ δίφρ. Μιλ. κλίνη Χιουργὴς, ea veteres membr. *A.* dederunt: & duo poſtrema, κλίνη Χιουργὴς, habet etiam ms. *Epit.*

Ἡρόδοτός τε ἐν τῇ ἑβδόμῃ φησίν. Satis placuerat δ' ἐν τῇ ἑβδ. quod erat editum; idque paene malueram, quam Ἡρόδοτός τε ἐν, quod dedit vetus codex: ſed obſequendum putavi huius auctoritati: & videtur haec τε particula referri ad iſtam ſuperiorem, ubi dicebat, Ἀριστοφάνης τε. Manifeſto quidem errore in eodem codice continuo deinde ἐν τῇ ἑβδόμῳ ſcribitur. *Ibid.* »προβάλους δύο »λυκοεργέας.« Vide ipſum *Herodot. lib. VII.* cap. 76. & ibi ſcripturae varietatem. Mendoſum vero & prorſus analogiae contrarium erat λυκιεργέας, quod hîc apud Athen. editum erat: pro quo λυκοεργέας dedit codex *A.* quam ſcripturam mire Harpocration & Suidas firmant.

Extrema verba ſic vulgo ſcripta erant: Μήποτ' οὖν καὶ παρὰ τῷ Δημοσθένει γραπτέον λυκιοεργέας, ἵνα κέηται τὰ ἐν Λυκίᾳ εἰργασμένα. Ubi λυκιοεργέας ex Caſauboni emendatione erat: nam in ed. Ven. & Baſ. prorſus, ut paulo ante, λυκιεργέας ſcribebatur, haud dubio errore. Caſauboni vero emendationem cum ipſa ratio firmat, tum vetus noſter codex, denique optimus codex mſtus Suidae, e quo illud vocabulum, cum in Suidae & Harpocrationis editionibus deſideraretur, opportune Suidae reſtituit Küsterus. Porro etiam κέηται ex Caſauboni emendatione erat, pro quo κέκται habent veteres Athenaei editiones, vocem nihil ſignificantem: vetus vero codex καίηται habet; quod videtur utique proxime ex κέηται corruptum. Et pulcre quidem novimus, ſatis frequenti in uſu apud Graecos Grammaticos verbum

κεῖσθαι fuiſſe: ſed eo ſenſu, (de quo conf. Animadverſ. e in Athen. T. I. pag. 17 ſq.) qui minime huius eſſe loci nobis videbatur. Valet enim κεῖται idem fere ac γράφεται, *ſcribitur, ſcriptum in veterum libris reperitur.* Atqui ea notio hîc per verbum γραπτέον modo ante expreſſa erat: nunc vero agitur de eo, *quid ſignificet, quo pacto intelligenda ſit* propoſita *ſcriptura;* qua in re verbo ἀκούεται utuntur iidem Grammatici. Quare non dubitandum duxi, quin ἵν' ἀκούηται corrigerem, id eſt, *quo intelligeretur.* Et ſic iam olim *Paul.* LEOPARDUS corrigendum cenſuerat: eademque emendatio ita & neceſſaria & certa viſa erat *Henr.* VALESIO, ut in citando hoc Athenaei loco (in Notis ad Harpocr. voc. Λυκιουργεῖς) eam unice adhiberet, ne mentione quidem facta vulgatae ſcripturae. Denique vero, nullo modo ferri potuiſſe iſtud, Μήποτ' οὖν καὶ παρὰ τῷ Δημοσθένει γραπτέον, ita perſpicuum manifeſtumque videtur, praeſertim ſi Harpocrationem, & Suidam a Küſtero e codice manuſcripto emendatum contuleris, ut nihil opus ſit multis verbis demonſtrare. Nempe aut Ἡροδότῳ ſcriptum oportuit loco τοῦ Δημοσθένει, aut, quod probabilius atque etiam certum nobis videbatur, ſtatuendum fuit, ita olim ſcripſiſſe Athenaeum, ut a nobis reſtitutum eſt: Μήποτ' οὖν καὶ παρὰ τῷ Ἡροδότῳ ὡς καὶ παρὰ τῷ Δημοσθένει &c. Vides, ut a priori παρὰ τῷ ad poſterius aberraverit fugitivus librarii oculus. Suidae, quae dixi, verba haec ſunt: Μή ποτε οὖν γραπτέον παρὰ Ἡροδότῳ ἐν τῷ η'. (ſic ibi vulgo perperam, pro ἐν τῷ ζ'.) ἀντὶ τοῦ προβόλους δύο λυκοεργέας, λυκιοεργέας· ἵνα, ὥσπερ παρὰ τῷ Δημοσθένει, οὕτως ὀνομάζηται τὰ ἐν Λυκίᾳ εἰργασμένα. Et quod in Athenaei libris, quemadmodum apud Harpocrationem & apud Suidam, τὰ ἐν Λυκίᾳ εἰργασμένα in neutro genere ſcribitur, eo etiam haud parum firmatur emendandi huius loci ratio quam iniimus. Nam ſi *Demoſthenem* hîc nominaſſet, oportuerat τὰς - - εἰργασμένας, nempe φιάλας. Si unum nominaſſet *Herodotum*, oportuerat τοὺς - - εἰργασμένους, ſcil. πρόβόλους. Nunc, quoniam utrumque ſimul nominavit, neutro genere uſus eſt, quod ſimul ad τὰς φιάλας & ad τοὺς προβόλους referretur.

Priusquam vexatum relinquam locum, gratiam me initurum ſtudioſorum Lectorum exiſtimo, ſi, quo pacto eumdem locum tractaverit Epitomae auctor, expoſuero.

e Sic igitur ille : Λυκιουργεῖς φιάλαι : ἀπὸ Λύκωνος τοῦ κατασκευασμένου, ὡς καὶ κονώνιοι αἱ ὑπὸ Κόνωνος ποιηθεῖσαι. Δίδυμος δὲ τὰς ὑπὸ Λυκίου. ἦν δὲ οὗτος Βοιώτιος ἀνδριαντοποιός. ἀγνοεῖ δὲ ὁ γραμματικὸς οὗτος Δίδυμος, ὅτι τὸν τοιοῦτον μετασχηματισμὸν ἀπὸ τῶν τοιούτων ὀνομάτων οὐκ ἄν τις εὕροι γενόμενον, ἀλλ' ἀπὸ πόλεων καὶ ἐθνῶν. Ἀριστοφάνης, Εἰρήνῃ· Τὸ δὲ πλοῖον ἔσται Ναξιουργὴς κάνθαρος. Κριτίας· κλίνη μολοσσιουργής. (sic, pro μιλησιουργής.) καὶ κλίνη Χιουργής. Haec ille : nec Demosthenis mentionem faciens, nec Herodoti. Ex Athenaei Epitomâ, ut solet, sua hausit Eustath. quae tradidit ad Iliad. μ'. p. 868. l. 19 sqq. ubi pro eo, quod in nostro cod. *Epit.* corrupte scribitur, κλίνη μολοσσιουργὴς, magis etiam vitiose κρήνη μολοσσιουργὴς scriptum reperies. Vocabulum Κορινθιουργὴς ibidem de suo adiecit Eustathius.

AD CAP. LXXIII.

Μέλη. »Sicut genus aliud poculi ἀπὸ τῆς ᾠδῆς dictum »fuit ᾠδὸς, ut docemur postea : sic παρὰ τὸ μέλος, quod »idem est atque ᾠδὴ, *mele* haec nominata. Ita enim effe»rebant foemineo genere, non neutro, ut aliquis putet »ex Hesychio. Clarum ex Athenaeo, Epitomâ, & Eu»stathio.« Casaubonus. — Apud Hesych. legitur : Μέλη. τὰ γυῖα, καὶ ᾠδὴ, καὶ σκεύη. Sed foemininum genus perspicue declarat *Anaxippi* testimonium. Concise Epitomator : Μέλη· ἁπλικῶς, ποτήριόν τι : nil amplius. Quibus Eustathius (ad Iliad. λ'. pag. 814. l. 48.) de suo haec adiecit : ἴσως παρὰ τὸ μέλος, ὃ δηλοῖ τὴν ᾠδήν. ἐπεὶ καὶ ᾠδὰς παρὰ τῷ αὐτῷ (Ἀθηναίῳ) ποτήριόν τι.

f *Priori* Anaxippi *versui*, cum in metri legem impingeret, certam medicinam (quam eamdem ex ingenio adhibendam suaserat Iacobs in *Notis msstis*) obtulit noster codex mstus, ταυτηνὶ pro ταύτην scribens. *Vers.* 2. Quum manifesto vitio ἔνεγκ' ἐπὶ τὸ μνῆμ' ἐκείνην in ed. Ven. & Bas. legeretur, tacite ἐκείνης correxit Casaubonus : percommode id quidem; sed non negligendam putavi membranarum nostrarum scripturam, quae aliquanto etiam plus gratiae videbatur habere : ἐκείνῃ, in dativo casu : *fer illi in tumulum* sc. *ipsius*.

Μετάνιπτρον. Pro μεταδιδομένη, quod erat edi-

tum, nudum δεδομένη recte dedit uterque codex mstus: f pariterque Hesychius.

Ἀντιφάνης, Λαμπάδι. Sic mox iterum, p. 487. b. Probabilior fabulae titulus videtur, qui lib. VII. p. 307. d. & X. 423. d. sic citatur, Ἀντιφάνης ἐν Λάμπωνι. De *Lampone* vide Nostrum, VIII. 344. c. *ANTIPHANIS* testimonium in hunc modum scriptum erat:

Δαίμονος ἀγαθοῦ μετάνιπτρον ἐντραγεῖν σπονδήκροτος.

Cui nihil opis obtulere membranae, nec medicinam adferre tentavit Casaubonus. Graeca sic latine reddere conatus est DALECAMPIUS: *Post bellaria boni Genii poculum, quod libandum & plaudendum esse monet.* Pars eiusdem testimonii, aucta initio, repetitur mox pag. seq. *b.* hoc modo:

τράπεζα † φυστημινεὶς ἀλλὰ μὴν δαίμονος ἀγαθοῦ μετάνιπτρον.

Quibus rursus nihil, nec membranae, nec Animadversor, medelae adtulerunt. Ibi *Dalecampii* versio ita habet: *Nitida mensa, & praeterea boni Genii metaniptron.* Nos, collato inter se utroque loco, sic fere scriptum reliquisse poëtam coniectabamus:

Τράπεζα, φύστη ἡμῖν ἔσται· ἀλλὰ μὴν καὶ δαίμονος ἀγαθοῦ μετάνιπτρον ἐντραγεῖν, σπονδὴ, κρότος.

Id est:

Cibus nobis erit maza: verumtamen erit etiam boni Dei metraniptron deglutire, libatio, plausus.

Τράπεζαν non modo *mensam* dici, sed & *cibos* & *fercula mensae illata*, aut certe *mensa cibis instructa*, pridem observavimus. Vide IV. 151. a. & ibi not. conf. IV. 150. c. d. φύστην in ciborum recensu commemoratam vidimus apud Nostrum, IV. 131. e. vs. 55. item p. 137. e. in tenui quidem victu. Conf. III. 114. f. & ibi not. & IV. 149. a. *Ex farinâ & vino paratam* eam *mazam* tradit Scholiast. Aristoph. ad Vesp. 608. quod tamen non in constanti more fuisse videtur. Vini quidem alii Grammatici (Hesychius, Suidas, Etymologus) in hoc vocab. non meminerunt. Ad verba ἀλλὰ μὴν ex communi repetitum intelligi debet verbum ἔσται, ad infinitivum ἐντραγεῖν referendum. Et ἐντραγεῖν quidem de *cibis* maxime dicitur, qui *strenue vorantur:* at hoc loco (comicâ, puto, licentiâ)

de *potu* etiam uſurpat comicus Antiphanes: &, generaliori quadam notione fuiſſe interdum poſitum, intelligi videtur e Gloſſis Heſychianis; in quibus eſt non modo, Ἐντραγεῖν, ψωμίσαι: & Ἐντραγὼν, φαγών: verum etiam Ἐντραγεῖ, ἐντρυφᾷ. Grammaticus, ex cuius Gloſſis priori loco adpoſitum apud Noſtrum eſt iſtud *Antiphanis* teſtimonium, μετάνιπτρον acceperat de *calice*: commodius ve-a ro Seleucus, e cuius Gloſſis idem dein teſtimonium ex parte repetitur, *ipſam potionem* intellexit. In *Diphili* tamen verſibus, qui proxime ſubiiciuntur e fabulâ *Sappho*, haud obſcure de *calice* dici μεταντιπτρὶς videtur: mutatâ nempe nominis μετάνιπτρον terminatione in eam formam, quae in *poculorum* nominibus frequenter obtinet. At poteſt etiam μεταντιπτρὶς pro *diminutivâ* formâ ipſius vocabuli μετάνιπτρον accipi, quae eamdem fere cum hoc ſignificationem habeat. Atque ita accepiſſe *Seleucus* videtur, cuius interpretationem cum teſtimoniis ab eo adlatis continuo deinde adfert Noſter. Pari ratione utrumque vocab. iunxit Heſychius hoc modo: Μετάνιπτρον ἢ Μεταντιπτρὶς, ἢ μετὰ τὸ δεῖπνον, ἐπὰν νίψωνται, διδομένη κύλιξ. οἱ δὲ, τὴν ὑστάτην πόσιν. Quae fere ex ipſo Athenaeo excerpta videri poſſint.

In *Diphili* verſ. 2. ἀγαθὸς δαίμων non (ut declaratur apud Noſtrum XV. 675. d.) Bacchus intelligitur, ſed ipſe *Iupiter Servator*.

Καλλίας δ' ἐν Κύκλωψι. Quod iam paulo ante, ſimili occaſione, monui: particulae δὲ nullus hîc locus fuiſſe videtur, neque adverſativâ notione, neque continuativa. Eſt enim hoc primum teſtimonium, quod a *Seleuco* in *Gloſſis* erat adpoſitum. Nam, ut concedamus, Athenaeum noſtrum plurima veterum Auctorum, ac Poëtarum praeſertim ſcripta, ipſum perlegiſſe excerpſiſſeque; (conf. VIII. 336. d.) tamen diſſimulari non debet, permagnam partem illorum teſtimoniorum, quae ex antiquis poëtis in his libris adferuntur, non ex ipſis integris poëtarum fabulis a Deipnoſophiſtâ noſtro excerpta fuiſſe, ſed ita ab eo adpoſita, uti ea in vetuſtiorum Grammaticorum & Gloſſographorum ſcriptis relata repererat.

In *Philetaeri* verbis cum mendoſe in editis ſcriptum eſſet ἴσων ἰσῳ, monuit Casaubonus: »Scribe, ἐνέ»σεισε μεστὴν ἴσον ἴσῳ μεταντιπτρίδα μεγάλην, ὑπειπὼν »τῆς ὑγείας τοὔνομα. Sic conciſe loquebantur, πίνειν

» φιάλην vel κύλικα ἴσον ἴσῳ: ſupple κεκραμένην. Poſtre-
» ma verte: *ſimul dicens, eſſe id poculum Hygieae ſacrum.*
» Pollux libro VI. [ſect. 100.] μεταυιπτρίδα ait calicem
» eum ſolitum appellari, quem ſumebant poſtquam laviſ-
» ſent: eſſeque habitam metaniptridem ſacram τῇ Ὑγείᾳ,
» ſicut erat cratera Iovis Servatoris ſacra. « — ἴσον ἴσῳ
recte ſcriptum exhibuit nobis cod. *A.* (vide lib. X. cap.
37. noſtrae edit.) Ad vulgatum ὑπειπὼν nihil quidem
ex eodem cod. adnotatum: ſed, quemadmodum in eo-
dem haud multo ante (pag. 486. b.) ἐπ' ἐκείνης, pro ὑπ'
ἐκείνης perperam ſcriptum vidimus; ſic nunc vice verſa
ὑπειπὼν perperam pro ἐπειπὼν ſcribi perſuaſum habeo.

Φιλόξενος — — — Σὺ δὲ τάνδ' ἐκβάκχιον &c. »PHILO- b
»XENI verba ita ſcribam: Σὺ δὲ τάνδε βάκχιον εὔδροσον
»πλήρη μεταυιπτρίδα δέξαι· ἐπάν τοι Βρόμιος γάνος τόδε
»δοὺς ἐπὶ τέρψει ἁπάντων ἔχει. Nec multo aliter Dalecam-
»pius. δοὺς ἔχει Atticum eſt. « CASAUBONUS. — Verba
iſta in hunc modum edita erant: σὺ δὲ τάνδ' ἐκβάκ-
χιον εὔδροσον πλήρη μεταυιπτρίδα δέξαι πράν τι
τοι Βρόμιος γάνος τόδε δοὺς ἐπὶ τέρψιν ἅπαντας ἔχει.
GROTEFENDIUS in *Notis msstis*, & FIORILLO, Obſerv.
in Athen. p. 91 ſq. ſic conſtituendos verſus cenſuerunt:

Σὺ δὲ τάνδ' ἐκβάκχιον εὔδροσον
πλήρη μεταυιπτρίδα δέξαι.
ἀπέραντόν τοι Βρόμιος γάνος
τόδε δοὺς, ἐπὶ τέρψιν ἅπαντας
ἐπέχει. —

Quos in diſtribuendis verſibus, quatenus licuit, lubens
ſecutus ſum: in verbis vero nihil mutavi, niſi ubi vetus
codex haud dubie meliora editis dabat. Nempe ἄγει, pro
ἔχει: & πραΰ τι τοι, pro corrupto πράν τι τοι. Sed in
illâ ipſâ etiam codicis ſcripturâ abundabat τι, & unice
verum erat (me iudice) πραΰ τοι. *Primo* vero *verſiculo*
haud immerito ſuſpectum eſſe debet illud ἐκβάκχιον
εὔδροσον. Novimus quidem verbum ἐκβακχεύεσθαι vel
ἐκβακχεύειν, *bacchari, debacchari:* ſed nomen adiectivum
ἐκβάκχιος contra analogiam formatum videtur: quod ſi
etiam per ſe probum eſſet, notionem tamen habiturum
eſſet parum idoneam huic loco. Perquam probabile vero,
ac paene certum videtur, quod doctiſſimus IACOBS in *No-*
tis msstis propoſuit, Βακχίου εὐδρόσου πλήρη legen-
dum; id eſt, *roſcidi Bacchi plenam.* Idem εὐφραντικὸν pro

b mendoso πράν τι τοι legendum censuerat: & ἄγει pro ἔχει reponendum perspecte monuerat. γάνος τόδε, intellige γάνος ἀμπέλων, ut ait Euripides apud Nostrum, pag. 477. a.

In *Nicostrati versu*, pro Μεταναιπτρίδα, quod plene scriptum erat in editis, nunc in vetere codice, qui alioquin rarius elidere vocales solet, recte Μεταναιπτρίδ' scribitur.

AD CAP. LXXIV.

Μαστός. »Μαστὸς Graecis appellatum est *poculi genus* »quoddam; ut praeter Athenaeum testatur etiam Hesy»chius. Ratio nominis obscura non est: atque ad alia mul»ta similis figurae, id est, *quae dimidiatum globum referant*, »id nomen Graeci transferre solent.« Casaubonus. — Μαστὸν, vel μασθὸν, proprie *mammam*, *uber*, significare satis notum. Epitoma Athenaei hoc loco: Μαστὸς, παρὰ Παφίοις τὸ ποτήριον. Quae spectans Eustathius, ad Iliad. χ'. pag. 1354. l. 42. nonnihil de suâ coniecturâ adiecit. Καὶ παρὰ Παφίοις δὲ, inquit, μασθὸς (sic apud illum scribitur, editur certe) ποτήριον· σύστομον ὡς εἰκὸς, (id est, *angusto orificio*) ἐξ οὗ ἐβδάλλετο τρόπον τινὰ, ὡς ἐκ μασθοῦ, τὸ πινόμενον. Apud Hesychium quid sit quod vulgo legitur, Μαστόν· ποτήριον, ἢ λίθον, minime constat inter interpretes.

Ἀπολλόδωρος ὁ Κυρηναῖος, ὡς Πάμφιλός φησι, Παφίους &c. Possis *post* Πάμφιλος *distinguere* orationem, quod in ed. Bas. & Cas. factum, itemque a Valckenario, ad Theocr. Adoniaz. pag. 294. qui etiam *parentheseos* uncis includit illas voces ὡς Πάμφιλος. In ed. Ven. & in ms. *A.* (ut puto) nulla prorsus distinctio in hac regione ponitur. Sed stylo Athenaei convenientius visum nobis erat, si *post* φησὶ poneretur *hypostigme*, ut verbum istud cum Πάμφιλος iungeretur, & ad Ἀπολλόδωρος (per usitatissimam Nostro ellipsin) subintelligeretur. Sic quidem idem, cum alibi, tum pag. 483. a. Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ (sive ἐν τοῖς) περὶ Ἐτυμολογιῶν, Παφίους τὸ ποτήριον καλεῖν κύμβα. Utrumvis placuerit, illud certum videtur, de quo etiam Valcken. l. c. monuit: »*Apollodori Cyrenaei* ver»ba *Pamphilo* deberi.« — Sed de hoc ipso *Apollodoro* (ut ab Heynio monitum ad Apollodor. pag. 1167.) oriri po-

terat dubitatio, annon ex *Athenienſi Apollodoro* potius ducta ſit haec gloſſa; quoniam loco modo citato, ubi pariter de *Paphiorum* uſu loquendi agebatur, ad *Apollodori libros* περὶ Ἐτυμολογιῶν (quos *Athenienſis Apollodori* eſſe conſtat) provocaverat Noſter. Ne tamen temere pronunciemus, Ἀθηναῖος h. l. pro Κυρηναῖος ſcriptum oportuiſſe, Suidas vetat; a quo diſerte etiam *Cyrenaeus* APOLLODORUS, Gloſſographus, laudatur, in voc. Ἄντικρυς, & in Βδελύττεσθαι. Niſi forte ſtatuere licuerit, eumdem virum aliâs *Athenienſem*, alias *Cyrenaeum* dictum fuiſſe: quod genus quidem ab Athenis derivarit, (Ἀθηναῖος τὸ γένος ait Suidas, in Ἀπολλόδωρος Ἀσκληπιάδου) ſed Cyrenae fuerit natus & educatus; ſive quod *Athenis* quidem natus fuiſſet, ſed *Cyrenis* fortunae ſuae ſedes fixiſſet.

Μαθαλίδες. &c. »Illud obſcurum, quod ſequitur, c
»Μαθαλλίδας (vel, ut ſcribit Heſychius, μαθαλίδας) po-
»culorum aliquod genus fuiſſe dictum. Sed videntur & no-
»men & res ſignificata, in Graeciam aliunde invecta. BLAE-
»SUS comicus, qui ſolus ex antiquis omnibus, niſi fal-
»lor, ea voce uſus, in Sicilia aut Magna Graecia vixit,
»& ſcripſit Dorice: quod paucula haec eius verba decla-
»rant, ἐπίχεε ἡμῖν τῷ γλυκυτάτῳ. Ut ἄρτου φαγεῖν,
»ſic ἐπιχεῖν οἴνου: nam male *iota* ſubſcriptum.« CASAUBONUS. — Heſychius, prorſus ut mox Noſter ex Pamphilo: Μαθαλίδες· ἐκπώματά τινα· οἱ δὲ, μέτρα, ὡς κύαθοι. Quemadmodum autem apud illum ſimplici λ litera ſcribitur id vocabulum, ſic & vetus cod. *A.* apud Noſtrum, Μαθαλίδες habet, & mox μαθαλίδας, ſimplici λ. Pariter Epitoma: ſed in eadem prave (in noſtro quidem cod. Epit.) σθ pro nudâ θ literâ: καὶ ἡ μασθαλὶς δὲ κύλιξ τίς. Quod magis etiam corruptum apud Euſtathium: (Iliad. χ'. pag. 1355. l. 41.) ἐκ δὲ τούτου (τοῦ μασθοῦ) ἴσως καὶ μασθάλης, κύλιξ τις παρὰ τοῖς παλαιοῖς. De *BLAESO* poëtâ vide notata ad III. 111. c. Menſuram *verſus*, qui ex illo hîc adponitur,

Ἑπτὰ μαθαλίδας ἐπίχεε ἡμῖν τῷ γλυκυτάτῳ,

parum equidem percepi. Eumdem adponens VALCKENARIUS l. c. μασθαλίδας ſcripſit, pariterque titulum huius loci ΜΑΣΘΑΛΙΔΕΣ ſcribendum cenſuit; in quo quidem unius Euſtathii lubricâ auctoritate vir praeſtantiſſimus uſus erat.

AD CAP. LXXV.

c Μάννης. ποτηρίου εἶδος. Νίκων Κιθαρῳδῷ· &c. »Μάννης »quoque pro poculo usurpatum est: sed translatione du»râ, & a paucis: nam longe aliud in instrumento cotta»borum id nomen significat, ut docet nos Athenaeus. »Citatur Athenaeo *Nicon* Κιθαρῳδῷ, qui usurparit pro »*poculo*. Et Iulius Pollux eodem auctore in eandem rem »utitur, lib. VI. cap. XVI. [sect. 99.] cuius codices ex »Athenaicis emendabis. Rursus ex Polluce scribe in Athe»naeo λαβὲ, non εἶχε. *Cape*, ait, *hunc manem*. Probant »ultima haec,

»χωροῦντα κοτύλας πέντ' ἴσως. ἑδεξάμην.

»Ita distinguendum. Qui mutant πέντε in δέκα, [quod »fecit Dalec.] agant cum Polluce, qui falsi eos arguit.« Casaubonus. — Pollucem utique vide, ibique conatus doctorum virorum, partim ex Athenaeo illum, partim ex illo scripturam codicum Athenaei emendandi. Edita apud Nostrum scriptura sic habebat:

Καὶ πάνυ τὶς εὐκαίρως προπίνων φησὶ πατριώτα,
μάννην δὲ εἶχε κεραμεοῦν ἀδρὸν,
χωροῦντα κοτύλας πέντ', ἴσως ἑδεξάμην.

Levi mutatione (προπίνω, φησὶ, pro προπίνων φησὶ, scribendo) & verba & sententiam & metrum curavit *Adr.* Heringa, Observ. cap. 3. pag. 29. laudatus Piersono ad Moerin pag. 226. Quem sequi haud dubitavi. Et προπίνω pro προπίνων scribendum, iam olim monuerat Palmerius, Exercit. pag. 518. De *Mane* prorsus nihil hoc loco habet Epitomator: forsan, quia noverat de eo infra rursus ex professo agere Nostrum, lib. XV. pag. 667 & sq.

d Καλεῖται δὲ μάννης καὶ τὸ ἐπὶ τοῦ κοττάβου ἑφεστηκὸς, ἐφ' οὗ τὰς λάταγας ἐν παιδιᾷ ἔπεμπον. Vulgatum ἀφ' οὗ (id est, *a quo*) ferri non posse recte videns Palmerius, Exercit. pag. 518 sq. ἐφ' ὃν scribendum censuerat: sic & Küsterus ad Suidam, voce Κοτταβίζειν. Mireris quidni ἐφ' ὃ potius. Sed pressius insistendum nobis fuit veteris scripturae vestigiis, ἐφ' οὗ corrigendo, cum Brunckio in Sophoclis Fragm. pag. 28. edit. in 4to. cui Bentley praeiverat, in Epist. ad Millium, pag. 59. Photius in Lexico msto: (teste Alberto ad Hesych. Tom. II. pag. 537.

not. 5.) Μάνης — ἀγγεῖον, εἰς ὃ τὰς λαταγὰς ἠθίεσαν. d Commode εἰς ὃ, i. e. *in quod*: ſed commodius ἐφ' οὗ: nec enim ſemper feriebant ſcopum: ἐπὶ autem *cum genitivo*, ſi minus ſubtiliter ſpectes, idem quidem valet ac εἰς *cum accuſat.* proprie vero non tam *in locum*, quam *verſus* locum; ut nomen in *genitivo* poſitum indicet *ſcopum quo tendis.* Vide Stephani Theſ. T. I. pag. 1209. f. & Lexicon noſtrum Polybianum, pag. 240. num. 5. Infra, libro XV. pag. 667. c. ubi de eodem *Mane* agitur, perperam vulgo edebatur, ἐφ' οὗ τὴν καταβαλλομένην ἔδει πεσεῖν πλάστιγγα: ubi unice verum eſt ἐφ' ὃν, quod ibi habet noſter codex.

Σοφοκλῆς ἐν Σαλμωνεῖ. Sic recte ed. Ven. & Baſ. Suo more ει & ι permutans ſcriba veteris noſtri codicis, Σαλμωνι ſcripſerat, nullo (puto) accentu impoſito. De illa *Sophoclis* fabulâ, praeter ea quae Caſaubonus adnotavit ad Athen. VII. 277. c. (Animadv. Tom. IV. pag. 47.) videndum Galeni teſtimonium apud Brunckium, in Lexico Sophocleo, voce Πέμφιξ: e quo diſcimus, *Satyricum* illud drama fuiſſe. In *Sophocleis* verſibus nil variant libri; & nil mutarunt vel Bentley vel Brunck: de quorum verſuum integritate tamen nonnihil addubitare licebit. Dura quidem (ut alia taceam) ellipſis pronominis ἃ, initio *ſecundi verſus*: quare ibi ἃ καλλικοτταβοῦντι νικητήρια corrigi Villebrunius (praeeunte, puto, Adamo) voluit. Sed articulo τῷ non videtur carere poſſe oratio. Quo probabilior mihi feliciorque viſa eſt emendatio a clar. Iacobs (in Muſeo Attico, Germanico ſermone edito, Tom. III. Part. 3. pag. 489.) propoſita, *primo verſu* φόφους pro φόφος legendum cenſente. Qui quod etiam κνίσμα pro κνισμὸς corrigendum ſtatuit, id quidem minus neceſſarium iudicavi: ſed verba in hunc modum ſcripta & diſtincta,

Τάδ' ἐστὶ κνισμός. καὶ φιλημάτων φόφους
τῷ καλλικοτταβοῦντι νικητήρια
τίθημι &c.

in eam ſententiam accipienda putavi, quam in latina verſione expreſſi. *Haec aemulatio eſt. Et oſculorum ſtrepitus praemia propono* &c. Quanta *contentione* & *aemulatione* huic ludicrae arti incubuerint olim Graeci, haud multo ante vidimus, pag. 479. e. f. Vocabulum autem κνισμὸς, idem valet ac ζηλοτυπία & διαφορά: i. e. *aemulatio & contentio.* Vide Heſych. h. v. & Alciphr. lib. I. epiſt. 29. ibique Ber-

d glerum, pag. 122. *Osculorum*, tamquam praemiorum in cottabi ludo, Plato etiam comicus meminit, XV. 666. e. Quod modo laudavi IACOBSII scriptum *Attico Museo* insertum, in eo uberiorem illam Athenaei de *Cottabo* disputationem, quae initio libri XV. continetur, in Germanicum sermonem translatam & eruditis observationibus illustratam dedit Vir ille multis modis de Graecis Musis eximie meritus.

Ἀντιφάνης, Ἀφροδίτης γοναῖς. »*ANTIPHANIS* locus e »*Veneris natalibus*, habetur & libro XV. Conferant ſtu»dioſi utramque lectionem. *Tertius verſus* eſt hypermeter: »ὑποκείμενον ἄνω τὸ μικρὸν τὸ πινακίσκιον λέγεις. »Conſtabit, ſi tollas aut ἄνω aut μικρόν. Et ſpeciem ha»bet abſurditatis, dici aliquid ὑποκείμενον ἄνω. Non ali»ter tamen libro XV. ac fortaſſe deſunt verba pluscula.« CASAUBONUS. — In *ANTIPHANIS* verſu illo, qui lib. XV. pag. 666. f. proxime praecedit hos qui hîc adponuntur, quaerebat alter, τίνα τρόπον; *quo pacto inſtituitis illum cottabi ludum?* Ad quam quaeſtionem reſpondet is qui hîc primus loquitur: cuius verba, cum eis quae rurſus interſerit alter, ſic vulgo edita legebantur:

Ἐγὼ ἐπιδείξω καθόσον ἂν τὸν κότταβον
ἀφῇς ἐπὶ τὴν πλάστιγγα. ποῖον ἂν τοῦτο τὸ
ὑποκείμενον ἄνω τὸ μικρὸν τὸ πινακίσκιον λέγεις.
τουτέστι πλάστιγξ ἵν' αὕτως ὁ κρατῶν γίνεται.
Πῶς δ' εἰσεταί τις τοῦτ' ἐὰν τύχῃ μόνον,
αὐτῆς ἐπὶ τὸν μάνην πεσεῖται, καὶ φόφος
ἔσται πάνυ πολὺς πρὸς θεῶν τῷ κοττάβῳ.
Πρόσεστι καὶ μάνης τὶς ὥσπερ οἰκέτης.

In quibus nil mutat vetus codex, niſi quod *verſ.* 4. ἵν' οὗτος habeat, & *verſ.* 5. τοῦτο ἐὰν. Sed libro XV. conſentientibus mſstis, *verſu* 1. διδάξω ſcribitur, non ἐπιδείξω: tum *verſ.* 2.

ἀφεὶς ἐπὶ τὴν πλάστιγγα ποῖαν τοῦτο τοὐπικείμενον:

ubi ms. *Ep.* ἀφῇς quidem habet; *ante* ποῖαν autem, & rurſus *poſt* ποῖαν *diſtinguit* orationem. Porro *tertius verſus* ibi ſic editus legebatur:

ἄνω τὸ μικρὸν πινακίσκιον λέγεις;

ſed τὸ articulus *poſt* μικρὸν *repetitur* in utroque mſto. Denique ibidem *verſ.* 5. edebatur quidem, εἰσεταί τις τοῦτο γ': ſed τοῦτο *absque* γ' habent mſsti, & poſt τοῦτο recte

in ms. *Ep.* distinguitur oratio. Iam *verſu ſecundo* defectam d eſſe orationem (quod etiam Caſaubonus ſuſpicatus erat) dubitari vix poterat. Rationem autem explendae lacunae opportune ſuppeditabat Luciani Scholiaſtes ad Lexiphan. c. 3. (Tom. V. edit. Bipont. pag. 181.) qui partem eiusdem teſtimonii Antiphanis (perperam quidem *Ariſtophane* vulgo, loco *Antiphanis* nominato) his verbis adpoſuit: Ἀριστοφάνης Ἀφροδίτης γοναῖς· Ἐγὼπιδείξω καθ' αὑτὸν κότταβον ἀφεὶς, ἐπὶ τὴν πλάστιγγα ποιήσεις πεσεῖν πλάστιγγα ποιεῖν τοῦτο τὸ πλάστιγγας δὲ τὸ ὑποκείμενον ἄνω τὸ μικρὸν, τὸ πινακίσκιον λέγει. ἐὰν δὲ μόνον τύχῃ αὐτῆς, ἐπὶ τὸν μάνην πεσεῖται. Quae, quamvis multis modis miſere corrupta, e vetere quodam Athenaei codice, qui hac ipſa parte paulo fuerat integrior quam is e quo duo noſtri derivati ſunt, deſcripta videntur: nam & quae apud eumdem Scholiaſten continuo ſequuntur, Παρῆλθε δὲ ὁ κότταβος εἰς τὰ συμπόσια &c. ex eodem Athenaeo deſcripta ſunt, ut ſupra ad cap. 57. (ubi de *cottabide* agebatur) obſervavimus. Quibus inter ſe collatis veteris ſcripturae veſtigiis, feliciſſime hunc locum curavit Toupius, in Epiſt. Crit. pag. 47. cuius a ratione nos non diſceſſimus, niſi in *primo* ex eis verſibus, qui hîc leguntur. Quem cum ille ſic conſtituerit;

Ἐγὼ διδάξω καθ' ὅσον. Ὅς ἂν τὸν κότταβον:

nos primum id, quod hoc loco vetus noſter codex mstus cum editis habet, Ἐγὼ ἐπιδείξω, (quod & ipſum vetuſtior ille codex, quo Luciani Scholiaſtes uſus eſt, agnoverat) hîc tenendum putavimus: tum vero ad quaeſtionem τίνα τρόπον, (quae verſum iſtum praecedit, p. 666. f.) non reſponderi poſſe exiſtimavimus, Ἐγὼ ἐπιδείξω (vel διδάξω) καθ' ὅσον, ſed aut καθ' ὁποῖον aut (quoniam id verſui non conveniebat) καθ' ὃν ſcriptum oportuiſſe. Sic librarius, qui καθόσον ἂν τὸν κόττα βον ſcripſit, cum καθ' ὅν. ὃς ἂν debuiſſet, in eo erraverit, quod pro ON & OΣ inverſe OΣ & ON ſcripſerit. Attamen mirum videri debet, duobus diverſis locis (cum hîc, tum rurſus pag. 666.) in eisdem verbis eodem prorſus modo fuiſſe erratum: videndumque, ne καθόσον (vel καθ' ὅσον) recte hîc poſitum ſit, ſed cum ſequentibus verbis conſtruendum; quod ſane fieri nullo incommodo poſſet, ſi modo pronomen τὶς ſequeretur. Quare fortaſſe in hunc modum concipiendus *primus verſus* erat:

d Ἐγὼ ἐπιδείξω. (*vel* διδάξω.) καθόσον ἄν τις κότταβον &c.

Sin τὸν articulum utique ad κότταβον ſervatum velis, poſſit *ſecundo verſui* medela adferri, hoc modo:

Ἐγὼ ἐπιδείξω. καθόσον ἂν τὸν κότταβον
τὶς ἀφεὶς ἐπὶ τὴν πλάστιγγα &c.

Sane ad primora verba Ἐγὼ ἐπιδείξω, vel Ἐγὼ διδάξω, etiamſi nude ita ſteterint, nihil admodum deſiderabatur; cum praeſertim e ſuperiori verſu facillime ſuppleri poſſit, τίνα τρόπον. Et ſic etiam acceperat Epitomae auctor, qui lib. XV. pag. 666. omiſſis verſibus qui ibi praecedunt, eclogam *Antiphanis* ab his ipſis verbis incepit, Τίνα τρόπον ἐγὼ διδάξω. Nec turbare nos debet, quod ad huiusmodi protaſin, καθόσον ἄν τις &c. minus commode inferri videatur apodoſis illa, quae *verſ.* 5. his verbis concepta eſt, οὗτος ὁ κρατῶν γίνεται. Nam, ubi inter protaſin & apodoſin interiicitur (quemadmodum hoc loco) paulo longior parentheſis, ibi non modo poëtae, verum etiam probatiſſimi proſaici ſcriptores, huiusmodi ἀνακολουθίας, atque etiam multo mirabiliores, ſibi licitas eſſe e exiſtimant. Quod *verſu penult.* pro τῷ κοττάβῳ Toupius καὶ κοττάβῳ ſcripſit, id imprudenti, puto, exciderat: certe nil ibi opus erat librorum mutare ſcripturam.

Ἕρμιππος Μοίραις· Ῥάβδον δ' ὄψει &c. »Etiam *Hermippi* locus extat libro XV. [pag. 668. a. ubi nonnulli etiam verſiculi accedunt.] »Ibi aperimus eius mentem. »Scribe autem, μάνης δὲ οὐδείς· λατάγων δὲ τὴν ταλ.« Casaubonus. — Nempe vulgo ſic h. l. ſcriptum erat, μάνης δ' οὐδὲν λατάγων ἀεὶ, τὴν δὲ τάλαιναν &c. nec verſuum nec ſenſus habitâ ratione. Ubi pro ἀεὶ vir doctus, cuius Notae quaedam in Athenaeum exhibentur in ed. Caſ. 2. & 3. pag. 704. δεῖ corrigendum cenſuit, de metri ratione non magis quam Caſaubonus ſolicitus. Ad verum propius accedit vetus noſter codex, αἰεὶ ſcribens; niſi fortaſſe ipſum verum ἀΐει habet, quod ex perſpicaci coniectura Iacobs reſtituit in libello paulo ante laudato; ubi etiam lepidiſſimos anapaeſticos verſiculos, quibus conſtat tota ecloga, recte distinxit. Quod vero ipſum hunc verſiculum, de quo agimus, ſic ſcribendum cenſuit Vir doctiſſimus,

μάνης δ' οὐκέτι λατάγων ἀΐει:

nihil equidem vidi quod obſtaret, quo minus librorum

ſcripturam οὐδὲν teneremus. Rurſus οὐδὲν ſcribi debuerat pag. 668. a. ubi perperam οὐδὲ edd. & mſtus codex. *Verſu* 1. verbum φησὶ non poëtae, ſed Athenaei eſſe, facile adparet. De ῥάβδῳ κοτταβικῇ vide Polluc. VI. 110. & Suidam, in Κοτταβίζειν. *Verſ.* 2. ἀχύροισι, ſicut p. 668. editum erat, ſic hîc etiam dedere membranae: ſic & Scholiaſtes Ariſtoph. ad Pac. 1241. qui duos priores ex his *Hermippi* verſiculis adpoſuit. Argumenti ſumma eſt, quod e praecedentibus pag. 668. verſiculis adparet, *pacis oblectationes cum adparatu inſtrumentisque bellicis permutatas eſſe.*

AD CAP. LXXVI.

Νεστορίς. *Neſtoreum poculum.* » Explicatur hîc Νεστο- f
» ρὶς Homerica, (κύλιξ nempe:) de cuius artificio libros
» integros quidam veterum Criticorum ediderant. Sunt
» hîc nonnulla quae manum ſculptoris deſiderent potius,
» quam verba. Sed nos aliò vocamur. Cum erit plus otii,
» & haec & ſimilia his alia figuris illuſtrabimus: ſi modo
» vitae longioris uſuram largiatur nobis ὁ ὑπεράρρητος
» Θεός. « CASAUBONUS. — Et nobis profecto iucundum foret, ſi per occaſionem eorum, quae *de variis veterum Vaſorum generibus formisque* hoc libro diſputantur, exſpatiari in amoeniſſimum illum Antiquitatis campum liceret, &, quae a WINCKELMANNIS, a CAYLIS, VISCONTIS, MILLINIS, BOETTIGERIS, aliisque ingenio & doctrinâ & pulcri ſenſu praeſtantibus viris, hoc de genere in lucem protracta, eruditeque & ingenioſe illuſtrata ſunt, ea cum his, quae tradit Grammaticus noſter, conferre nobis vacaret. Sed nos quoque aliò vocamur: atque etiam illud ipſum genus diſquiſitionum ne admodum quidem huius eſſe loci arbitramur: qui in toto hoc, quem Athenaeo impendimus, labore bene praeclareque nobiscum actum putabimus, ſi, reſtitutâ (quoad fieri poteſt) germanâ Auctoris noſtri & eorum quorum ille teſtimoniis uſus eſt ſcripturâ, tum ſententiâ Graeci exemplaris commodiore interpretatione quam quae adhuc exſtabat, expoſitâ, denique ſi excuſſis diſcuſſisque nonnullis ex eis difficultatibus, quae in verbis auctorum etiam nunc magno numero ſupererant, ſtudioſis Antiquitatis hominibus nonnihil ad faciliorem expeditioremque huius (vere dixerim) *Cornucopiae veteris eruditionis* uſum contulerimus.

a Ἐν τούτοις ζητεῖται, πρῶτον μὲν &c. » Proponuntur » initio quaeſtiones aliquot ſuper hoc poculo, vel potius » ſuper Homericis verſibus [Iliad. λ'. 631 ſqq.] in eius de- » ſcriptione. Cuiusmodi eſt hoc de *clavis aureis*, *quibus* ait » poëta fuiſſe *hoc poculum argenteum* πεπαρμένον. Quod ita
b » explicatur: Οἱ μὲν οὖν λέγουσιν ἔζωθεν δεῖν (ita ſcribe) » ἐμπείρεσθαι τοὺς χρυσοῦς ἥλους τῷ ἀργυρῷ ἐκπώματι κατὰ » τὴν ἐμπαιστικὴν τέχνην. Sic legimus ex libris & » Euſtathio. Quidam codd. κατὰ τρόπον τὸν τῆς ἐμπαι- » στικῆς τέχνης. Fabrilis artis verbum eſt ἐμπαίειν: quod » ſignificat, *clavis bullisve adactis & infixis opus aliquod* » *ornare*. Opus ita elaboratum ἐμπαιστὸν vocabant: quae » indebant, ἐμπαίσματα: artem ipſam, ἐμπαιστικήν. Eu- » ſtathius, [ad Iliad. λ'. pag. 836. l. 8.] ἄλειστον, οἱονεὶ τὸ » μὴ λεῖον, ἀλλὰ τραχὺ τοῖς ἐμπαίσμασι. Idem alibi, [ad » Iliad. ω'. pag. 1493. l. 22.] ἄλειστον, τὸ μὴ ὂν λεῖον, ἀλ- » λὰ περιφερὲς ἢ ἐμπαιστόν. Inde etiam veſtes auro ſqual- » lentes & clavis aureis inſignes, χρυσεμπαίστους appella- » runt, translato verbo ab arte fabrorum & caelatorum. » Chryſoſtomus, Homiliâ quinquageſ. in Matth. τί τὸ ὄφε- » λος, εἰπέ μοι, τῶν λίθων τῶν τιμίων τούτων, καὶ τῶν χρυ- » σεμπαίων ἱματίων. Lego, χρυσεμπαίστων. De huiusmodi » operibus quaedam ad librum ſecundum Suetonii [Au- » guſt. c. 7.] notabamus. Quibus poteſt addi locus Se- » necae, Epiſt. v. *Non habeamus argentum, in quod ſolidi* » *auri caelatura deſcenderit.* Adiiciemus & hoc exemplum, » non quidem admodum antiqui, ſed magni tamen ſcri- » ptoris, Pauli Iovii, cuius ſunt verba e libro XXVIII. » *Abduxit Budâ Solymannus tria inuſitatae magnitudinis ope-* » *roſique artificii torménta: quum paſſim ad ornamentum inſi-* » *gnia & literae, argento ſculptoria arte aeri incluſo, eſſent ad-* » *miranda.* « CASAUBONUS. — Ars illa, de qua hîc agi- tur, popularibus noſtris vocari *l'art de damasquiner*, *d'in- cruſter un métal dans un autre*, notavit h. l. VILLEBRUNIUS. δεῖν ἐμπείρεσθαι (non δεῖ, ut editum erat) habet uter- que noſter codex mſtus. Scripturam κατὰ τὴν ἐμπαιστι- κὴν τέχνην non in aliis ſcriptis libris repererat Caſaubo- nus, niſi in Epitoma: in qua haec de *Neſtoride* disputatio fere integra, ut in pleniore opere, exhibetur: unde ple- raque in Commentarium ſuum in Iliad. λ'. retulit Euſta- thius, pag. 815 ſub fin. usque pag. 817. Vellem, codi- ces operis plenioris κατὰ τρόπον τὸν τῆς &c. darent:

haud cunctanter equidem recepiſſem. Sed eam ſcripturam nonniſi ex coniecturâ docti cuiusdam viri alicubi adnotatam repererat Caſaubonus. Veteres noſtrae membr. *A.* cum ed. Ven. & Baſ. vocabulum τρόπον ignorant: quod ipſum neſcio equidem an per ellipſin omitti potuerit; illud certum eſt, ſi non adiectum olim fuit, ſubintelligendum fuiſſe: quare adieci quidem, ſed non ſine dubitationis ſignificatione.

In verſu de *Achillis ſceptro*, ex Iliad. α'. vs. 245. pro Πηλείδης, quod apud poëtam legitur, commode hîc e verſu praecedenti verbum χωόμενος ponitur. Proximi verſus c de *Agamemnonis enſe*, ſunt ex Iliad. λ'. 29 ſq. Quorum in poſteriore recte veteres noſtrae membranae χρύσεοι exhibebant, ut apud Homerum, non χρύσειοι, ut hîc edebatur.

Ἀπελλῆς μὲν οὖν ὁ τορευτὴς &c. *Apellae caelatoris* Plinius meminit lib. XXXIV. cap. 8. ſect. 19. num. 26.

AD CAP. LXXVII.

ταῖς Κορινθιακαῖς ὑδρίαις recte codex mſtus uterque; d non ὑδρείαις, ut edd. Vide V. 199. d. & X. 413. b. & utrobique notata.

Ὁ δὲ Ἀπελλῆς ἐντέχνως ἄγαν ὑπέδειξε &c. » *Apellis* » *tornatoris* (utamur eâ voce cum Firmico) demonſtratio » *quomodo anſas quatuor haberet Neſtoris*, in Graeco textu » ſatis plana: ſed non pauca obſcurant interpretes. Haec » eſt ſumma. Poculi τὸ κυρτὸν ornabant prominentiae quae- » dam in longum productae, quas ob ſimilitudinem *vir-* » *gas* vocat. Hae non ſimplices erant, ſed duplices. Si- » mul enim currebant binae parallelae a fundo ad labrum » poculi. Octo in univerſa ſuperficie virgae erant; ſed » quatuor ſolum paria. Omnium idem initium, ab ea ni- » mirum parte, qua pes poculi centro illius committitur. » Quatuor iſta paria aequalia aequalibus intervallis a ſe » diſſita, in quadrantes pares ſuperficiem poculi divide- » bant. Porro binae virgae quae unam συστοιχίαν facie- » bant, producebantur aliquantum (puta, duos transver- » ſos digitos) ſupra labrum poculi: ibi committebantur » earum extrema. Ita fiebant *anſae quatuor*, ſive *aures Ne-* » *ſtoridis*: quibus etiam fulciebatur, ſi in menſam aliquis » eam invertiſſet. Ita capimus deſcriptionem Athenaei:

»non tamen negamus posse quaedam paullo aliter acci»pi; maxime propter illa verba, καθ' ἑκάτερον οὖς. Sed, »ut diximus, aliâs haec, ut speramus, examinabimus »pensiculatius. Saeculo Athenaei cernebatur adhuc ea fi»gura in quibusdam manus antiquae poculis: μάλιστα »δὲ, inquit, ἐπὶ τῶν λεγομένων σελευκίδων. Epitoma, »ἥκιστα δέ. Scribo οὐχ ἥκιστα δέ. « CASAUBONUS. — Noster codex *Epit.* recte μάλιστα tenet cum ms. *A.* & editis. Caeterum, quae de *quatuor ansis* ex mente *Apellae caelatoris* commentatus est doctissimus Animadversor, in his ille sententiam Apellae, satis perspicuis verbis (ut mihi videbatur) ab Asclepiade & Athenaeo expositam, non modo obscuravit, sed, si quid iudicare valeo, prorsus
e in contrarium vertit. Non *quatuor virgarum paria* aequis intervallis distantia statuit Apelles: sed *duo virgarum vel baculorum paria;* scilicet utramque ansam (nam proprie nonnisi *duas* ansas statuit) secundum longitudinem in duas partes, veluti virgas, in medio aliquantisper distantes, divisam: e *quo exsistunt*, inquit, *quatuor ansae;* nempe, ut possis quodammodo dicere, quatuor esse ansas; quoniam utraque veluti in duas divisa esset. Quod aliquanto etiam clarius Eustathius expressit, l. c. pag. 817. l. 17. ubi pro eo, quod apud Athenaeum (in opere pleniore, & in Epitomâ) sic legitur, καὶ γίνεται τὸν τρόπον τοῦτον τέτταρα ὦτα, diserte sic scribit, καὶ γίνονται οὕτω τέτταρα ὦτα τῇ διασχίσει, id est, *& sic exsistunt quatuor ansae ob illam divisionem* vel *fissionem.*

Τὸ δ' ἐπὶ τῶν δυεῖν πυθμένων. Formam pronominis δυεῖν, pro editâ formâ δυοῖν, recepi ex ms. *A.* Vide VII. 290. b. & IV. 137. f. ibique not.

f τῶν ποτηρίων τινὰ μὲν ἕνα πυθμένα ἔχειν. Commode haberet finitum verbum ἔχει, si (ut in *Epit.*) sequerentur nominativi αἱ φιάλαι & αἱ σελευκίδες. Sed quum in accusativos τὰς φιάλας & τὰς σελευκίδας cum editis consentiant veteres membranae, intelligi par erat, ἔχειν in infinitivo hîc scriptum oportuisse. Quod dein scribitur, ἕτερον δὲ τὸν προσθετὸν, consulto tenuimus *acute* scriptam vocem. Levis quidem per se videri observatio possit: quâ tamen neglectâ, aberraveris subinde a sententia auctoris. Adiectiva verbalia composita, si accentum in ultimâ habent, rectâ & proxime a verbo composito ducta sunt; sic a προστίθημι, *adpono*, fit προσθετὸς,

adpoſitus: ſin accentum habent in antepenultimâ, ex ſimplici adiectivo & praepoſitione compoſita ſunt. Si προσθετος ſcribas, ſtatuendum fuerit primo ſimplex adiectivum verbale θετὸς, dein ex hoc & πρὸς praepoſitione compoſitum πρόσθετος. In hoc quidem exemplo parum referre videatur: ſed reperies alia, in quibus pro diverſo accentus ſitu ſatis diverſa notio exſiſtit. Iterum quidem infra (pag. 503. e. ubi eadem verba repetuntur) idem codex *Epit.* πρόσθετον antepenacute ſcriptum habet; ubi πρόσθε τὸν (ſic) ms. *A.* recte vero iterum προσθετὸν edd. ut hoc loco.

Δύναται δὲ καὶ δύο πυθμένας ὑποτίθεσθαι. δύναται, a ſcilicet *Homerus*. Nam verbum ὑποτίθεσθαι activâ notione accipitur, *ponere, ſupponere, fingere, ſtatuere:* quare etiam nomen πυθμένας in accuſativo caſu poſitum. confer infra, lit. e. Iam quae hîc exponitur ratio *duorum poculi fundorum*, prorſus eadem eſſe cum ſuperiori viſa erat Gallicis interpretibus, qui idcirco totam hanc ῥῆσιν ex gloſſa imperite intruſam cenſuerunt. Quod longe ſecus eſt. Nam in ſuperiori ratione (pag. 488. f.) praeter *fundum naturalem*, qui pars eſt ipſius poculi, *unus* ſtatuebatur *fundus* προσθετὸς, *extrinſecus accedens, adſcititius*, qui non pars poculi per ſe ſpectati eſt, ſed *baſis & fulcrum*. At hoc loco qui ſtatuuntur *duo fundi*, προσθετοὶ ambo intelliguntur, & diſerte distinguuntur a *fundo naturali*, qui pars eſt ipſius per ſe poculi. Statuuntur ergo hîc *duae baſes, altera ſuper alterâ;* & *prior* quidem *minori circumferentiâ*, cui per ſe iam (niſi ſuppoſita altera foret) inſiſtere poculum poſſet, ſed tamen minus tuto; *poſterior*, priori ſubiecta, *multo ampliorem in imo circumferentiam habens*. Quo ex loco intellexi, non debuiſſe me turbari eo quod p. 481. d. mentio fiat ποτηρίων πυθμένα μὴ ἐχόντων, *poculorum fundum non habentium:* πυθμὴν enim ibi non intelligendus erat *fundus proprie ſic dictus*, nempe *ima pars ipſius per ſe poculi*, quam tangit proxime liquor infuſus; ſed *baſis & fulcrum*, cui inſiſtit poculum. Conf. Polluc. VI. 99. Eâdem notione p. 501. a. ἀπύθμενος φιάλη dicitur *phiala, quae baſin* cui inſiſtat *non habet*. Quare rectiſſime divinaverat Coray, non ὀρθὸν πυθμένα pag. 481. d. eſſe legendum, ſed ποτηρίων βαθέων – – καὶ ὀρθῶν, *genus poculorum profundorum* (ſive, *altorum*) *& rectorum*. Et quod ibi *cymbia* eſſe *genus poculorum rectorum* ait Dorotheus Grammaticus: in eo

diſſentiebat ille a Simariſto, qui eadem cymbia ſtatuerat eſſe κοῖλα ποτήρια, *cava pocula*, id eſt, *concava*, *curvata*, adeoque *extrinſecus convexa*, *non plana*. Conf. Animadv. ad p. 501. a. Rurſus, quod βαθέα ait Dorotheus, etiam huius contrarium ſtatuerat Simariſtus, μικρὰ dicens: nam ſi βαθέα, non ſunt μικρά. Denique quando Macrobius Saturn. V. 21. *cymbia* dixit eſſe *pocula procera*, illud *procera* non ad graecum vocabulum ὀρθὰ erat referendum, ut nos fecimus, ſed ad βαθέα: nam pocula βαθέα, i. e. *profunda*, eadem *procera* ſint neceſſe eſt. Ex his, ſero a nobis obſervatis, corrigat ſtudioſus Lector ea quae minus adcurate ſcripſeramus in Animadv. ad p. 481. d.

b ἐξηγ. τὴν κατὰ τὸν Διονυσ. διάτ. φησὶ, σκύφον εἶναι παρακειμένως ἔχοντα τὰ ὦτα καθάπερ αἱ δίπρωροι τῶν νεῶν. »Erunt qui ſuſpecta habeant iſta, σκῦφον εἶναι παρακειμέ»νως ἔχοντα τὰ ὦτα. Non aliter tamen omnes libri & »Euſtathius.« CASAUBONUS. — σκῦφον accentu circumflexo notatum hîc habuerant editi: recte σκύφον mssti. Verba iſta latine ſic reddiderat Dalecampius: *ſcyphum eſſe tradit cui aures iuxta ſitae ſint, ut in navibus quae duas proras habent.* Suſpecta, puto, Caſaubono fuerat vox παρακειμένως: nec immerito, ſi (quod ei uſu veniſſe videtur) de nullâ aliâ notione huic vocabulo ſubiectâ cogitaverat, praeter eam quae a Dalecampio expreſſa erat. Sed eximere viro doctiſſimo ſuſpicionem aut levare certe potuerat nimium neglecti ſoceri numquam ſatis laudandus Graecae Linguae Theſaurus: in cuius T. II. p. 167. g. praeeunte Guil. Budaeo oſtenditur, παρακείμενα Graecis dici, non modo quae *vicina* ſunt, ſed & *quae affinitatem & ſimilitudinem aliquam inter ſe habent*: cuius uſus in illo verbo qui alia exempla deſiderat praeter ea quae ab his prolata ſunt, is adeat Notas noſtras ad Epicteti Diſſertat. lib. I. cap. 6. ſect. 10. Inde vero facile intelligebatur quid ſignificaret adverbium παρακειμένως, nempe *adfini* vel *ſimili quodam modo*. Nec vero hîc conferuntur (ut nobis quidem videtur) *anſae ſcyphi* illius, de quo quaeritur, cum *anſis navigii*; quemadmodum cum Dalecampio accepere Gallici interpretes. Nec enim *anſas*, quod ſciam, habet navis; nec eo nomine (ὦτα) partes ullae navis adpellabantur. Novimus quidem ἐπωτίδες in nave, quae latine *auriculae* a nonnullis haud incommode vocantur, ſuntque *tigna ab utroque prorae latere aurium inſtar prominentia* ad ex-

cipiendos roſtrorum ictus: (conf. Thucyd. VII. 34. & 36. & Athen. V. 204. a.) ſed, hae quo pacto cum *anſis poculorum* conferri poſſint, non video. Quare hoc dicere mihi viſus *PROMATHIDAS* erat, *anſas* ſcyphi ex Dionyſii ratione confecti *ſimilem habuiſſe figuram ei quam refert prora navis ex eo genere, quae diprorae dicuntur*, id eſt, *quibus prora duplex eſt*: cuius generis memorantur duae naves Ptolemaei Philopatoris apud Noſtrum lib. V. pag. 204. *a.* & *e.* Videtur autem *navis δίπρωρος* duas quaſi proras alteram ſuper alterâ habuiſſe, quarum ea ratio fuerit, ut navis a latere conſpecta ſpeciem referret (infra apicem, in quem deſinit prora) duarum curvarum linearum; alterius maioris, & ampliorís, magisque extrorſum productae; alterius, huic ſubiectae & inferne connexae, minoris. Igitur ſcypho Neſtoreo ex mente *Dionyſii Thracis*, teſte *Promathida*, ideo *quatuor anſas* tribuerit Homerus, quod utrimque binas habuerit, alteram maiorem & ampliorem, alteram huic inferne connexam minorem.

ὁποῖόν τι καὶ νῦν ἐστιν ἰδεῖν ἐν Καπύῃ &c. Illius poculi, quod hîc dicit auctor, iam ſupra facta eſt mentio, pag. 466. e. ubi de *literatis poculis* agebatur. *Mox ibid.* recte ἀργύρεον dedit cod. *A.* In *Epit.* deſunt iſta. c

AD CAP. LXXVIII.

Ἐγὼ δὲ, φησὶν ὁ Μυρλεανὸς, τάδε λέγω &c. *Myrleanum* intelligi *ASCLEPIADEM*, e ſuperioribus clarum. Iſta repetens Euſtathius, Iliad. λ'. pag. 816. l. 38. adiicit: ἤγουν, ὁ ἐκ τῆς Φρυγιανῆς Μυρλείας, τῆς νῦν Ἀπαμείας.

Οἱ παλαιοὶ &c. »Subiicitur *ASCLEPIADIS Myrleani* diſ»ſertatio prolixa *de Neſtoride*. Primis illius verbis docemur, »quid cauſſae ſit, cur primi rerum inventores *figuram ro»tundam in plerisque vitae huius inſtrumentis* uſurparint. Cauſ»ſam affert hanc: quia auctores primi qui ab agreſti vi»ta ad hanc humaniorem nos traduxerunt, *Univerſi figu»ram & Solis ac Lunae imitandam* in iſtis ſibi propoſuerunt. »Haec pars editur corruptiſſime, hoc modo: Οἱ παλαιοὶ »καὶ τὰ περὶ τὴν ἥμερον τροφὴν πρῶτοι διαταξάμενοι τοῖς »ἀνθρώποις, πειθόμενοι τὸν κόσμον εἶναι σφαιροειδῆ, λαμ»βάνοντες ἔκ τε τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης σχήματος ἐναρ»γεῖς καὶ τὰς φαντασίας, καὶ τὰς περὶ τὴν ἀΐδιον »στροφὴν τῷ περιέχοντι κατὰ τὴν ἰδέαν τοῦ σχήματος

c »ἀφομοιοῦν εἶναι δίκαιον ἐνόμιζον. Nemo haec satis intel-
»ligat ita scripta: omnes facillime intelligent, si ita scri-
»bamus: Οἱ παλ. – – – λαμβάνοντες ἔκ τε τοῦ τοῦ ἡλίου
»καὶ τοῦ τῆς σελήνης σχήματος ἐναργεῖς τὰς φαντασίας,
»καὶ τὰ περὶ τὴν ἀνθρώπινον (erat scriptum ἄνινον,
»ut semper in msstis: hoc imperitos fefellit) τροφὴν τῷ
»περιεχ. &c. CASAUBONUS. — Nil mutat cod. *A.* nisi quod ἐνεργεῖς habet, minus recte, pro ἐναργεῖς, quod commode editum praeeunte Epitomâ: quorum vocabulorum permutatione nihil in veterum libris frequentius. Habet autem *Epit.* non καὶ τὰς φαντασίας, sed nude ἐναργεῖς τὰς φαντασίας, tum vero statim ἀφομοιοῦν εἶναι δικ. ἐνομ. omissis istis, καὶ τὰς περὶ τὴν – – – σχήματος: ita quidem, ut ad verbum ἀφομοιοῦν, ex initio totius periodi, intelligatur & accusativus τὰ περὶ τὴν ἥμερον τροφὴν, & dativus τῷ κόσμῳ. In his quae uberiora habent codices plenioris operis, haud dubie corrupta illa verba erant, περὶ τὴν ἀΐδιον στροφὴν: quae nobis in περὶ τὴν ἰδίαν τροφὴν mutanda visa erant. Sic & alibi subinde vocab. ἴδιος & ἀΐδιος inter se permutata observare meminimus. In reliquis verbis, Casauboni non improbamus quidem emendationes, nec tamen praecise necessarias putavimus. In istis quidem, ἐναργεῖς καὶ τὰς φαντασίας καὶ τὰς περὶ &c. percommode abesset particula καὶ sive ante τὰς φαντ. sive ante τὰς περὶ: sed & illam abundantiam ferendam iudicavimus, structuram sermonis in hunc modum concipientes, ut iuncta intelligerentur verba τὰς φαντασίας τὰς περὶ τὴν ἰδίαν τροφὴν, & deinde ad verbum ἀφομοιοῦν (quemadmodum & in Epit.) intelligeretur accusativus αὐτὰ, nempe τὰ περὶ τὴν ἥμερον (vel ἰδίαν) τροφήν. Admodum tamen probabile videtur, non τὰς περὶ τὴν ἰδ. τρ. sed τὰ περὶ τὴν &c. scripsisse auctorem. In ed. Cas. 2. & 3. operarum errore legitur καὶ τὰς τὴν ἀΐδιον στροφὴν, omissa post καὶ τὰς praepositione περὶ, quam recte tenebant superiores editiones. De notione vocabuli τὸ περιέχον vide Lexicon nostrum Polybianum, pag. 466 sq. & quem ad Polyb. III. 36, 6. laudavimus Wesselingium ad Diodor. Sicul. I. 7.

Quae sequuntur, sic distincta vulgo erant: διὸ τὴν τράπεζαν κυκλοειδῆ κατεσκευάσαντο, καὶ τοὺς τρίποδας τοὺς
d τοῖς θεοῖς καθαγιζομένους φθόεις κυκλοτερεῖς, καὶ ἀστέρας ἔχοντας, οὓς καὶ καλοῦσι σελήνας. Ibi monuit CASAUBO-

NUS: »Scribe, καὶ τοὺς φθόεις κυκλοτερεῖς: & fortaſſe, d »καὶ ἃς καλοῦσι σελήνας. Graeci enim σελήνας appella- »runt non illas ſtellulas, quibus ornabant τοὺς φθόεις, ſed »*liborum* peculiare aliud genus.« — Poteras etiam coniicere, φθόεις *poſt* κυκλοτερεῖς reponi debuiſſe, ut κυκλοτερεῖς ad τρίποδας referretur, & dein cohaererent iſta, φθόεις καὶ ἀστέρας ἔχοντας. Vetus codex nil mutat. In cod. *Epit.* omiſſo vocabulo φθόεις, ſic diſtincta eſt oratio: καὶ τοὺς τρίποδας τοὺς τοῖς θεοῖς καθαγιζομένους, κυκλοτερεῖς, καὶ ἀστέρας ἔχοντας, οὓς καὶ καλοῦσι σελήνας. Nos in loco haud ſatis plano nihil in verbis novare auſi ſumus: *hypoſtigmen poſt* κυκλοτερεῖς delevimus, & *poſt* καθαγιζομένους poſuimus: ut conſtructio talis eſſet, καὶ τοὺς τρίποδας, (ſcil. κυκλοειδεῖς κατεσκευάσαντο) ἔχοντας φθόεις κυκλοτερεῖς καὶ ἀστέρας, & *tripodas*, nempe, *rotundos effecerunt; qui tripodes habent phthoës rotundos & ſtellas*, id eſt, *quibus* tripodibus *imponuntur* (Diis oblati) *phthoës* &c. De liborum genere, quos φθόεις vocabant, conf. XIV. 647. e. & Etymol. pag. 793. l. 5. auctoresque citatos ab Heſychii Editore in φθόϊς. Quod ἀστέρας ait Aſclepiades: non videtur id nomen vulgo uſitatum fuiſſe de liborum quodam genere; ſed ab hoc ſcriptore conſulto adhibitum, tamquam rationi ipſius favens. Quare vulgatum nomen mox adiicit, οὓς καὶ καλοῦσι σελήνας. Heſychius: Σελήνας· πόπανον, τῷ ἄστρῳ ὅμοιον πέμμα τι. Suidas: Σελήναι· πέμματα πλατέα καὶ κυκλοτερῆ.

καὶ τὸν ἄρτον δὲ ἐκάλεσαν &c. »Ἄρτου etymon vulgo »explicant Grammatici: ſed aliter quam hîc *Aſclepiades.*« CASAUBONUS. — Quod ſequitur, ὅτι τῶν σχημάτων ὁ κύκλος ἀπήρτισται: eodem modo ſcribitur in ms. *A.* & *Ep.* Nec tamen video quo pacto voce μόνος aut μάλιστα, aut in eam ſententiam aliâ, carere poſſit oratio. *Ibid.* τὸ δεχόμενον τὴν ὑγρὰν τροφήν. Articulum, qui deerat editis, recte adiectum habent ambo codices mssti.

διὰ τὸ τοὺς ἀστέρας περιφερεῖς εἶναι τοῖς ὕλοις ὁμοίως. Quod in ed. Caſaub. legitur παρεμφερεῖς, (id eſt *ſimiles*) id bene per ſe haberet, niſi ſequeretur adverbium ὁμοίως, quod poſt παρεμφερεῖς redundat & ferri nullo modo poteſt. At ὁμοίως agnoſcunt edd. & mssti: παρεμφερεῖς nec veteres editi, nec mssti norunt, ſed περιφερεῖς. Iſtud ſua auctoritate tacite, nec feliciter admodum, in alterius locum ſubſtituit Caſaub. In eiusdem Caſauboni editione,

paulo poſt, neſcio quo caſu, quove conſilio, ἐπ' αὐτῷ ſcribebatur: ubi recte ἐπ' αὐτῶν habent ed. Ven. & Baſ. cum ms. *A.* Duo iſta verba conſulto omiſit Breviator.

e *ARATI* verſus, qui in poëtae huius *Phaenomenis* eſt num. 446. ſic apud Athenaeum editus legebatur,

Οὐρανῷ αἰὲν ἄρηρον ἀγάλματα νυκτὸς ἰούσης.

Ubi ἄρηρεν ſaltem oportuit, quod habet uterque noſter codex mstus. Inſuper vero monuit CASAUBONUS: »Scribe, Οὐρανῷ εὖ ἐνάρηρεν.« — Nempe ſic apud Aratum (recte, ut videtur) legitur. Forſan memoriâ lapſus Athenaeus aut Aſclepiades αἰὲν ἄρηρεν ſcripſit: fortaſſe vero etiam olim in nonnullis Phaenomenorum Arati exemplis ſic ſcriptum fuerat. Similiter ſane idem poëta, ubi pariter de *aſtris* loquitur, vs. 20. ait:

Οὐρανῷ ἕλκονται πάντ' ἤματα συνεχὲς αἰεί.

Idem, ſed de axe quidem coeli, vs. 22. ἄξων αἰὲν ἄρηρεν: cui opponitur ipſius coeli motus.

In proximis verbis, *comma* inſertum in ed. Caſ. *poſt* παρατιθεὶς, rurſusque *poſt* καὶ τοῦ οὐρανοῦ, prorſus turbaverat ſententiam. Sed & illud haud parum turbaverat, quod in omnibus editionibus κατὰ τὴν ἰδίαν τῆς χρόας οὐσίαν legebatur; ubi recte κατὰ τὴν ἰδέαν τῆς χρόας dedit uterque codex mstus. ἡ ἰδέα τῆς χρόας ſignificat *illud coloris genus*, quod ſtatuit vel finxit poëta. Accuſativus οὐσίαν pertinet ad τὴν τῶν ἀστέρων καὶ τοῦ οὐρανοῦ.

AD CAP. LXXIX.

f ἕτερον γάρ φησιν εἶναι Ἀριστοτέλης. Hac ſerie locata ſunt verba iſta in utroque cod. mſto. *ARISTOTELIS* verba, quae reſpicit *Aſclepiades*, (quae ad id quidem, de quo hîc agitur, nihil faciunt) citata ſunt a Noſtro, IX. 394. c. *Mox*, in eisdem noſtris mstis ſcribitur καλεῖ νῦν: non νῦν καλεῖ. *Ibid.* καὶ τῶν καρπῶν ἀρχὴ γενέσεως καὶ συναίρεσις. »Καρπῶν συναίρεσις *Myrleano* dicitur, quae »vulgo aliis συγκομιδή.« CASAUBONUS.

In priore ex *HESIODI* verſibus, qui ſunt initio libri ſecundi Ἔργων (num. 353 ſq. ed. Brunck.) commode Ἀτ-λαιγενέων dedit vetus cod. *A.* De aliâ ſcripturae varietate apud alios in eodem vocabulo, vide Koenium ad
a Gregor. de Dial. pag. 271. *Verſu ſeq.* ἀρότοιο δ' ἐ cum edi-

tis tenet ms. *Ep.* quemadmodum etiam apud Heſiodum a vulgo legitur.

Qui ſequuntur, quatuor *verſus ARATI*, ſunt ex Phaenom. num. 269 & ſeqq. In horum poſtremo quum apud Aratum vulgo ἐπεκέλευσεν legatur, monuere viri docti, in his *Georg.* d' ARNAULD, (Lect. Graec. lib. II. c. 3. pag. 151.) corrigendos eſſe Arati libros ex hoc Athenaei loco.

προσημ. Πλειάδας οἰκείως ἐνετόρνευσε τῷ τοῦ σοφωτάτου Νέστορος ὁ ποιητὴς ποτηρίῳ. *Caelavit*, id eſt, *caelatas fecit, caelatas finxit.* Vide Thomam Mag. pag. 188 ſq. & ibi HEMSTERHUSIUM, qui hunc Athenaei locum adferens, pag. 189. ſignificavit, ἐνετόρευσε potius legendum ſibi videri. Sed vide quae de verbis τορεύειν & τορνεύειν disputavimus ad V. 199. b. quae promiſcue uſurpata olim fuiſſe videntur. Hoc loco ἐνετόρνευσε cum editis tenet uterque codex mstus: pag. 491. d. vero ms. *Ep.* quidem ἐντετορευμέναι habet, & inde Euſtath. pag. 816. l. 26. & 817. l. 28. ſed ibidem vetus codex *A.* cum editis ἐντετορνευμέναι tenet.

καὶ γὰρ τοῦτο (ſcil. τὸ Νέστορος ποτήριον) τῆς ἑτέρας b τροφῆς δεκτικὸν ἀγγεῖον. »Poſtquam docuit, *Homerum* »*poculo Neſtoris Pleiadas inſculpſiſſe, quia ſint & generationis &* »*maturitatis fructuum indices*, addit: καὶ γὰρ τοῦτο τῆς ἑτέ»ρας τροφῆς δεκτικὸν ἀγγεῖον. Legebam, καὶ γὰρ τοῦτο »καὶ τῆς ἑτέρας &c. *Nam & hoc vas etiam alterius ge»neris alimentorum* (intelligit τὴν ξηρὰν τροφὴν) *capax eſt.* »Vel: καὶ γὰρ τοῦτο ἑκατέρας τροφ. Probatur infra, [pag. 492. d. e.] »τὸ δέπας ἀμφοτέρων τῶν τροφῶν εἶναι »δεκτικόν: quia in poculo τὸν κυκεῶνα exhibebant. Erat »autem *cocetum*, medium aliquid inter eſculenta & po»tulenta. Multa de eo Galenus, & alii interpretes Hip»pocratis, qui non ſemel κυκεῶνος meminit. Vide infra, »ubi de *Pentaploo* agitur. Haec cum ſcripſiſſemus, in Eu»ſtathii locum incidimus, qui vulgatam lectionem ſequi»tur atque explicat. Eum, lector, vide: atque ipſe iu»dex eſto.« CASAUBONUS. — Vulgatam ſcripturam, καὶ γὰρ τοῦτο τῆς ἑτέρας τροφῆς, cum editis tenet & vetus cod. *A.* & codex Epitomae. Euſtathii locus, quem reſpexit Caſaubonus, legitur in Comment. ad Iliad. pag. 818. l. 27 ſqq. his verbis: Ἀθήναιος δὲ λέγει, ὅτι εἰ καὶ ὁ προειρημένος Μυρλεανὸς τὸ τοῦ Νέστορος ποτήριον δεκτικὸν

b εἶναι φησι τῆς ἑτέρας τροφῆς, ἤγουν τῆς ὑγρᾶς, ἀλλ' οἱ ἀκριβέστεροι ἀμφοτέρων αὐτὸ δεκτικὸν ἔφασαν εἶναι τῶν τροφῶν, ὡς δηλοῖ καὶ Ὅμηρος. Quae verba partim ex hoc ipso loco desumta sunt, in quo versamur; partim ex istis verbis pag. 492. d. quae eodem prorsus modo in Epitoma atque in pleniore opere leguntur: Πρὸς δὲ τοὺς λέγοντας, οὐκ οἰκείως τῷ ποτηρίῳ ἐντετυπῶσθαι τὰς Πλειάδας, ξηρῶν τροφῶν οὔσας σημαντικὰς, λεκτέον ὅτι τὸ δέπας ἀμφοτέρων τῶν τροφῶν ἔστι δεκτικόν. Ex quo illud quidem discimus, Eustathium in suo codice hoc loco, sicuti est in nostris, τῆς ἑτέρας τροφῆς scriptum reperisse: & ἑτέρας illum suo iudicio ὑγρᾶς esse interpretatum. Sed, quod idem verba ista, quae apud Nostrum p. 492. leguntur, ita accepit, ac si ea suo nomine Athenaeus dixisset, & *Asclepiadis* verbis quodammodo opposuisset; in eo falsum esse doctissimum Poëtae interpretem facile intelliget quisquis hanc frigidam disputationem (quae apud Deipnosophistam inde a cap. LXXVIII. p. 489. c. usque ad extremum cap. LXXXV. p. 494. b. tota Myrleani *Asclepiadis* Grammatici est) totam perlegere sustinuerit. Asclepiades, qui hîc loquitur, idem etiam inferiore loco ἀμφοτέρων τῶν τροφῶν dicit: qui si hîc τῆς ἑτέρας scripsit, id est, *alterius* vel *alterius utrius*, utique τῆς ὑγρᾶς intellexerit: sed ex eodem illo inferiore loco perquam fit probabile, τῆς ἑκατέρας eum hoc loco scripsisse, id est, *utriusque* vel *utriuslibet*. Similiter vero inter se permutata a librariis vocabula ἕτερος & ἑκάτερος in Polybianis libris olim plus semel observavimus. Vide Polyb. II. 69, 7. & ibi not. item II. 47, 2. X. 47, 3. & confer Lexicon nostrum Polybian. p. 187. Toupii quidem violentam correctionem, τῆς ξηρᾶς τροφῆς, in Emend. in Suid. P. II. pag. 236. pro auctoritate, ut fere solet Vir κριτικώτατος, propositam, nemini facile probatum iri puto, qui hunc locum diligentius pensitaverit.

Τῇ μέν τ' οὐδὲ ποτητὰ &c. *Homerici* versus ex Od. λ'. 62 sq. In quorum posteriore, pro αἵ τ', quod erat editum, recte ταί τ' dedit noster cod. *A.* quod ibi quidem nonnihil obscuratum erat, perperam divisis vocibus in hunc modum, τρήρων ἔσται τ'. Ipsos versus omisit Breviator: sic vero scripsit, φέρειν φησὶν ἐν Ὀδυσσείᾳ: quae duae posteriores voces in opere pleniore non leguntur.

c Ἐν δὲ τὰ τείρεα πάντα &c. Iliad. σ'. vs. 485 sqq.

κατὰ τὴν πρόσθεσιν τοῦ γράμματος. Ante proximam d vocem ἔπειτα facile intercidere potuit nota literae ε. Sed & ſine damno ſententiae praetermittere eamdem ipſe auctor potuerat, facile ſupplendam. Exſerte autem eam ſupplevit Euſtathius, ἤγουν τὸ ε ſcribens, ad Odyſſ. μ'. pag. 475. l. 39. quo loco magnam etiam partem huius disputationis ille repetiit.

διωκομένης τῆς μητρὸς αὐτῶν Πληϊόνης ὑπὸ τοῦ Ὡρίωνος. Vide Schol. ad Iliad. σ'. 486. & ad Pindari Nem. II. 15 ſqq.

AD CAP. LXXX.

Μοιρὼ ἡ Βυζαντία. Servandam putavi ſcripturam, in e quam & hoc loco & mox rurſus pag. 491. a. uterque noſter codex ms. cum editis conſentit. Eamdem ſcripturam tenere codicem Vaticanum Anthologiae, cum veteribus editionibus, in Meleagri Prooemio *vs.* 5. monuit IACOBS in Animadv. Caeterum, praeter Suidam, vide Olearii Diſſert. de Poëtriis Graecis, ſect. XLIX. in Wolfii editione Poëtriar. Graecar. pag. 166 ſqq. *Moerûs* vel *Myrûs* verſus, quos hîc ſpectat Aſclepiades, mox p. ſq. exhibentur.

Κράτης δὲ ὁ κριτικός. De hoc conſulendus *Fr. Aug.* WOLFIUS, in Prolegom. ad Homer. p. 176 ſqq.

Δίδωτι δ' εὖ τέ σ' Ἑρμᾶς &c. »*SIMONIDIS* locus, ubi f »*Peliadas* appellavit, quas alii *Pliadas* vel *Pleiadas*, pro»pter Doricae dialecti uſurpationem prave ſcriptus eſt. »Lego: Δίδωτι δ' αὐτὸς Ἑρμᾶς, ἐναγώνιος Μαίας εὖ»πλοκάμου παῖς. ἔτικτε δ' Ἄτλας ἑπτὰ ἰοπλοκάμῳ θυ»γατέρας, τᾶν ἔξοχον εἶδος, αἳ καλέονται πελειάδες οὐρά»νιαι.« CASAUBONUS. — De *SIMONIDE* Epitoma nil aliud niſi haec habet: Σιμωνίδης δὲ πελειάδας οὐρανίας τὰς Πλειάδας φησί. Nos totum teſtimonium, ſicut editum erat, ad verbum adpoſuimus; niſi quod τάν γ' ἔξοχον ſcripſimus praeeunte cod. *A.* ubi nude τὰν ἔξοχον habebant edd. Reliquae diſſenſiones ex eodem ms. *A.* enotatae, aut oppido mendoſae ſunt, aut eiusmodi ut quid ſub eis lateret haud perceperim. Pro ἑπτὰ, in illo ἑπιτα ſcribitur: pro αἳ καλέονται, enotatum αγι (ſic) καλέονται. Praeterea πελιάδες conſtanter ille, non πελειάδες, ſcribit. Verba *SIMONIDIS* »ſic utique ſcribenda & distin»guenda« praecepit FIORILLO, Obſervation. in Athen. pag. 75.

» — — δίδωτι δ' εὖ τέσ' Ἑρμᾶς ἐναγώνιος
» Μαίας εὐπλοκάμοιο παῖς.
»Ἔτικτε δ' Ἄτλας ἑπτὰ ἰοπλοκάμων φίλαν
» θυγατέρων τὰν ἔξοχον
»εἶδος, αἳ καλέονται
» Πελειάδες οὐράνιαι. —

»Forte quoque (inquit) *v.* 1. legendum αὐτὰς, aut ſimi»le quid.« — Interpretationis nihil adiecit. Vellem vero, primùm, quoniam ferri utcumque poſſe iſtud δ' εὖ τέσ' exiſtimavit, expoſuiſſet nobis doctiſſimus Criticus, qua notione illud accipi poſſe iudicaverit. Gallici interpretes τέσ' pro τέ σοι poſitum ſtatuerunt; & εὖ δίδόναι τινὶ pro εὐεργετεῖν τινα accipientes, ſic verterunt: *Puiſſe t' être auſſi favorable Mercure belliqueux* &c. Cum quâ ſententiâ quo pacto connecti potuerint ea quae continuo ſequuntur, non video. Praeiverat his DALECAMPIUS, niſi quod ille recte Ἐναγώνιον, *Certaminum praeſidem* interpretatus eſt: *Benignus ac liberalis erga te ſit Mercurius, certaminum praeſes.* Vide Heſychium in Ἐναγώνιος, & ibi Interpp. Feliciſſime coniectaſſe IACOBS (in *Notis msstis*) nobis viſus erat, εὖ τέ σ' ex εὔχος eſſe detortum: quam ad ſcripturam paullulo etiam propius, quam editi, accedit hactenus codex *A.* quod εὖτεσ *absque accentu ſuper* ε habet. Sed quod δίδωτι in δίδοῖ τιν (dorice pro σοὶ) mutandum cenſuit idem Vir doctus, ut ſit δίδοῖ τιν εὖχος, *tribuat tibi Mercurius gloriam;* id quidem nimium mihi videbatur: commodiusque factum putavi, ſi librorum ſcriptura δίδωτι teneretur. Sed quid ſit, quod ſub finem teſtimonii iſtam ſcripturam, τὰν ἔξοχον εἶδος, patienter adeo tulerit fidenterque repetierit FIORILLO, id ſcire equidem velim. An *Atlas ex ſeptem filiabus* (quae omnes *Atlante genitae* conſtanter ab omnibus perhibentur) *nonniſi eam genuit quae formâ praeſtans erat?* Non puto, hoc dicere voluiſſe *Simonidem.* Sed aut *Caſauboni* amplectenda emendatio fuerit, aut alia expeditior circumſpicienda. Quod ſi τὸ ἔξοχον εἶδος legeretur, haud ita male haberet Gallicorum interpretum verſio, *Mais Atlas engendra la magnifique eſpèce de ſept filles chéries.* Sed iſtam ſcripturam quam habent libri, τὰν (vel τάν γ') εἶδος, quis ferat? Quare videndum putavi, ne τὰν εἴδαν poëta ſcripſerit, doricâ formâ pro τὴν εἰδὴν: ab antiquo vocabulo ἡ εἰδή, idem ac τὸ εἶδος valente. Fuiſſe autem iſtam vocabuli foemineam formam olim in

uſu, dubitare nos non ſinunt Heſychianae Gloſſae, voc. Εἶδη, & voc. Ἴδη: praeſertim ſi conferas, quae ad vocab. Εἶδη doctiſſimus Editor adnotavit.

καθάπερ καὶ Πίνδαρος· Ἐστὶ δὲ ἐοικὸς ὁρίαν τε &c. Vide *PINDARI* Nem. Od. II. vs. 16 ſqq. & ibi Interpp. ac praeſertim Graeca Scholia. Scripturam ὀρειᾶν editor Venetus e Pindaricis libris adoptaſſe videtur: ὁρίαν habent noſtri mssti, ſicut eſt in ed. Baſ. & Caſ. Et ſic ſcripſiſſe Aſclepiadem, ex his intelligitur quae proxime ſubiiciuntur. τε particulam non habet ms. *Ep.* ſed ms. *A.* cum editis. Deinde in eiusdem *Pindari* verbis Ὀαρίωνα ſcripſi, utriusque codicis msti auctoritate: temere Ὡαρίωνα ed. Ven. quod in Ὡρίωνα mutatum in ed. Baſ. & Caſ. Ex Athenaei Epitomâ habet Euſtathius, ad Iliad. ν'. pag. 903. l. 30. ὃ παρὰ Πινδάρῳ Ὀαρίων, καὶ κατὰ κράσιν Ὡρίων. Conf. Dammii Lexic. Etymol. pag. 2158.

ἐπειδὴ κεῖνται ἐπὶ τῆς οὐρᾶς τοῦ ταύρου. *Pleiadas* ponunt quidem alii ἐπὶ τὴν πλευρὰν τοῦ ταύρου, ut Scholiaſtes Hom. ad Iliad. σ'. 486. ſed item ἐπὶ τῆς οὐρᾶς, ut in Scholio ad Od. μ'. 63. Interpretationem Pindarici vocabuli ὁρίας, quam hîc tradit *Aſclepiades*, adferens Graecus Pindari interpres, improbat eamdem; Pindarum, dicens, ſi id ſpectaſſet, οὐραίαν dicturum fuiſſe, non ὁρίαν vel οὐρίαν. Confer quae ad Schol. Od. μ'. 63. adnotavit BARNESIUS.

Ex *AESCHYLI* verbis Epitomator nonniſi duo iſta, ἄπτεροι πελειάδες, adpoſuit. Καὶ Αἰσχύλος δὲ, inquit, ἐκφανέστερον προσπαίζων τῷ ὀνόματι κατὰ τὴν ὁμοφωνίαν φησὶν, ἄπτεροι πελειάδες. Illud verbum φησὶν in opere pleniore, ex frequente Grammaticorum uſu omiſſum ſubintellectumque eſt. In *verſ.* 2. ad vulgatam olim ſcripturam, οὐρανός τε γῆ, nulla e ms. *A.* discrepantia enotata. Et nihil mutans STANLEIUS in Aeſchyli Fragm. p. 648. *laborem in terris & coelo* interpretatus eſt. οὐρανοῦ στέγην (i. e. *coeli ſuſtentationem*) corrigebat PAUW, p. 1109. Mihi, ut ſimpliciſſima, ſic & certiſſima emendatio viſa erat, quam a viro doctiſſimo DELAPORTE DUTHEIL propoſitam reperi, ἆθλον οὐρανοστεγῆ, *moleſtum ſuſtentandi coeli laborem.* στέγειν enim idem ac βαστάζειν valere, Pauwius etiam ex Heſychio adnotaverat.

MOERÛS (ſive *MYRÛS*) poëtriae verſus ductos eſſe ex Carmine, cui *Mnemoſyne* titulus, paulo ante oſten-

ſum eſt. Eos ex Athenaeo in Analecta ſua retulit BRUNCK, T. I. pag. 202 ſq. Eosdem habes in *Ioh. Chriſtiani* WOLFII Poëtriis Graecis, pag. 28 ſq. Nonniſi verba nonnulla ex eis excerpta habet Epitoma. *Verſu* 2. non ἠήδει, quod editum erat, habet vetus cod. *A.* ſed ἠείδει, ut SCALIGER correxerat ad Manil. pag. 49. ſuffragante VALCKENARIO, ad Homer. χ'. vs. 280. (in calce reperiti Virgilii cum Graecis auctoribus a Fulvio Urſino collati, pag. 55.) Conf. HEYNII Var. Lect. & Obſſ. ad Homer. l. c. In *Epit.* deeſt illud verbum.

Verſ. 3. Minime improbo τρέφον, quod erat editum. Sed τράφεν, quod eſt in membranis, ex τράφον (aoriſto ſecundo) ortum videri debuit. ἔτρεφον quidem habet Epit. ſed in ea, ut paulo ante monui, non verbum de verbo adpoſitum hoc teſtimonium. *Verſ.* 6. Cum vitioſe editum eſſet, φορέεσκε πετῶν Διὶ μητιόεντι, monuit CASAUBONUS: »Scribe cum *Camerario:*

»γαμφηλῇ φορέεσκε ποτὸν Διὶ μητιόεντι.«

Et ad verum paulo propius, quam editi, accedit ms. *A.* in quo πετὸν ſcribitur. Omiſſâ iſtâ voce, Epitoma ſic habet, γαμφηλῆς (non, ut vulgo, γαμφηλῇ) φορέεσκε Διὶ μητιόεντι. Unde Euſtathius, hunc locum citans ad Iliad. ω'. pag. 1484. l. 50. ἀφύσσων γαμφηλῆς ſcripſit: recte (ut mihi videbatur) in dativo plurali. Nam licet vocabulum illud, (quod *malam, maxillam,* proprie ſignificat) ubi de *ave* uſurpatur, poſſis *roſtrum* interpretari, ut apud Apollon. Rhod. II. 188. & apud Ariſtoph. Equit. 198. tamen vel ſic in *plurali* numero uſurpatur, etiam ubi de una ſolummodo ave agitur, ut apud Comicum l. c. *Verſ.* 8. Pro ἐγκατένασσεν, perperam noſter codex Epit. ἐγκατένευσεν habet: ſed veram ſcripturam tenuit Euſtath. l. c.

c Ποσίδιππος τ' ἐν τῇ Ἀσωπίᾳ· Οὐδέ τοι - - - πελειαί. Deerant hāec editionibus Ven. & Baſ. ex Italicorum codicum lectionibus tacite adiecta a Caſaubono. Sed pro eo quod ille edidit, Ποσειδ. ἐν Ἀσωτίᾳ, noſtrae membranae habent Ποσιδ. τ' ἐν τῇ Ἀσωπίᾳ. Sic & ex Florentinis codicibus vetus interpres Natalis Comes, pag. 199. *Poſidippus in Aſopia.* Eſt autem huius dramatis titulus ſuo loco inſerendus in albo *dramatum* POSIDIPPI in Biblioth. Graeca Fabriciana: qui ibi deſideratur, quoniam deerat in Indice Auctorum, quibus Athenaeus uſus eſt, a Dalecampio olim confecto. *Aſopiam* antiquum Sicyoniae nomen

fuiſſe diſcimus ex Pauſaniae Corinthiacis, ſive lib. II. c. 1. conf. eiusdem libri cap. 3. ſub fin.

καὶ ὁ τὴν εἰς Ἡσίοδον δὲ ἀναφερομένην ποιήσας Ἀστρονομίαν. »Circumferebatur olim ſub *Hesiodi* nomine *Aſtro-*»*nomicum* quoddam *poëma*: de quo hîc Athenaeus. Etiam »Theon, Commentariis in Aratum, laudat Heſiodi Ἀστρι-»κὴν βίβλον. Strabo libro ſeptimo citat eiusdem Γῆς περίο-»δον: ut videatur caſcus ille vates coeli & terrae deſcri-»ptionem aggreſſus: de quo vel cogitaſſe illis temporibus, »ſatis luculentum magni ingenii teſtimonium.« Casaubonus. — Vide Fabricii Bibl. Graec. Tom. I. p. 379 ſq. p. 591 ſq. ed. Harl.

AD CAP. LXXXI.

ἐντετορνευμέναι. Sic ms. *A.* cum edd. ut ſupra diximus, d ad pag. 490. a. ἐντετορευμ. ms. *Ep.*

ὅταν οὖν εἴπῃ. Sic recte mssti; non εἴποι, ut edebatur e perperam.

τὸ γὰρ δοιοὶ καὶ δοιαί. Sic recte ms. *Ep.* Neſcio an & f ms. *A.* Ferendus ſane non videbatur artic. αἱ, ante δοιαὶ vulgo inſertus. *Homericus verſus*, Δοιοὺς δὲ τρίποδας &c. eſt ex Odyſſ. δ'. 129. *Mox*, δοιοὶ θεράποντες, ex Odyſſ. π'. 253. Δοιοὺς δ' ἄρ' ὑπήλυθε &c. Odyſſ. ε'. 476 ſq.

AD CAP. LXXXII.

δυεῖν Πελειάδων. δυεῖν ex ms. *A.* recepimus. πελειάδων, a quod ſuo more habet idem, non probavimus. *Ibid.* ὁρῶν- b ται τοσαῦται. Sic recte mstus uterque, & editt. vett. Perperam τοιαῦται ed. Caſ.

Arati verſus ex Phaenomenis ſunt, num. 262 ſqq. In eorum *primo*, qui hîc adpoſiti, recte μετ' ἀνθρώποις habent mssti noſtri cum edd. ubi perperam μετ' ἀνθρώπους vulgo legitur apud Aratum. Rectius vero apud eumdem ὐδέονται, quam apud Noſtrum καλέονται: cui verbo proprius locus verſu quinto eſt. *Verſ. 4 ſq.* ἀλλὰ μάλ' αὖτως εἴρηται'. Non video, quo pacto ferri potuerit εἴρεται, quod ex vulgatis Arati libris tacite Caſaubonus receperat. Veram iudicavi ſcripturam εἴρηται, quam cum editis obtulit ms. *A.* niſi quod elidenda fuit poſtrema ſyllaba. In *Epitoma* nonniſi duo priores exhibentur Arati verſus.

c Vulgo quasi *sextus versus* adiicitur ille,
Ἔξ οἵαί περ ἔουσαι ἐπόψιαι ὀφθαλμοῖσιν :
qui tamen iam secundo loco positus erat, neque apud *Aratum* hîc repetitus legitur. Nempe, ut Homericos etiam versus nonnullos bis terve repetitos a verboso *Asclepiade* vidimus: sic idem etiam hunc *Arati* versum suo nomine nunc repetit, ut nimirum ex illo colligat id quod continuo subiicit, τὸ ὁρώμενον οὖν ἐν τοῖς ἄστροις &c.

Qui sequuntur HOMERICI versus, ex Odyss. μ'. 62 sqq. eorum *duo priores* iam pag. 490. b. adpositi erant. In *tertio*, quod pro λὶς πέτρη in ms. *A.* & in editt. vett. λεὶς πέτρη scribitur, id quidem ex more veteris nostri librarii factum; sed hoc loco speciem aliquam eo videri poterat habere, quod λὶς πέτρη apud Poëtam consentientibus interpretibus λεία πέτρη exponi solet. Caeterum *laevem petram* Homerus dixisse mihi visus erat *nudam petram*, quae Polybio λευκοπέτρα vel λευκόπετρον. *Vers.* 4. recte ἀλλ' ἄλλην ἐνίησι ms. *Ep.* ut apud Homerum; non ἀνίησι, ut erat editum. Recte quidem paulo post in ἐνίεσθαι consentiunt edd. & mssti.

AD CAP. LXXXIII.

e Τοῖσι δὲ τεῦχε κυκειῶ &c. Iliad. λ'. 623. Cum non κυκεῶν', quod erat editum, sed κυκεῶ exhiberet uterque codex mstus; in κυκειῶ hoc mutavi, quod unice verum erat. Nonnisi unum istum versum adposuit Breviator, loco reliquorum adiiciens usitata verba καὶ τὰ ἑξῆς.

ἦ σφῶϊν &c. Iliad. λ'. 627 sqq. Quod in *proximi versus* fine, pro olim edito ἐπ' αὐτῇ, ex msto *A.* adoptavimus ἐπ' αὐτῆς, id ipsum apud Homerum etiam codices nonnulli tenuerunt, in his Venetus Villoisoni. Conf. Ernestum & Heynium ad illum Poëtae versum. Initio eiusdem versus, verba καλὴν κυανόπεζαν, quae desunt vetustis membranis, ex Homericis libris adoptarunt Athenaei editores.

f *Versu* 7. tenui ϑεοῖσιν, quod habent apud Nostrum eaedem membranae: quamvis commodius esse intelligam ϑεῆσιν, quod ex hodiernis libris Homericis adsciverant editores Athenaei. *Vers.* 10. ἐκέλευεν eaedem membr. dederunt: non ἐκέλευσεν, quod ex Homericis libris adscitum erat. In eiusdem versus fine rursus κυκεῶ, pro κυκειῶ, scriptum in ms. *A.* erat.

AD CAP. LXXXIV.

Τὸ δὲ, Ἄλλος μὲν μογέων &c. Vide pag. 488. a. Pro μογέων hîc κοτέων temere ſcribitur in Epit. *Ibid.* ἐπὶ μόνων Μαχάονος καὶ Νέστορος. Iſtud μόνων uterque dedit cod. ms. Sic vero paulo poſt etiam editi, cum msstis. De *Machaone* & de potione qua eum ex vulnere recreare ſtudet Neſtor, disputantem apud Deipnoſophiſtam noſtrum vidimus Dioscoridem, lib. I. p. 10. a. Quid ſit vero quod hîc *Aſclepiades* ait, *ſe alibi oſtenſurum, ex Homeri narratione non intelligi vulneratum fuiſſe Machaonem*; mirus interpretandi artifex fuerit neceſſe eſt Aſclepiades. Perſpicue quidem narrat Poëta, Iliad. λ'. 505 ſqq. *ſagittâ tribus hamis inſtructâ in dextro humero percuſſum Machaonem, coactumque eſſe e praelio discedere.* a

τοῦτο γὰρ (nempe vocabulum ἕτερος) ἐπὶ δύο τάσσεσθαι πέφυκεν, ὡς ἐπὶ τούτων· Οἴσετε δ' ἄρν' ἕτερον &c. Non vidi, quo pacto ferri potuerit καὶ ἐπὶ τούτων, quod habebant edd. Ad quod quum nullam ſcripturae varietatem ex ms. *A.* enotatam repererim, ὡς ἐπὶ τούτων (neſcio ſatis-ne feliciter) correxi, ſcripturam Epitomae ex parte ſecutus, quae ὡς τὸ habet. Etiam proxime praecedentia paulo commodius Breviator in hunc modum complexus eſt: Ἀγνοοῦσι δ' ὅτι ἐπὶ τούτων οὐκ ἄλλος, ἀλλ' ἕτερος εἶπεν ἂν Ὅμηρος. δύο γὰρ οὗτοι πίνουσιν· ἐπὶ δὲ δύο τὸ ἕτερος. ὡς τὸ οἴσετε &c. b

τὸ ὃς ἀντὶ προτακτικοῦ τοῦ ὁ Ὅμηρος οὐδέποτε τίθησι. »Non dicit, ὃς pro ὁ nunquam uſurpari; ſed *Homerum* ita »nunquam uſurpaſſe, qui eſt norma Hellenismi. At hoc »poëtae alii ſibi licere voluerunt. Nicander initio Alexi»pharm. τέων ἀναδέγμεθα βλάστας. τέων eſt τῶν: illud »poſitum pro ὧν: quod reprehendit Scholiaſtes; quem ite»rum vide ſub finem ad iſta, τέης ἐχθήρατο κλῶνας. Con»tra Homerus, ut hîc obſervatur, ἀντὶ τοῦ ὃς ὑποτακτι»κοῦ παραλαμβάνει τὸ προτακτικὸν ὁ: ut Odyſſ. ῥαψ. β'. »[262.] Κλῦθι μεῦ ὃ χθιζὸς ἴλυθες. « CASAUBONUS. — Atqui *Nicander* in locis citatis, perinde atque *Homerus*, praepoſitivo articulo (quem dicunt) pro poſtpoſitivo uſus eſt. Quare, nugatum eſſe Nicandri Scholiaſten, recte alii monuerunt. Praepoſitivus ille, ubi pro poſtpoſitivo uſurpatur, *accentu* ſolet notari: & ſic etiam in adlato mox Homerico verſu, Ἔνθα δὲ Σίσυφος, ex Iliad. ζ'. 153. ὃ κέρδι-

ατος habent ambo noſtri mssti cum ed. Ven. & Baſ. non ὁ κερδ. ut eſt in ed. Caſaub. In monito *Aſclepiadis* de uſu Homerico, pariter bis προτακτ. ὁ ſcribitur in ed. Caſ. cum aſpero ſpiritu absque accentu: at ibi uterque noſter codex mstus (quemadmodum & ed. Ven. & Baſ.) ſic habet, προτακτ. ὁ, absque ſpiritu & accentu, ſed lineolâ transverſâ ſuperne impoſitâ. Caeterum ex hoc loco corrigendus levis error, qui in ſcholion prioris Scholiaſtae Villoiſoniani ad Iliad. λ'. 635. irrepſit: ubi ii interpretes, qui iſtud μογέων ad *Machaonem* referunt, ita ſcribere perhibentur, ἀλλ' ὣς μὲν μογέων: quae ſcriptura ὣς, per ω, ibidem iterum iterumque repetitur, cum ἀλλ' ὡς μὲν oportuiſſet.

c μόλις ἂν ἀποκινήσαντος. Tenui hoc, bene ſic poſitum in ed. Baſ. & Caſ. Nam in ea notione *aoriſtum* potius, quam *futurum* tempus adhibet Graeci ſermonis proprietas. Mox dein, φιλοπώτης, per ω, ex ms. *A.* recepimus: de qua ſcriptura ſuperiori libro plus ſemel dictum.

AD CAP. LXXXV.

Σωσίβιος δὲ ὁ Λυτικός: id eſt, *ſolvendis quaeſtionibus clarus*, quae ſuper variis Homericis locis iactari ſolebant. Apud Suidam, in Σωσίβιος Λάκων, Ἐπιλυτικὸς vocatur. Sed rurſus Λυτικὸς apud Noſtrum, paulo poſt: & mox dein, τὰς τοιαύτας λύσεις: rurſusque λυτικὲ, pag. ſeq. a. Vide quos ad Suidam Küſterus laudavit, Wowerum De Polymath. c. 10. & Ionſium, De Script. Hiſt. Phil. lib. II. cap. 17. p. 247 ſq. Sed CASAUBONUM noſtrum audiamus: » Veterum Grammaticorum, inquit, alii appellati ſunt ἐν» στατικοὶ, alii λυτικοί: illi, quod *propoſitis quaeſtionibus* » ſui ordinis homines ſaepe vexarint: hi, quod *ſolverint*. » Euſtathius ad Iliad. σ'. [pag. 1226. l. 50.] Ἐκ δὴ τούτων » δῆλον, ὡς οὐχ ὥρισται ὁ χιτὼν κατὰ τοὺς ἐνστατικοὺς ἐπὶ » μόνου τοῦ προσεχῶς ἐπικειμένου τῇ σαρκί. Idem, ad » Iliad. χ'. Οἱ δὲ παλαιοὶ λυτικοὶ λέγουσι πολλὰ καὶ ἄλλα » εἰς λύσιν τῆς ῥηθείσης ἀπορίας. Sed huius tanti dubiorum » ſolutoris frigidiuscula ſaepe videntur fuiſſe commenta & » violenta. Itaque rex pereruditus & urbanus *Ptolemaeus* » *Philadelphus*, cum imitatus parum probabiles eius inven» tiunculas hominem illuſiſſet, *Teneris*, inquit, *non alienis*, » *ſed tuis ipſius technis*. Hoc ita Graece, καὶ ταῦτα, οὐχ

»ὑπ' ἄλλων &c.« — Vide ad pag. ſeq. a. b. Hanc de *Soſibio* hiſtoriolam idem *Aſclepiades*, cuius eſt prolixa ſuperior disputatio, narraſſe videtur: qui quod eam interpretationem verborum ἄλλος μὲν μογέων, quae a *Soſibio* hîc refertur propoſita, in numero ponit abſurdiorum illarum violentarumque ſolutionum, (lit. *e. f.*) quibus alioquin illum uti ſolitum eſſe conſequens narratio docet, in hoc quidem iniquior in hominem fuit: nec enim nimis violenta aut contorta videri debet illa interpretatio, eamdemque pluribus etiam ex Poëtae interpretibus vulgo probatam fuiſſe diſcimus ex Graecis Scholiis in Iliad. λ'. 635.

γράφει κατὰ λέξιν· »Νῦν τὸ μὲν &c. Abſurda erat ratio, qua diſtincta vulgo iſta verba erant. CASAUBONUS in Animadv. obiter ſic corrigebat, γράφει κατὰ λέξιν οὕτω· Τὸ μὲν &c. νῦν in οὕτω mutans. Nobis mitior placuit medicina, quâ eâdem DALECAMPIUS uſus erat, vocem νῦν ad ſequentia trahens: *Nunc poëtam reprehendunt* &c. Vox οὕτω ſubintelligi facile poterat. Quod vero mox ἀπολύομεν τὸν ποιητὴν dicit idem *SOSIBIUS*, videtur ille λυτικοῦ adpellationem eo retuliſſe, quod *liberare ſe* profiteretur Poëtam negligentiae aut frigiditatis culpâ, quae a nonnullis ei ob multa parum commode dicta aut ficta impingebatur. Unde etiam ſuſpicari poſſis, pro Ἐπιλυτικὸς apud Suidam Ἀπολυτικὸς ſcriptum oportuiſſe: ſed nihil temere mutandum: ἐπιλύειν ἀπορίαν vel ἔνστασιν idem valet ac λύειν, *ſolvere dubitationem* vel *obiectionem*.

τῶν μὲν λοιπῶν πρεσβυτῶν. Sic cod. ms. uterque; non πρεσβυτέρων, ut edd. Similiter Scholia minora, ad verba, Ἄλλος μὲν μογέων, notant: Προσληπτέον, τὸ πρεσβύτης.

Πτολεμαῖος δὲ μεταπεμψάμενος. Abeſſe utcumque poterat coniunctiva particula, quam ignorat vetus cod. *A*. Nec tamen incommode ab Editoribus adiectam haud invitus tenui. Eodem loco ὁ δὲ βασιλεὺς ſcribitur in Epitoma.

καὶ ταῦτα, οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς σαυτοῦ πτεροῖς, κατὰ τὸν θαυμάσιον Αἰσχύλον, ἀλίσκῃ. »*Teneris*, inquit, »*non alienis, ſed tuis ipſius technis.* Hoc ita Graece, καὶ »ταῦτα, οὐχ ὑπ' ἄλλων, &c. Proverbium eſt Graeco»rum, quo videtur primus omnium ſcriptorum uſus *AE»SCHYLUS*, in Myrmidonibus, ut obſervat Comici enar»rator, ad Aves. [vs. 808 ſq. Vide vero & ipſum Comicum ibid. vs. 807 ſq. ed. Brunck.] »Galenus libro quar-

» to de Hippocratis & Platonis Scitis, dispurans adversus » Chrysippum sibi passim contradicentem in suis scriptis: » καὶ τάχ' οὐχ ὑπ' ἄλλων ἀλλὰ τοῖς αὑτῶν πικροῖς ἁλισ- » κόμεθα. Lege, καὶ ταῦτα, & πτεροῖς ἁλ. Apuleius in » Apologiae epilogo: *imo contra ubique, si cum septem pen-* » *nis cum tenui.* Olim questi sumus de menda huius loci. » Sed videtur idem plane dicere voluisse cum Galeno. Ita- » que legimus: *Imo contra ubique, si suis captum pennis eum* » *tenui:* aut, *si captum suismet pennis eum tenui.* B. Chry- » sostomus, Homil. XXXVIII. in priorem ad Corinthios: » εἶδες πῶς οὐδὲν πλάνης ἀσθενέστερον, καὶ πῶς τοῖς οἰκείοις » ἁλίσκεται πτεροῖς. « CASAUBONUS. — Conf. Suid. in Οὐχ ὑπ' ἄλλων, & in Πάγας. De ipsius *AESCHYLI* versibus consulendus PORSONUS, ad Eurip. Med. pag. 364 sq. ed. Lips.

AD CAP. LXXXVI.

Ὅλμος. ποτήριον, κερατίου τρόπον εἰργασμένον. Μενε- σθένης ἐν τετάρτῳ Πολιτικῶν. » Et *poculi cavum*, & *pila in* » *qua pinsitur*, [s. *mortarium*] globi dimidiati figuram ha- » bent. Inde illa nominum catachresis: cuius testis etiam » Hesychius. Pro Μενεσθένης docti [unus, quem sciam, » Dalecampius] ex coniecturâ Μεγασθένης: cui parce in » talibus fidendum. Non meminimus sane legere hoc no- » men: at *Menestheus* probum est, & Graecis usitatum no- » men. Pro ἀλβατάνης, mss. αἰθατάνης. Nihil video: nisi » sit nomen foeminae. « CASAUBONUS. — Hesychius: Ὅλμος· περιφερὴς λίθος μαρμάρεος, (ex Valckenarii emend.) ἐν ᾧ τὰς βοτάνας τρίβουσι. καὶ ποτηρίου εἶδος. In nomine Μενεσθένης nil mutat neque vetus codex *A.* neque Natalis Comes. De quo scriptore nihil equidem compertum habeo. Dalecampii *Megasthenes* insignem speciem haberet, si *Indicorum* libri citarentur; sed *Politica* huius scriptoris nemo novit. Ad scripturam ἀλβατάνης, quam habet ed. Cas. nihil ex ms. *A.* adnotatum. In *Epit.* vero deest & auctoris nomen, & totum testimonium. Nec in Aegianis Casauboni lectionibus quidquam adnotatum. Quo ma- gis miror, quibus in msstis αἰθατάνης ille repererit. Fuerit & haec, ut multae aliae lectiones, quas e msstis codici- bus ductas ille existimaverat, docti cuiusdam viri con- iectura: quae quidem quo fundamento nitatur, mihi non

liquet. Quum ἀλβάτανη in ed. Ven. & Baſ. ſcriberetur, b tenens hoc DALECAMPIUS, foeminae locupletis nomen eſſe ſtatuit, vertitque, *Albatane tortilem aureum holmum habuit.* Nobis placuit quod apud vetuſtiorem Interpretem NATALEM COMITEM reperimus, qui ſic habet: *albatanam tortilem, holmumque aureum.* Eodem modo VILLEBRUNIUS vertit, *une albatane torſe:* ſubiectâ notâ: *Ce mot (ἀλβατάνη) eſt ſans doute oriental dans le ſens de gros vaſe ventru, & dont la ſuperficie préſentoit des ſtries ou canelures torſes, comme nous voyons des carafes.* Spectaverat vir Orientalium linguarum notitia nonnulla tinctus hebraicum vocab. *bethen, venter;* quod idem mutatis ſolummodo vocalium ſonis in aliis Orientis linguis ſupereſt. Caeterum veritatem interpretationis minime equidem praeſtare auſim: ſed perquam probabile nobis viſum erat, nomen in accuſativo fuiſſe efferendum, ἀλβατάνην.

AD CAP. LXXXVII.

Ὀξύβαφον - - - ἔστι δὲ καὶ ὄνομα ποτηρίου. Deſiderabam καὶ in editis: nec vero e cod. *A.* adnoratum eſt, adſit-ne, an pariter abſit: ſed opportune dedit ms. *Ep.*

Κρατῖνος μὲν ἐν Πυτίνῃ &c. »*Primus verſus* e CRATINI c »*Pytina* allatus legitimam ſuperat menſuram, niſi tollas »vocem λίαν: aut initio illa, τὶς ἄν. [ἄν τις voluerat.] »ποτου autem ſcribe, non ποτοῦ. Caeterum fabulae »huius argumentum habes fuſe expoſitum apud Ariſto»phanis interpretem ad haec verba ex Equitibus, [vs. »399.] γενοίμαν ἓν Κρατίνου κώδιον. « CASAUBONUS. — De toto teſtimonio Epitoma non niſi poſtremum verſum habet: quo e verſu etiam Pollux X. 67. duo verba οἰνηρὸν ὀξύβαφον citavit. Primus verſus in editis ſic ſcriptus erat:

Πῶς ἄν τις αὐτὸν ἀποπαύσειε τοῦ λίαν ποτοῦ.

In vetere cod. *A.* haeſitans librarius titubansque ſic ſcripſit, ſi modo recte accepi: Πῶς τις αὐτὸν πῶς τίς ἂν ἀπὸ τοῦ ποτοῦ παύσειε τοῦ λίαν ποτοῦ. Quibus e diſiectis ruderibus varie atque varie confici ſenarius potuit. Ex *Caſauboni* ratione talis exiſtet:

Τίς αὐτὸν ἀποπαύσειε τοῦ λίαν πότου; ſive,
Πῶς ἄν τις αὐτὸν ἀποπαύσειε τοῦ πότου;

Nos, in hunc modum edentes,

Πῶς ἄν τις ἀποπαύσειε τοῦ λίαν πότου;

c pronomen perſonale αὐτὸν facile ſubintelligi poſſe putavimus. Sed certiorem etiam rationem expediendi illius verſus exſpecto.

Verſ. 3. Quum συγκεραννώσω nullo ſenſu legeretur in editis, monuit idem CASAUBONUS: »Non dubitabis ſcribendum,

»καὶ τοὺς καδίσκους συγκεραυνώσω σποδῶν.

»*cadiscos ſimul omnes conteram tundendo.* σποδεῖν etiam »παίειν ſignificat, & *quoquo modo perdere* aliquid.« — Atqui id ipſum συγκεραύνωσω perſpicue dedit ms. *A.*

Ἀντιφάνης ἐν Μύστιδι &c. »De *ANTIPHANIS* loco e »*Myſtide* vide libro ſuperiore.« CASAUBONUS. — Conferendus utique ſuperior locus, lib. X. p. 446. e. & ibi notata. Recte hîc, ut ibi, Μύστιδι antepenacute ſcribitur in ed. Ven. non Μυστίδι, ut in ed. Baſ. & Caſ. Eſt autem *μύστις, foemina initiata.* Quod vero καὶ ἐξευτελίζουσα τὴν κύλικα ὡς βραχὺ conſentientibus membranis vulgo legebatur, ibi τὸ ὀξύβαφον ſcriptum oportuiſſe, cum res ipſa, tum adiectivum βραχὺ in netro genere poſitum, oſtendebat: de quo etiam KOPPIERS in Obſerv. Philol. & CORAY in *Notis mſstis* monuerunt. Iam quod
d deinde ſic vulgo ſcribitur, εἰπόντος οὖν τινος πρὸς αὐτὴν, τοῦτο μέν σοι πείσομαι, nihil ne in his quidem mutat vetus codex *A.* niſi quod πίσομαι ſcribit; de qua ſcripturâ ſupra diximus, Animadv. T. V. pag. 492 ſq. In Epitomâ vero cum ibi, tum hîc, vix uno aut duobus verbis tangitur totum hoc teſtimonium. At intercidiſſe hîc verba nonnulla manifeſtum erat: quae quo pacto ſupplenda eſſent, haud obſcure ſuperior locus docebat.

Verſ. 4. Specioſum utique videri poterat id, quod hoc loco editi libri dabant,

τοῦ τῆς ἑορτῆς. οὐ μὲν ἀρτίως γάρον
ἐξ ὀξυβαφίων &c.

Sed vocabulum γάρον nec hîc, nec ſuperiori loco, agnoſcit vetus liber mſtus: qui ibi cum editis ἄρτι γὰρ habet; hîc vero in ἀρτίως quidem cum editis conſentit, quod ex interpretatione invectum; ſed γὰρ tenet, ut ſupra. Menſuram autem iuſtam habet ſenarius, qualis utrobique ſcribitur, quandoquidem ibi poſt οὐ μὲν inſeritur ἦ μὲν, hîc vero οὐ μὲν bis ponitur; quod cum nonniſi ſemel hîc ponendum cenſuerint primi editores, menſuram verſus complerunt, ἀρτίως γάρον ſcribendo. *Quintum ver-*

ſum, ἐξ ὀξυβ. κερ. ἐπίνομεν, citavit etiam Pollux, X. 67. d

Quod τέκνον *verſ.* 6. compellat anus, poſſis *filium* vel *filiam*, aut *puerum* ſive *puellam* intelligere, a quo (ſive, a qua) ad bibendum invitata fuerat. Sed videtur potius ipſum calicem, quem tenero adeo adfectu illa complectitur, nomine iſto compellare. Quo etiam pertinet, quod *verſ. ſeq.* eumdem calicem pronomine ſecundae perſonae σὲ compellat. Ibi ſic edidit Caſaubonus, ὃς σ' ἐποίησε τῆς, ut in τῆς terminaretur verſus: ad quam ſcripturam nihil hîc ex ms. *A.* adnotatur; ſed quum in ed. Ven. & Baſ. ὃς ἐποίησε τῆς ſcribatur, facile credam eodem modo etiam in membranis ſcribi, nempe temere omiſſâ voculâ σὲ, quae poſt ὃς ἐποίησε poni debuerat, ut habent ſuperiori loco editi cum msto. Articulus τῆς enim, ut ibi, ſic & hîc, perinde initio ſequentis verſus poni potuerat, quia in voce συμμετρίας (*verſ.* 8.) ſyllaba με ob debilem poſitionem perinde & corripi & produci poteſt. In ſcripturâ τῆς ἀσφαλείας hîc nil mutant membranae, in quibus ſupra τῆς ἀφελείας ſcriptum erat.

ἀκουσώμεθα ποτήριον τὸ ὀξύβαφον. Recte, & ex uſu Graeci ſermonis, adiectum τὸ articulum dedere membr. *A.* Ipſi verſus *ARISTOPHANIS* nusquam, quod ſciam, adpoſiti reperiuntur. Vide Brunckii Fragm. Ariſt. p. 222.

καὶ τὸ τοῖς ἀποκοτταβίζουσι δὲ ὀξύβαφον τιθέμενον. Quod e hîc in *cottabi ludo* ὀξύβαφον dicit, id lib. XV. pag. 666 ſq. ubi e profeſſo de illo ludo agitur, aliis iisque variis nominibus adpellatur, τὸ κοτταβεῖον, ὁ κότταβος, τὸ λυχνίον, τὸ πινακίσκιον, ἡ πλάστιγξ.

Εὔβουλος ἐν Μυλωθρίδι· Καὶ πιεῖν χωρὶς μέτρῳ &c. Ad totum hunc locum nihil adnotavit Caſaubonus; quamvis & titulus dramatis *EUBULI* corruptus eſſet, & verba inde adlata, obſcura atque etiam corrupta haud dubie. ἐν Μυλωθρίδῃ ſcribebatur in ed. Ven. & Baſ. & ſic (puto) etiam in ms. *A.* Peius vero etiam ἐν Μυλοθρίδῃ, in ed. Caſ. Recte vero iam DALECAMPIUS viderat, ἐν Μυλωθρίδι ſcriptum oportuiſſe: id eſt, ut in orâ ille adnotavit »*in Piſtrinaria*« ſive *Piſtrini dominâ*. Masculinum vocab. μυλωθρὸς, *piſtrini dominus*, occurrebat apud Noſtrum, IV. 168. a. Ab hoc eſt foemininum ἡ μυλωθρίς: non μυλωτρίς, ut mendoſe ſcribitur in dramatum Eubuli recenſu apud Fabric. in Bibl. Graec. In ipſius fragmenti ſcripturâ nil mutant veteres membranae: nec nos in ob-

e ſcuro & incerto loco quidquam novare in contextu auſi ſumus. Quid ſit tamen χωρὶς μέτρῳ, non exputo. Si, ut volunt interpretes, *praeter modum*; χωρὶς μέτρου oportebat. Quod ſi quidem hoc ipſum, χωρὶς μέτρου, dediſſent libri; non ego, *praeter modum*, interpretaturus eram; ſed, *praeter menſuram*: ſcilicet, *praeter ſtatutam & definitam menſuram*, ait piſtrini domina, *ſe inſuper oxybaphum in commune dare*. In eamdem vero etiam ſententiam, nullâ literâ mutatâ, μετρῶ, pro vulgato μέτρῳ legi poſſe putavi. Quo pacto tamen hîc dicat illa, *unum oxybaphum in commune ſe dare*, haud ſatis ſcio: nam ſi in commune inter plures partiendum fuit oxybaphum, exigua ſane portio unicuique obtigerit, niſi oppido pauci vel paucae fuiſſent.

Poſtremos duos *verſus* ex mente doctiſſimi CORAYI interpretatus ſum: cuius in *Notis msstis*, nobiscum pro ipſius in nos & in Athenaeum noſtrum ſtudio communicatis, ad hunc locum adnotatur: »An ita refingenda verba?

»ἢ μὴν τὸν οἶνον ὄξος εἶναι γνήσιον,
f »τὸ δ' ὄξος οἶνον αὐτὸ μᾶλλον θατέρου.«

In eamdem ſententiam iſtum locum etiam DALECAMPIUS interpretatus erat. At Gallici interpretes, in vulgatâ ſcripturâ adquieſcentes, ad verbum ſic eam reddiderunt: *Enſuite le vin jura qu'il n'étoit que de vrai vinaigre; & le vinaigre, de ſon coté, juroit qu'il étoit plutôt du vin que l'autre.*

AD CAP. LXXXVIII.

Οἰνιστηρία. Οἱ μέλλοντες ἀποκείρειν τὸν σκόλλυν ἔφηβοι &c. CASAUBONUS in Animadv. ad h. l. verba Athenaei repetens, ſic ſcribit: »ΟΙΝΙΣΤΡΙΑ οἱ μέλλοντες ἀποκείρειν τὸν σκόλλυν φησὶ Παμφ. De hoc more dicebamus ad Theophraſtum. Servabatur non Athenis ſolum, »ſed & alibi Graeciae. Varro, in Logiſtorico: *Itaque Ambraciae primum capillum puerilem demtum, item cirros ad Apollinem ponere ſolent.*« — Ubi quod ΟΙΝΙΣΤΡΙΑ ſcripſit Animadverſor, id invito excidiſſe videtur: nam Οἰνηστηρία quidem in ipſius editione ſcribitur, quemadmodum & in ſuperioribus, & in membranis *A*. iidemque libri paulo poſt, ὃ καλοῦσιν οἰνηστηρίαν. Sed Οἰνιστηρία ſcribitur in *Epit.* in qua quidem de toto hoc capite nonniſi haec verba exhibentur, Ποτήριον δέ τι καὶ ἡ οἰνιστηρία. Idemque Caſaubonus in Comment. ad Theophraſti

cap. XXI. περὶ Μικροφιλοτιμίας, pag. 329. ubi hoc argu- f
mentum tractavit, Heſychii verba adpoſuerat, in quibus οἰνιστήρια, antepenacute quidem, ſed tamen (ut in libris noſtris) cum vocali ι inter στ & ρ inſertâ ſcribitur. Sed in ſupra ſcriptâ Animadverſione ſecutus ille fortaſſe eſt lectionem, quae apud Pollucem lib. VI. ſect. 22. in veteribus editionibus obtinuerat, ubi ἡ δὲ οἰνίστρια olim legebatur: pro quo ibi hodie, praeeuntibus msstis, ſic legitur: ἡ δὲ οἰνιστήρια οἴνου δόσις ὑπὲρ τῶν παίδων ἐν τοῖς φράτορσιν. At, ſicut prior illa apud Pollucem ſcriptura, οἰνίστρια, probatorum codicum auctoritate deſtituitur; ſic haec poſterior, ἡ οἰνιστήρια, contra Graecae Grammaticae analogiam peccat; nam ſi *foeminini* generis velis eſſe hoc vocabulum, παροξυτόνως ſcribi debet ἡ οἰνιστηρία, ſicut ſcribitur apud Noſtrum cum in titulo capitis, tum rurſus deinde, ἃ καλοῦσιν οἰνιστηρίαν. Et ita quidem ſcriptum vocabulum, (ἡ οἰνιστηρία) teſte PAMPHILO apud Noſtrum, nomen *poculi* eſt. Sed ipſa illa σπονδὴ & ἔπίδοσις, & omnino illius caerimoniae feſtivitas nomine generis neutrius, (cuius formae ſunt fere *feſtorum* nomina) τὰ οἰνιστήρια vocabatur. Sic quidem Heſychius: Οἰνιστήρια. Ἀθήνησιν οἱ μέλλοντες ἐφηβεύειν, πρὶν ἀποκείρεσθαι τὸν μαλλὸν, (idem eſt autem μαλλὸς & ὁ σκόλυς, nempe *iuvenilis coma*) εἰσέφερον Ἡρακλεῖ μέτρον οἴνου, καὶ σπείσαντες, τοῖς συνελθοῦσιν ἐπεδίδουν πίνειν. ἡ δὲ σπονδὴ ἐκαλεῖτο Οἰνιστήρια. Similiter apud Polluc. III. 52. ἡ δὲ ὑπὲρ τῶν εἰς τοὺς φράτορας εἰσαγομένων παίδων οἴνου ἐπίδοσις, οἰνιστήρια ἐκαλεῖτο. Quod vero apud Euſtathium legitur, ad Iliad. μ'. pag. 868. l. 15. ὅτι οἰνιαστήρια, σπονδὴ τελουμένη τῷ Ἡρακλεῖ ὑπὸ τῶν ἐφήβων πρὶν ἀποκείρασθαι: id non ex Athenaei Epitoma ille hauſit, in qua nonniſi uno verbo tangitur hic locus; nec ex uberiore Athenaei opere, quod numquam ille viderat: ſed vel ex Photii Lexico, (in quo pariter οἰνιαστήρια ſcribitur & reliqua quae apud Euſtathium leguntur, teſte Alberto ad Heſychium) vel ex alio neſcio quo vetuſtiore Grammatico, e quo eadem Photius decerpſit. Caeterum, ut ad Athenaeum redeamus, quod poſt verba ἀποκείρειν τὸν σκόλυν in editis deſiderabatur vocabulum ἔφηβοι, id opportune nobis obtulere membr. *A*.

Ὄλλιξ. Mirum vero, ne hoc quidem loco quidquam adnotaſſe *Caſaubonum*, cui tamen ſuſpectam ſaltem red-

f dere editam ſcripturam debuerat, cum ipſa interpretatio nominis Ὄνυξ, quod hîc exhibebant editi libri, tum vero Epitomae inſpectio. Nam, ex *onyche* lapide confici olim ſolita pocula (ſive pretioſiorem illum lapidem intelligas, qui proprie iſto nomine vocatur, ſive *onychitem*, qui & *alabaſtrites*: de quibus vide Harduinum ad Plin. XXXVI. 7. 12. &, quem is fere ſecutus eſt, Salmaſium in Exercit. Plin. pag. 396. item Henr. Stephanum, Theſ. Tom. II. pag. 1343 ſq.) id quidem pulcre novimus; atque etiam ὀνύχινοι σκύφοι continuo deinde apud ipſum Noſtrum commemorantur. At, ſi ponamus verum eſſe id, quod edita huius loci ſcriptura dicentem faciebat Athenaeum, ipſum etiam vocabulum ὄνυξ Graecis fuiſſe nomen alicuius *generis poculorum*: quis eſt, cui credibile videri poſſit *lignеum poculum* (quod ex PAMPHILI *Atticis dictionibus* traditur) eo nomine fuiſſe adpellatum? Enimvero vocem Ὄνυξ h. l. neuter duorum optimorum noſtrorum codicum agnoſcit. Ὄλλιξ perſpicue habet cod. *A.* idemque rurſus in ora, περὶ Ὀλλικος: pariterque Ὄλλιξ habet etiam codex *Epitomae*, cum in contextu, tum in orâ. Quod adeo vocabulum, quamquam nulli ex aliis Grammaticis (quod ſciam) obſervatum, non dubitare debui quin reſtituerem auctori noſtro: quum praeſertim iſta notio, quam vocabulo ὄνυξ tribuebat edita adhuc ſcriptura, perinde omnibus veteribus ſcriptoribus Grammaticis inaudita ſit.

Deceperat ſcilicet primos editores, ſive iuniores librarios, qui illis in hoc fortaſſe praeiverant, error vulgo in proxime ſequentium verborum diſtinctione admiſſus: quo factum erat, ut duae diverſae Athenaei obſervationes, altera ad vocabulum Ὄλλιξ pertinens, altera ad vocab. Παναθηναϊκὸν, in unam confunderentur: unde porro, quoniam ſub voce Παναθηναϊκὸν memorantur ὀνύχινοι σκύφοι, ex hac lectione corrigendam putaverant incognitam ſibi vocem ὄλλιξ, & in ὄνυξ mutandam. Nempe ſic vulgo legebatur, Πάμφιλος ἐν Ἀττ. Λεξ. τὸ ξύλινον ποτήριον ἀποδίδωσι παναθηναϊκόν. Ποσειδάνιος ὁ φιλόσοφος &c. Neſcio an eodem pravo modo diſtincta ſint verba in ms. *A.* Sed eodem quidem errore tenebatur illud operis plenioris exemplum, quo uſus erat Epitomae auctor. Quare ſic ille ſcripſit: Ὄλλιξ: ξύλινον ποτήριον παναθηναϊκόν: tum idem, omiſſis reliquis, ſtatim ad illa perrexit: Πρόαρον: κρατὴρ ξύλινος. Aliquid monſtri alere vulgatam illam ſcripturam

recte DALECAMPIUS viderat: sed, qua in parte situm esset malum, minus perspexerat. Itaque quae cum de *Ollice*, quem in *Onychem* vulgo mutaverant, tum quae de *Panathenaico poculo* ab Athenaeo tradita sunt, ea ille inverso ordine digessit, & in hunc modum interpretatus est: *Posidonius philosophus, libro trigesimo sexto Historiarum, poculorum meminit quae* ONYCHINA *vocant, his verbis: »Affue»runt & onychini scyphi, acervatim congesti, ad eos usque, »duas cotylas qui caperent: panathenaica maxima, capacia »quaedam duorum congiorum, & alia maiora.«* PANATHENAICUM, *ligneum poculum esse, Pamphilus scribit in Atticis dictionibus.* Cautior CASAUBONUS, in reliquâ totâ tractatione nil mutans, *puncto post τὸ ξύλινον ποτήριον ἀποδίδωσι posito*, & vocabulo ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΚΟΝ maiusculis literis scripto, tamquam nomine diversi poculorum generis, ad cuius explicationem ibi progrediatur Deipnosophista, toti isti loco lucem quae desiderabatur conciliavit: quo magis etiam miratus sum, in praecedenti articulo de scriptura Ὀλλιξ, pro edita Ὄνυξ, nihil ab eo fuisse animadversum.

AD CAP. LXXXIX.

Παναθηναϊκόν. De hoc rursus nihil quidem in *Animadversionibus* adnotavit CASAUBONUS: sed, quo pacto idem, in ipso Graeco Athenaei exemplo, adhibitâ commodâ & unice verâ orationis distinctione, optime de hoc loco meritus sit, proximo capite exposuimus. Ibidem etiam de *scyphis*, qui ὀνύχινοι hîc dicuntur, nonnihil monitum. Quid a sit vero quod ait καὶ συνδέσεις τούτων, minus liquet. Hariolando interpretatus sum *& compactiones horum;* quasi *scyphos* dixisset *e pluribus lamellis onychis lapidis compactos.* Dalecampius (ut superiori capite vidimus) *acervatim congestos* reddiderat. Gallici interpretes, συνθέσεις corrigentes, ne hoc quidem vocabulum perspicue interpretati sunt: nam in versione nil aliud posuere, nisi »*Il y avoit des scy»phes d'onyx & de grandeur a tenir deux cotyles:*« quasi voce συνθέσεις *magnitudo* significaretur. *Panathenaicorum* poculorum continuo dein, sub voce Πελίκαι, rursus fit mentio: quo ex loco intelligitur id, quod iam per se coniectare licuerat, a festo *Panathenaeorum* nomen illa habuisse.

Πρόαρον. Huius vocabuli nusquam alibi, quod sciam,

niſi in hoc Athenaei loco, veſtigium ullum hodie reperitur. Verbi formam κιρνᾶσι, a κίρνημι, (ut ἱστᾶσι, ab ἵστημι) dedit ms. *A*.

AD CAP. XC.

Πελίκαι. Καλλίστρατος ἐν Ὑπομνήμασι Θραττῶν Κρατίνου ἀποδίδωσι κύλικα. »Id eſt, *Calliſtratus in Commenta-* »*riis ad Cratini fabulam Thrattas interpretatur calycem. Cra-* »*tini Thrattas*, ſive *Threicias*, laudant paſſim multi vete- »rum. Pollux vero hunc ipſum locum affert, lib. X. cap. »XIX. [ſect. 67.] Προσθετέον δὲ τὰς ἐν Θράτταις Κρατίνου »πελίχας, [πελίκας hodie ibi editur:] ἢ κύλικας ἢ προχόους »εἶναι δοκούσας. Heſychius: Πελικάν· εἶδος ποτηρίου ξυλί- »νου, διὰ τὸ πεπελεκίσθαι. Scribendum πελίκα: vel in quar- »to caſu πελίκαν. « Casaubonus. — Confer Polluc. X. 78. & ibi Interpp. De toto hoc capite nihil prorſus habet Epitoma.

b Ἴων ὁ Χῖος ἐν Εὐρυτίδαις. Sic tacite correxit *Caſaubonus*: recte vero. »Εὐρυτίδαι, ſunt Euryti Oechialenſis »filiae, quas Hercules occidit. « Bentley, in Epiſt. ad Millium, pag. 60. — Confer Heſych. in Ἀθίκτορας, & ibi Interpp.

c Τὴν δὲ ὄλπην Κλείταρχος &c. Feliciſſima Casaubo- ni emendatio, ad vulgatam olim ſcripturam haec monentis: »In *Ionis Chii* loco vocem ὄλπαις varie acce- »perunt. Ergo de ea quoque hîc Athenaeus, etſi non ſuo »loco. Τὴν δὲ ὄλπην, ait, καὶ τάριχος Κορινθίους μὲν »φησὶ καὶ Βυζαντίους καὶ Κυπρίους τὴν λήκυθον ἀποδιδόναι, »Θεσσαλοὺς δὲ τὴν πρόχοον. Quod nondum, credo, quis- »quam animadvertit; foede inquinatus eſt hic locus. »Quorſum enim, per omnes Muſas, pertinet vox τάρι- »χος? Nam, qui exiſtimarunt ὄλπην aliquando *ſalſamen-* »*tum* ſignificare, plus quam toto coelo errarunt. Enim- »vero faventibus Muſis veram lectionem odorati ſumus. »Nam legendum, τὴν δ' ὄλπην Κλείταρχος Κορ. id eſt, »*Clitarchus ſcribit, vocem* ὄλπην *Corinthiis quidem & By-* »*zantiis ac Cypriis ampullam ſignificare: at Theſſalis guttum.* »Clitarchus, cuius hîc diſſimulatum fuerat nomen, »Gloſſarum auctor fuit: quas paſſim Athenaeus laudat: »vel vide ſtatim ſequentem ex iisdem locum. « — De vocab. ὄλπη conf. Heſych. & Suid. & Schol. Theocr. ad Id.

II. 156. Pro quo etiam ὄλπις dicebatur, quod οἰνοχόη in- c
terpretatur Hesychius; vidimusque Sapphoni usurpatum apud Nostrum, X. 425. d. sic & Theocr. XVIII. 45.

AD CAP. XCI.

Πέλλα. *Homerica* verba, Ὡς ὅτε μυῖαι, sunt ex Iliad. π' vs. 641 sq. In illis quum operarum errore εὐπλαγέας irrepsisset in ed. Cas. 1. neque de errore monuisset Casaub. in Animadv. idem vitium propagatum est in ed. Cas. 2. & 3. ἐϋγλαγέας cum ed. Ven. & Bas. tenet codex mstus uterque: quam scripturam Toupius, Emend. in Suid. P. III. pag. 373. praeferendam iudicaverat ei, quae vulgo apud Poëtam obtinet, περιγλαγέας. Neque Heynio eam video displicere, cuius consulenda ad Iliad. π'. 642. adnotatio.

τοῦτο δὲ Ἱππώναξ λέγει πελλίδα. Ab isto Graeco πελλὶς ductum latinum vocab. *pelvis*, monitum est a doctis. Vide Hemsterh. ad Polluc. X. 78. Alii tamen, nec ii quidem absque specie veri, aliter sentiunt: quorum legas rationes in Vossii Etymolog. h. v. *Hipponactis* versus d quum non distincte scripti vulgo essent, monuit Casaubonus: »Debuerant *Hipponactis* scazontes, vere Hippona»ctei, ita distingui:

»Ἐκ πελλίδος πίνοντες. οὐ γὰρ ἦν αὐτοῖς
»κύλιξ. ὁ παῖς γὰρ ἐμπεσὼν κατήραξε.

»Et postea:

»— Ἐκ δὲ πέλλης
»ἔπινον ἄλλοτ', αὐτὸς ἄλλοτ' ἀρύτῃ προὔπινεν.

»Ubi malim, αὐτὰρ ἄλλοτ' ἀρυταίνῃ προὔπινεν.« — Ac sunt sane σκάζοντες *Hipponactis* versus isti, quemadmodum & illi qui apud Nostrum IX. 370. b. & is qui III. 78. c. At is, quem postremum hîc proposuit doctus Animadversor, nimis profecto σκάζει: nisi προὔπινεν (quod & ipse haud dubie voluerat) ad sequentem versum referas: quo facto, si simul emendationem accipias ab eodem propositam, constabit utique versui metrica ratio, quae vocem ἀρύτῃ quidem omnino respuebat. At, ecce! ipsam illam vocem ἀρύτῃ nullus ante Casaubonum liber, nec scriptus, nec editus, agnoscit: suo iudicio suâque auctoritate tacite illam ipse invexerat. ἀρήτη habent ed. Ven. & Bas. praeeunte vetere cod. *A*. (In *Epit.* deest posterius

d iſtud teſtimonium.) Iam vero quid quaeſo rei erat, cur haec vox, quam libri omnes adferebant, ita praeciſe & indictâ adeo cauſſâ damnaretur? Quidni Ἀρήτη proprium nomen mulieris eſſet? quod ſane, ut muliebre nomen, & ex Odyſſea & ex philoſophantium mulierum hiſtoriâ ſatis notum. Nobis certe eo minus aſpernandum hoc loco viſum erat, quod & perapte metro convenit ob primam ſyllabam productam, & ſententiam verborum multo efficit commodiorem. Nempe nimis promte in hoc *Dalecampium* ſecutus Caſaubonus eſt: is *aryte* in verſione poſuerat: & in ora: »*Arytaenâ:* oleario vaſe.« — Nunc, reſtituto *Aretae* nomine, intelligitur, in ſuperiori verſu, ubi legitur οὐ γὰρ ἦν αὐτοῖς κύλιξ, non ita abſurdam eſſe ſcripturam αὐτῇ, quam habet ms. *A.* quin vera eſſe poſſit, ad eamdem *Aretam* relata; cuius in domo mulieris res acta videtur. Scripturae αὐτοῖς, quam habent ibi editi, patrocinatur quidem Epitoma: ſed fieri poteſt, ut ſuo iudicio Breviator αὐτοῖς pro αὐτῇ poſuerit. At fortaſſe ne ſic quidem adhuc perſanatus idem ille verſus eſt, in quo *Aretae* fit mentio: videndumque, ne in hunc modum ſcribi debuerit:

ἔπινεν ἄλλοτ' αὐτὸς, ἄλλοτ' Ἀρήτη &c.

id eſt: *modo bibebat ipſe, modo Aretae propinabat*, hoc eſt, *bibendum porrigebat.*

Θαλῆς γὰρ &c. »*Phiala*, de qua recitantur *PHOENICIS* »verſus, illa eſt de qua tam multa Laërtius in Thalete.« CASAUBONUS. — Vide Laërt. I. 28 ſqq.

e Ἐκ πελλίδος δὲ τάργανον &c. »Deſcribitur & alter locus »eiusdem poëtae (*PHOENICIS*): quem depravatum om»nes codices nobis exhibent: [in hunc modum:]

»Ἐκ πελλίδος τἄργανον, καὶ τῇ γαίῃ
»κωλοῖσι δακτύλοισι θ' ἡ τέρη σπένδει
»τρέμων οἷόν περ ἐν φορμίῳ νωδός.

»Eruditus interpres [*Dalec.*] cenſuit emendandum, τῷ τ' »Οὐρανῷ καὶ τῇ Γαίῃ: & verſu ſequente, κολοβοῖσι δακ»τύλοισι τῇ θ' Ἥρῃ. Non abſurde ille quidem: ſed lon»gius tamen recedens ab editae lectionis veſtigiis: quae »nos magis premimus, & ſcribimus: Ἐκ πελλίδος τάρ»γανον, καί τοι γυίοις χωλοῖσι, δακτύλοις τε, ἑτέρῃ σπέν»δει: vel, τῇ θεῇ. Hoc eſt: *Ille, quamvis debilis artus* »*& digitos, alterâ manu* (vel, *alteri Deae*) *targanum libat.* »Loquitur *de ſene paupere* & vieto: quem ait *libaſſe* non

» vinum quidem, ſed, quod ad donum aderat, τάργανον. e
» Heſychius interpretatur πόμα ἐκ στεμφύλων, *loram.* οἶνον
» στεμφυλίτην alii vocant. Comicus Plato οἶνον τεταργα-
» νωμένον dixit iis verſibus qui recitati ſunt [XI. 783. d.]
» in Ἄμυστις. « CASAUBONUS. — Iſtae docti Animadverſoris emendationes confirmari quodammodo mihi viſae erant quamvis mendoſâ veteris noſtri codicis ſcripturâ. Nam in καὶ τηγυίνης (*verſ.* 1.) haud obſcure καί τοι γυίοις latere videbatur: eodemque verſu in eodem codice τάργανον, non τἄργανον, ſcribitur. χωλοῖσι, vero (*vs.* 2.) ipſe puto codex habet. Denique & δακτύλοισι τητέρη haud dubie ex δακτύλοις τε ϑητέρη (quod & metrica ratio & grammatica flagitabat) corruptum nobis videbatur. Sed *verſu* 1. ad complendum metrum minuta quaedam etiamnum vocula in medio deſiderabatur: quare aut δὲ τάργανον aut τὸ τάργανον ſcriptum oportuit. *Tertio* vero, quod perincommode vulgo legebatur ἐν φορῒῳ: (quod *in lectica* Dalecampius reddiderat, & intactum Caſaubonus reliquit:) id nonniſi operarum errore in editionem Baſ. irrepſerat, indeque in ed. Caſ. propagatum. ἐν βορῒῳ habet ed. Ven. cum Msto: quod valet ἐν βορείῳ, ſcil. πνεύματι, *flante borea.* In νωδὸς nil mutant membranae, niſi quod nullo accentu ibi notata haec vox, & ſuperiori perperam coniuncta eſt. Valet autem νωδὸς, *edentulus:* quod vocab. ſatis-ne aptum eſſet huic loco, addubitare quidem ſubiit; ſed nihil melius certiusve occurrebat.

AD CAP. XCII.

Πενταπλόα. Antepenacute Πεντάπλοα ſcribitur in ed. Ven. quaſi eſſet pluralis a ſing. τὸ πεντάπλοον. At foeminini generis eſſe id nomen, perſpicue patet ex eo quod continuo ſubiicitur, Μνημονεύει αὐτῆς: tum rurſus e fine capitis, πενταπλόα δ' ἡ κύλιξ καλεῖται, ubi recte penacute ſcribitur etiam in eâdem ed. Ven. Quod autem deinde etiam ſcribitur κύλικα τὴν λεγομένην πεντάπλοον, ibi adiective accipi id nomen ſatis adparet. Caeterum in vetuſtioribus quoque codicibus msstis initio huius capitis *penacute* ſcriptum fuiſſe id vocabulum, tamquam ſubſtantivum nomen primae declinationis, intelligitur etiam ex errore qui a Breviatore in hoc loco commiſſus eſt: qui vocem iſtam perperam cum praecedentibus iungens, ſic ſcri-

psit: Βοιωτοὶ δὲ τὴν κύλικα πενταπλόαν φασὶν, ὡς Φιλήτας. Ἀριστόδημος δὲ φησὶν &c.

f Ἀριστόδημος δ' ἐν τρίτῳ περὶ Πινδάρου. De isto *Aristodemo* conferre iuvabit quae adnotavit Schneiderus in Pindari Fragm. pag. 109. *Ibid.* τοῖς Σκειρώσις. Perinde & Σκίρα & Σκίρρα & Σκείρα, item Σκεῖρα, scriptum nomen illius festi reperitur: de quo festo & eius nomine, praeter Meursium in Graecia feriata, Potterum, aliosque, qui de Festis Graecorum commentati sunt, videndus Andr. Schottus ad Procli Chrestom. pag. 53. & Hesychii Interpretes ad vocem Σκείρα. Commode, paulo post, Σκιρράδος Ἀθηνᾶς legebatur: ubi Σκιράδος non minus recte, ac fortasse rectius, dedere ambo mssti nostri. Festi nomen hoc loco praetermisit Breviator.

ἀγῶνα ἐπιτελεῖσθαι τῶν ἐφήβων δρόμου. Cum δρόμον in ed. Casaub. legeretur, monuit idem Casaubonus in Animadv. »Scribe δρόμου. Quod nuper editum est, habent »antiquissimi libri: sed malo lectionem priorem, quae & »in Excerptis. « — Ubi rursus mirari subit quinam sint illi, quos ait vir doctus, antiquissimi libri. Nam & vetus cod. *A.* & ms. *Ep.* cum ed. Ven. & Bas. in δρόμου consentiunt; nec in Aegianis lectionibus ex Romano codice aliud enotatum.

τὸν καλούμενον ὦσχον. »De *oschophoriis* Athenienſium »passim Grammatici, & Photius, aliique. « Casaubonus. — Ferri utique potuerat ὅσχον per o breve scriptum, quod habebant editi. Sed verum rectumque fuit ὦσχον, quod uterque codex mstus nobis dedit. Sic Hesychius, in Ὦσχος, (nam quod ibi Ὦσχος penacute scribitur, id quidem mendosum:) tum in Ὦσχοι, & Ὠσχοφόρια. Eamdem scripturam ex codd. msstis laudavit Schneiderus in Animadv. ad Scholia Graeca in Nicandri Alexiph. p. 297.

a Πέταχνον. Ποτήριον ἐκπέταλον, οὗ μνημονεύει Ἀλεξις ἐν Δρωπίδῃ· πρόκειται δὲ τὸ μαρτύριον. μνημονεύει αὐτοῦ καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Δράμασι. In ed. Ven. & Bas. corruptus & mutilatus locus erat in hunc modum: Πέταχνον ποτήριον ἐκπετάλου οὗ μνημονεύει αὐτοῦ καὶ Ἀριστοφάνης &c. Correxit & ex parte supplevit Casaubonus, sic edens: Πέταχνον, ποτήριον ἐκπέταλον, οὗ μνημονεύει Ἀλεξις ἐν Δρωπίδι· πρόκειται δὲ τὸ μαρτύριον αὐτοῦ· καὶ Ἀριστοφ. & eodem modo scripta verba repetiit idem in Animadversionibus. Qui si scripturam codicis Romani diligen-

tius inſpexiſſet, quam ex Aegianis lectionibus ipſe olim a ſuo Athenaei exemplo adſcripſerat, animadverſurus erat, primum, non Δρωπίδι, ſed Δρωπίδῃ ſcriptum oportuiſſe; quemadmodum & hoc loco vetus noſter codex cum Romano habet, & III. 125. f. & IV. 171. b. editi ſcriptique libri. Ac fuit ſane Δρωπίδης virile nomen, ex Laërt. III. 1. & ex Platone notum: quamquam quis hic fuerit, qui iſti *ALEXIDIS* fabulae nomen dedit, non liquet nobis. Deinde reperturus idem Caſaub. erat, *poſt* vocem μαρτύριον interpoſito *puncto*, ſic in Aegiano codice continuari orationem: μνημονεύει δὲ αὐτοῦ καὶ Ἀριστ. Et repetitum iſtud verbum μνημονεύει recte etiam nobis noſtrae membr. *A.* dederunt: particulam δὲ vero ignorant, qua carere etiam haud aegre potuit oratio, ſicut paulo inferius, lit. *c.* rurſusque lit. *f.*

Eſt porro ad hunc locum CASAUBONI Animadverſio haec: »Poculum iſtud, & *petacnum*, & *petachnum*, per κ »aut χ ſcribi, auctor eſt Heſychius. Sed ecce aliam γρα»φὴν ex eiusdem libris: Πεδαυνὰ, ait, τὰ ἐκπέταλα καὶ »φιαλοειδῆ ποτήρια. Lego πεδαχνά. Nam & verbum agno»ſcit idem, πεδαχνοῦσθαι: quod exponit, ἐξυπτιοῦσθαι καὶ »τρυφᾶν. Quod ait (Athenaeus,) *iam ante recitatum eſſe* »*Alexidis teſtimonium* ubi *petachni* fecit mentionem, per »emendationem noſtram verum eſt hodie. Vide libro ter»tio, cap. ult. [III. 125. f. & ibi not.] In Excerptis con»ſtanter πευτάχνον: mendoſe. « — πένταχνον, recte quidem *antepenacute*, ſed perperam etiam inſerta ν literâ ſcribitur in noſtro ms. *Ep.* In eodem codice dein in *ARISTOPHANIS* teſtimonio ſimili vitio πευταχνευταί ſcribitur; ſed illud quidem recte, quod *ultimam* in hoc vocabulo *acuit:* unde pro eo quod conſentiente msto *A.* editum erat πεταχνεῦται, nos πεταχνευταί edendum exiſtimavimus. Mendoſam eſſe vulgatam ſcripturam intelligens BRUNCKIUS, in Ariſtophanis Fragm. pag. 243. πεταχνοῦνται correxit: cui SOPINGIUS in Not. ad Heſych. voc. Πεταλοῦνται praeiverat, atque etiam ipſe noſter CASAUBONUS, ſic monens: »Addit Athenaeus: καὶ Ἀριστο»φάνης ἐν Δράμασι λέγων, πάντες δ' ἔνδον πεταχνεῦται. »De iis fabulis *ARISTOPHANIS*, quae *Dramata* vocatae »ſunt, diſputatum ſatis libro VII. cap. 14. Quae hîc ci»tantur ex illis, mendoſa habeo. Quid enim ſignificat vo»cabulum πεταχνεῦται? Ego vero cenſeo legendum, πάν-

a »τες δ' ἔνδον πεταχνοῦνται: aut ſic potius, πᾶς τις δ' »ἔνδον πεταχνοῦται. Non dubitabunt periti harum lite»rarum, hoc poſterius eſſe veriſſimum: neque alio He»ſychium reſpexiſſe, cum ſcriberet, Πεταχνοῦται· ἐξυ»πτίωται, τρυφᾷ. α — Ex eis quae de *Ariſtophaneis* Δράμασιν ad VII. p. 301. b. poſt Caſaubonum a nobis ex msstis libris cum Athenaei tum Pollucis obſervata ſunt, haud abſurde fortaſſe colligas, nonniſi *unam* fuiſſe Comici *fabulam*, Δράματα inſcriptam, cui titulo aliâs ille adiectus reperiatur ἢ Κένταυρος, aliâs iſte ἢ Νίοβος, quoniam in ea ſub *Centauri* perſonâ, cuius nomen Νίοβος fictum eſſet, (aut ſub *Centauri* & ſub neſcio cuius *Niobi* perſonâ) traducta fuiſſent nonnulla ſuperiorum poëtarum *Dramata*.

AD CAP. XCIII.

Πλημοχόη. — κοτυλίσκον ἔνιοι προσαγορεύουσιν, — χρῶνται δὲ αὐτῷ ἐν Ἐλευσῖνι &c. Hinc ſpecies accedere videri poterat emendationi *Caſauboni*, ſupra p. 479. c. (ubi de κοτυλίσκῳ agebatur) χρῶνται corrigentis pro vulgato χέονται. Sed utrumque ſuo loco ſtare poterat: χρῶνται αὐτῷ, *utuntur illo*: & χέονται, *libant illo*, vel *ex illo*. Caeterum de Πλημοχόῃ conſentit Heſychius. τῇ ὑστεραίᾳ, inquit, ἡμέρᾳ τῶν μυστηρίων κοτυλίσκους πληροῦσιν, οὓς καλοῦσι πλημοχόας. Conf. Polluc. X. 74.

b Poſt καὶ ἀπ' αὐτοῦ προσαγορεύουσιν, ignorant veteres membr. cum ed. Ven. & Baſ. repetita verba ὥς φησι Πάμφιλος, quae praeter rem hîc denuo inſeri curavit Caſaub. Notata quidem eadem ad hunc locum video ex Aegianis lectionibus in Athenaei exemplo, quo olim Caſaubonus uſus erat: ſed is error fuerat ſive librarii, ſive eius hominis qui ex illo codice lectiones excerpſit.

Si verum eſt id quod dein in edd. ſcribebatur, ἀνατρέπουσί τε, ad quod nihil ex ms. *A.* adnotatum video; aut aliud quid turbatum ſit in hac regione oportet, aut, aliud verbum interciderit cum iſto iungendum. Sed commode ἀνατρέπουσιν ἐπιλεγ. dedit ms. *Ep.*

ὁ τὸν Πειρίθουν γράψας, εἷ τις Κριτίας ἐστὶν ὁ τύραννος, ἢ Εὐριπίδης, &c. »*Critias* ille, qui appellatur *tyrannus*, »unus erat e triginta tyrannis, quos Lyſander Athenien-

» ſibus impoſuit: ſed omnium fere immaniſſimus & ſce- b
» leſtiſſimus, ut non iniuriâ ἁπλῶς *tyrannus* nominetur.
» Verba illius haec: ἵνα πλημοχόας τάσδ' εἰς χθόνιον χάσμ'
» εὐφήμως προχέωμεν. non προσχέωμεν. Loque-
» batur de inferiis, quae mortuo fiebant effuſâ in foveam
» libatione. Vide extremo libro nono locum ex Clidemi
» Exegetico. « CASAUBONUS. — De *Pirithoo* fabula, quae ab aliis *CRITIAE*, ab aliis *EURIPIDI* tribuebatur, vide FABRICIUM ad Sextum Empir. p. 562. & MUSGRAVIUM in Euripidis Fragm. pag. 587. Verba, quae ex illo dramate hîc citantur, parum feliciter a MEURSIO in Eleuſin. c. 30. pag. 89. digeſta, legitimum efficiunt verſum anapaeſticum tetrametrum; quem nos cum MUSGRAVIO (in Eurip. Fragm. pag. 582.) in duo hemiſtichia diviſimus. Veram fuiſſe Caſauboni emendationem, προχέωμεν, cum res ipſa docebat, tum metrica ratio.

Πρίστις. ὅτι ποτηρίου εἶδος, προείρηται ἐν τῷ περὶ τοῦ βατιακίου λόγῳ. » Adi fragmentum, quod capite quar-
» to deſcripſimus: vide etiam in Λαβρώνια. « CASAUBONUS. — Vide XI. 784. a. cap. 27. huius edit. & cap. 68. pag. 484. e.

AD CAP. XCIV.

Ἴων δ' ὁ Χῖος. Potuit ſuo nomine iſtud *Ionis* teſtimo- c
nium citare Athenaeus, quemadmodum & ſupra multo auctiorem eiusdem poëtae ῥῆσιν, cuius haec pars eſt, citaverat, pag. 463. b. c. Quod ſi ita hîc accipias, recte ſtabit δὲ particula. Sed nunc videtur id teſtimonium a *SIMARISTO* tale, quale hîc adponitur, fuiſſe citatum: quod ſi ita eſt, rectius abfuerit coniunctio. In priori *IONIS* verſiculo, qui pentameter eſt, κρητῆρι quidem (quamquam id uterque codex mstus habet) ferri non potuit: rectèque κρητῆρ' e ſuperiori loco hîc receperunt editores. Nec *Caſaubonum* equidem reprehendam, quod οἰνοχόοι item receperit; quod ipſum etiam ms. *Ep.* habet. Sed quoniam οἰνοχόαι, quaſi de *foeminis famulis* ageretur, cum ed. Ven. & Baſ. tenet ms. *A.*, ferendum id hoc loco putavi; quod a *Simariſto* fortaſſe ſic poſitum erat. Pro θέραπες ſuo arbitrio Epitomator h. l. θεράποντες ſcripſit. In προχύταισι *verſ.* 2. hîc conſentiunt ambo mssti

c cum edd. pro quo προχοαῖσι legebatur pag. 463. b. quod ibi fortaſſe ferendum fuerat.

Φιλήτας. Conſtanter Φιλίτας ms. *A.* ut iam alibi monui.

Ἀλέξανδρος ἐν Τίγονι. Sic editiones omnes: nec aliud e vetere msto enotatum. (In *Epit.* deſunt iſta.) DALECAMPIUS in ora notavit: »Quidam *Trygone:* quidam *Anti-*»*gone.* In poëtarum indice, τιγών. « — Ubi quem dicat *poëtarum Indicem* neſcio: illud ſcio, quando in Notis interpres ille ait, *quosdam* ſic vel ſic legere, plerumque eum proprias ſuas coniecturas iſtâ ſub formâ proponere. Idem, in Auctorum Indice, *drama* illud (ſive qualecumque *poëma* fuerit) *Aetolo* ALEXANDRO tribuit. CASAUBONUS, in Animadv. repetens verba ſupra ſcripta, ἐν Τιγόνι penacute ſcripſit, hac adiectâ Notâ: »Vereor ne plus aequo »velim mihi concedi, ſi poſtulem reſcribi, auctore me, »Ἀλέξανδρος ἐν Ἁλιεῖ. Ita tamen Athenaeus alibi. « — Nempe *Alexandri Aetoli* Ἁλιέα citabat Noſter, VII. 269. e. At nimium profecto ab Ἁλιεῖ diſtat Τίγονι vel Τιγόνι. Duas alias coniecturas VILLEBRUNIUS in medium propoſuit, neſcio ſuo-ne nomine, an ex ADAMI ſchedis: alteram, Ἄλεξις ἐν Ἀγῶνι: (at ἐν Ἀγώνιδι, non ἐν Ἀγῶνι ſcribitur VIII. 339. c. & XV. 678. e. alteram, Ἄρχιππος ἐν Ῥίνωνι, ex loco modo citato, XV. 678. e. Sed, donec aliquid luculentius occurrerit, conſultiſſimum fuerit ἐπέχειν.

Ξενοφῶν ἐν ἀγδόῳ Παιδείας. Leguntur ipſa iſta verba in *Cyropaediae* libro VIII. cap. 8. ſect. 10. ed. Zeun. Ibi quas προχοΐδας XENOPHON dicit, ZEUNIUS cum aliis *urceos* vel *guttas* intelligebat; quibus favere hactenus Athenaeus videtur, quod προχοΐδας τινὰς κύλικας dicit: quod maiorem etiam ſpeciem erat habiturum, ſi ποτήρια dixiſſet, quo vocabulo *quodvis genus vaſis potorii* ſignificatur, quum κύλιξ ſpecies quaedam ſit ποτηρίου, quam ad ſpeciem *urceus* aut *guttus* parum commode referri videtur. Sed rectius, ni prorſus fallor, Heſychius Προχοΐδας, τὰς ἀμίδας (id eſt, *matulas*) interpretatus eſt, hunc ipſum puto Xenophontis locum ſpectans. Quare *recte* in ms. *Ep.* vox κύλικας *abeſſe* mihi viſa erat.

d In *fine cap.* recte ὀρθούμενοι, ut apud Xenoph. ſic & ſcribitur in ms. *Ep.* Mirum vero, quod de corrupto verbo ὀρχούμενοι nil monuerit Caſaub. Videtur illud ex ipſis noſtris membr. *A.* (e quibus nulla ſcripturae discrepantia hîc enotata) in alios iuniores codices & in editiones om-

nes propagatum. Alia quaedam exempla earumdem literarum X & Θ inter se permutatarum supra notavimus, ad VIII. 343. f. Animadv. Tom. IV. pag. 563.

Προυσιάς. Ὅτι τὸ ποτήριον τοῦτο ἐξορθόν ἐστιν, προείρηται. »Obiter hoc dictum supra, ubi agebatur de *cele-*» *bâ.*« CASAUB. — Vide p. 475. f. Ibi recte Προυσιάδος penacute scribebatur, a recto casu ἡ Προυσιάς: quam formam, analogiae unice convenientem, hîc restituimus auctori, ubi perperam Προυσίας scribebatur non modo in ed. Ven. Bas. & Cas. 1. (nam in ed. Cas. 2. & 3. nullus accentus voci maiusculis literis scriptae impositus) verum etiam in ms. *Ep.* cum in contextu, tum in ora: pariterque (ut videtur) in ms. *A.*

Νίκανδρος ὁ Καλχηδόνιος. Istam scripturam, loco editae adhuc Χαλκηδόνιος, dedit ms. *A.* De qua scripturâ vide notata ad III. 92. e. Animadv. T. II. p. 121. In ms. *Ep.* omissum est auctoris nomen.

AD CAP. XCV.

Ῥέοντα. »Pocula ῥέοντα videntur quibusdam appel-»lata quae aliis ῥυτὰ, sola nominis formatione inter se »differentia. Posteriores versus *ASTYDAMANTIS* sic scri-»bendi:

»ῥέοντα δώδεχ', ὧν τὰ μὲν δέκ' ἀργυρᾶ
»ἦν, δύο δὲ χρυσᾶ. γρὺ ἓν, ἕτερον πήγασος.« CASAUBONUS. — Postremus versus sic editus legebatur,

ἦν, δύο δὲ χρυσᾶ, γρυ τὸ δ' ἕτερον πήγασος.

nec aliter in ms. *A.* nisi quod in eo non modo post χρυσᾶ, sed & *post* γρυ *hypostigme* ponitur. Gallici interpretes sic corrigendum censuerunt:

δύω δὲ χρυσᾶ· γρὺ ἓν, τὸ δ' ἕτερον πήγασος.

Sic vero existebat quartus pes dactylus, parum legitimus in ea sede, & praesertim sequente anapaesto ingratum rhythmum efficiens: quod vitaturus incommodum Casaubonus, duas voculas τὸ & δ' deletas voluerat. Nobis, ut expeditius, sic & certius videbatur remedium, si pro mendoso γρυ nominativum γρὺ ponentes, in reliquis nihil novaremus. Nec enim adiectâ voce ἓν indigebat oratio: & ex satis vulgato sermonis usu, quum sequatur τὸ δ' ἕτερον πήγασος, ad praecedentem vocem γρὺ intelligebatur τὸ μὲν ἓν, vel τὸ μὲν ἕτερον. Initio eiusdem versus

e nil opus erat verbo ἦν, quod ex ſcholio irrepſiſſe videtur: ubi ſi, pro vulgato δύο Attico more δύω ſcribas, recte ſtabit verſus. Sic etiam ADAMUS videtur voluiſſe: ſed *Villebrunius* citans ipſius emendationem, ἦν quidem omiſit, δύο vero per ο breve ſcriptum ſervavit. Mireris autem, ſi videris, quo pacto duo poſteriores illi verſus ab Euſtathio citentur. Sic enim ille, ad Iliad. Ψ'. pag. 1394. l. 8. ῥέοντα δέδωκα τόσα ἀργυρᾶ, δύο δὲ χρυσᾶ γρυφί. τὸ δ' ἕτερον πήγασος. Nempe haec ipſa, ut alia omnia quae ex Athenaeo Euſtathius habet, ex Epitoma ducta ſunt. In noſtro cod. *Epit.* ſic legitur: Ἀστυδάμας· ῥέοντα δώδεκα, τόσα ἀργυρᾶ. δύο δὲ χρυσᾶ· γρυφί· τὸ δ' ἕτερον πήγασος. Pro δώδεκα Euſtathius in ſuo cod. Epit. fortaſſe δέδωκα ſcriptum repererat: aut, ſi δώδεκα ipſius etiam codex habuit, id in δέδωκα mutandum ille cenſuit; niſi fortaſſe editores Euſtathii pro δώδεκα, quod & ipſe ſcripſiſſet, δέδωκα ſuo iudicio poſuerunt. Quid in ſuo codice operis plenioris in hac regione ſcriptum repererit ipſe auctor Epitomae, haud ſcio: ne id quidem ſatis ſcio, quid ſit quod ipſe hoc loco ſcripſerit, quidve a librariis, qui Epitomam deſcripſerunt, fortaſſe fuerit mutatum. Illud video, in noſtro codice Epitomae in ſecundâ literâ vocabuli δώδεκα, quod hodie ibi legitur, aliquid poſt primam ſcripturam eſſe mutatum; ſed quid fuerit ante, aut unde iſtae turbae, non potui discernere.

Ῥυσίς. Φιάλη χρυσῆ, Θεόδορος. Κρατῖνος, ἐν Νόμοις· »ῥυσίδι σπένδων. »De *rhyſide*, eadem Heſychius. *Le-* »*gum*, CRATINI fabulae, meminit Pollux lib. VI. cap. x. »& lib. VII. cap. XXII. item Ariſtophanis interpres ad »Equites.« CASAUBONUS. — Immo vero, egregie deceptum fuiſſe *Theodorum* illum, quisquis fuerit, ῥυσίδι σπένδων pro Cratini verbis citans, & cum eo Athenaeum & Heſychium, ex ipſo noſtro Athenaeo perſpecte docuit PIERSONUS ad Moerin, pag. 412. Nempe χρυσίδι (non ῥυσίδι) σπένδων ſcripſerat CRATINUS; ut ex eodem noſtro Athenaeo diſcimus, pag. 502. b. Illa vox capite truncata erat in eo exemplo, quo uſus erat *Theodorus* Grammaticus.

AD CAP. XCVI.

Ῥοδιάς. »Auctore Heſychio, ῥοδιακὸν & ῥοδιὰς, ſpe-

» cies sunt ποτηρίου καὶ ἐκπώματος: sic enim loquitur. « e CASAUBONUS. — Perperam ῥοδιᾶς, pro ῥοδιὰς, vulgo scriptum apud Hesychium. Recte apud Polluc. VI. 96. ῥοδιάδα, (sive in plurali scriptum ibi oportuit, ῥοδιάδας) ἢ ῥοδιακά. Sic & Photius in Lexico msto, teste Hesychii Editore: Ῥοδιακὸν καὶ Ῥοδιὰς, εἶδος ἐκπώματος. Ad ῥοδιὰς, intellige κύλιξ: ad ῥοδιακὸν, ποτήριον. Sic & ῥοδιακοὶ σκύφοι dicuntur pag. 500. b. Sed rursus Ῥοδιὰς p. 497. f. conf. quae notavimus ad pag. 469. b. (Animadv. hoc ipso vol. VI. pag. 84.) Quod vero cum Hesychianâ Glossâ, Ῥοδιᾶς, (sive potius, Ῥοδιάς·) ποτηρίου εἶδος: a Sopingio confertur id quod apud Athenaeum IX. 403. de ῥοδωνίᾳ vel ῥοδουντίᾳ (quae dicebatur) λοπάδι legitur; id quidem prorsus fuit alienum.

Δίφιλος, Αἱρησιτείχει· τὸ δὲ δρᾶμα τοῦτο Καλλίμαχος ἐπιγράφει Εὐνοῦχον. Sic scribitur in ed. Ven. Bas. & Cas. 1. nec aliter in membranis. At CASAUBONUS, in Animadv. verba ista repetens, suo arbitratu ita scripsit, Δίφιλος Αἱρησιτειχεῖ &c. hac adiectâ adnotatione: »*DIPHILI* fabula, cum primum in scenam prodiit, Αἱρη»σιτειχὴς nomen habuit: ut si dicas *Pyrgonices* aut *Polior*»*cetes*. Deinde a poëtâ emendata & denuo edita est novo »titulo Εὐνοῦχος ἢ Στρατιώτης, ut Plauti *Miles glorioſus*. »Auctor Athenaeus paullo post. [extr. pag.] Sic enim τὸ »διασκευὴ exponimus libro tertio. « — Quid dixerint Graeci διασκευὴν δράματον, ex suae doctrinae copia docuerat Animadversor, ad III. 110. b. (Animadv. T. II. pag. 261 sqq.) Scripturam Αἱρησιτειχεῖ ex proximâ eiusdem Animadversione in editiones Cas. 2. & 3. recepta est: eâdemque ratione extr. hac pag. in eisdem editt. Cas. 2. & 3. Αἱρεσιτειχοῦς scribitur, pro Αἱρεσιτείχους, quod habebant superiores editiones cum membranis. Qua novatione non videtur fuisse opus. Sunt enim Αἱρεσιτείχει & Αἱρεσιτείχους obliqui casus a recto ὁ Αἱρεσιτείχης, τοῦ Αἱρεσιτεύχεος, ut statuebat *Henr.* STEPHANUS in Indice Thes. pag. 317. sive ὁ Αἱρησίτειχος, τοῦ Αἱρησιτεύχεος: quorum utrumlibet eiusdem formationis est cum illo ὁ εὐτείχης sive ὁ εὔτειχος, τοῦ εὐτείχεος, unde est accusativus πόλιν εὐτείχεα apud Homer. Iliad. π'. 57. de quo vide Eustath. pag. 1057 extr. & seq. & Scholiasten Venetum. De *Callimacho* quod hîc ait Athenaeus, id accipiendum de illius Πίνακι Διδασκαλιῶν. conf. Callimachi Fragm. p. 470. ed. Ern.

f λέγει δὲ οὕτως· — Πιεῖν γέ τι
ἀδρότερον ἢ τῶν Ῥοδιακῶν ἢ τῶν ῥυτῶν.

Primora *Diphili* verba prorsus corrupte in ed. Ven. & Baſ. ſcribuntur, Πιεῖν δὲ ἀνδρ' ἕτερον ἢ τῶν &c. eodemque modo in ms. *A.* (Totum hoc caput de *Rhodiade* omiſſum eſt in *Epit.*) Mendoſam ſcripturam tacite correxit Caſaub. ex loco ſtatim ſequente, pag. 497. a. ubi idem teſtimonium paulo auctius adponitur. Iam ſaepius obſervavimus in vocabulo ἀδρὸς lapſos librarios. Scriptura Ῥοδιακῶν per ſe nihil ſuſpecti habet, quoniam idem valet (ut vidimus) τὸ ῥοδιακὸν & ἡ ῥοδιάς. Quoniam tamen titulum huic capiti auctor ſuperſcripſit Ῥοδιάς: conſentaneum erat, ut in primo ſaltem teſtimonio, quod citavit, ipſa illa nominis forma occurreret: & quamquam in eo teſtimonio, quod paulo poſt ex altera eiusdem dramatis editione citatur, ῥοδιακῶν ſcribitur, facile tamen crediderim, in priori editione ῥοδιάδων ſcriptum fuiſſe: quod etiam e Photii verbis in Lexic. ms. fit probabile, ubi ait: Ῥοδιακὸν καὶ Ῥοδιὰς, εἶδος ἐκπώματος. οὕτως Δίφιλος, quaſi diceret, utrâque nominis formâ uſum eſſe Diphilum. Mirum vero hîc Palmerii fuit commentum, qui (in Exercitat. pag. 519.) quoniam apud Diogenem Laërt. V. 72. (coll. Suid. v. Ῥοίακες) ſic olim legebatur in Lyconis teſtamento: δίδωμι δὲ τῷ Καλλίνου παιδίῳ Θηρικλείων ζεῦγος, καὶ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ ῥοιάκων ζεῦγος: ex illa apud Laërtium ſcripturâ hîc apud Athenaeum ῥοιάκων corrigendum cenſuit, atque etiam titulum capitis, Ῥοδιὰς, in Ῥοίαξ refingendum. Immo vero multo probabilius ac paene dicam certum videri debebat, corruptos iam Suidae aetate codices Laërtii fuiſſe; apud quem pro ῥοιάκων, quod ab aliis deinde in ῥοΐσκων mutatum eſt, haud dubie Ῥοδιακῶν ſcriptum oportuit.

Μνημονεύει αὐτῶν καὶ Διώξιππος ἐν Φιλαργύρῳ, &c. Quicumque in *editione Caſauboni* iſtis verbis viderit praepoſitum titulum, ΡΥΤΑ, uncialibus literis ſcriptum, quem ignorant ibi ſuperiores editiones; is perſuaſerit ſibi, e manuſcriptorum librorum auctoritate hoc ab eo factum, & facti rationem in Animadverſionibus redditam eſſe. At, verum ſi quaeris, non magis mssti libri, quam veteres editi, eo loci titulum iſtum agnoſcunt: & in *Caſauboni Animadverſionibus* huius novationis, propria auctoritate ab illo introductae, ne uno quidem verbo fit mentio. Adeo cer-

tus erat vir magnus ſui conſilii, & de aliorum iudicio ſe- f
curus. Igitur, Caſaubonum ſi audias, *Dioxippum*, *Ariſto-*
telem & *Lynceum* nominavit hoc loco Athenaeus, ut qui
rhytorum meminerint; nec tamen ullius ex his verba cita-
vit. Sin quaeſiveris id quod res eſt, reperies omnes iſtos
auctores nominari, ut qui *Rhodiacorum poculorum* ſive *va-*
ſorum meminiſſent; ipſa autem illorum verba hîc non ad-
poni, quoniam ſupra erant adpoſita. *Dioxippi* teſtimo-
nium habes pag. 472. b. *Aristotelis* verba ex libro περὶ Μέθης, leguntur pag. 464. c. ubi Ῥοδιακὰς χυτρίδας no-
minat, quae quidem nonnihil differre videntur ab eis quos
alii *Rhodiacos calices* commemorant: ſed iam pridem ob-
ſervatum ab ipſo Caſaubono, quodlibet genus vaſorum
potoriorum hoc capite complecti voluiſſe Athenaeum. De-
nique *Lyncei Samii* teſtimonium habes p. 469. b. ubi *he-*
dypotides Rhodiacae nominantur.

AD CAP. XCVII.

ΡΥΤΟΝ. ἔχει τὸ υ βραχὺ, καὶ ὀξύνεται. Hoc loco titulum, Ῥυτόν, pro more a reliquis verbis diſtinctum, & minio pictum, codex mſtus uterque cum in contextu habet, tum in orâ. Quae ſcripturae ratio cum in ed. Ven. & Baſ. ita turbata eſſet, ut continuo tenore ſic ſcriberetur, Λυγκεὺς δ' ὁ Σάμιος ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ἔχει τὸ υ βραχὺ καὶ ὀξύνεται: mirum ſane dictu, in hoc ita adquieſcere potuiſſe Caſaubonum, ut non modo in contextu, ſed & in Animadv. prorſus intactum hunc locum relinqueret. De vocali υ brevi monuit etiam Suidas: ubi conf. Toupium, Emend. P. III. p. 404. Nempe alia vocabula, quae cum hoc confundi quodammodo poſſent, ſyllabam ρυ productam habent. Adde Heſych. in Ῥυτὰ, & ibi Interpp. De vaſe ipſo conſulendus Salmasius, in Exercit. Plin. p. 663. & Millin, in Antiq. ineditis, T. I. p. 170.

Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Μειδίου. Vide ſupra, pag. 481. e. & ibi not. De *Diphili* dramate modo dictum, ſuperiori a
capite. Duos verſus inde hîc citatos, ut editi ſunt, ſic & veteres membranae habent. Epitoma quidem nonniſi poſtrema verba, τῶν ῥοδιακῶν ἢ τῶν ῥυτῶν.

Ἐπίνικος δ' ἐν Ὑποβαλλομέναις· Καὶ τῶν ῥυτῶν &c. »*Epi-*
»*nici* locus ex *Hypoballomenis* ante promiſſus erat in de-
»ſcriptione *elephantis* poculi: [pag. 469. a.] quem locum

a » vide. Ibi fiebat mentio *elephanti, qui capiebat tres congios:* » is de quo hîc *Epinicus, duos* ſolum. Illius verba pertur- » bata vulgo, ita concinnabis:

» Ἔστι δ' ἐλέφας. ἐλέφαντας περιάγει; ῥυτὸν
» χωροῦντα δύο χόας, ὃν οὐδ' ἂν ἐκπίοι
» ἐλέφας. ἐγὼ δὲ τοῦτο πέπωκα πολλάκις.
» οὐδὲν ἐλέφαντος γὰρ διαφέρεις σύ γε.

» In τοῦτο eſt figura πρὸς τὸ σημαινόμενον: non enim con- » gruit cum ἐλέφας, ſed cum ποτήριον. « CASAUBONUS. — De tribus primoribus illius eclogae verſibus, qui prae caeteris Oedipo indigere mihi videntur, nihil nobis dixit doctus Animadverſor. Equidem eos in contextu reliqui quales cum editis exhibet vetus codex *A.* ſcilicet:

Καὶ τῶν ῥυτῶν τὰ μέγιστα τῶν ὄντων τρία,
πίνειν δεήσει τήμερον πρὸς κλεψύδραν
κρουνιζόμενον ἀμφότερα δ' οἰωνίζομαι.

Quos latine ſic reddidit DALECAMPIUS:

A. *Rhytorum etiam maxima, quae aderunt, duo*
hodie bibere ad clepſydram oportebit,
ſalientis modo vinum fundentia. B. *Quodnam ſit utrumque*
auguror.

Ad verbum κρουνιζόμενον notavit IDEM: » Hoc vocabu- » lum ſignificat, tubulorum modo, per quos fontium aqua » fluit, humorem cum murmure ac ſtrepitu ſuſurrantem » eiicere. « — Cuius ex mente *verſ.* 1. δύο ſcriptum oportebat; *verſ.* 3. vero, κρουνιζόμενα. *Henr.* STEPHANUS, in Theſ. T. II. pag. 461. κρουνιζόμενον intelligebat οἶνον: » *vi-* » *num inde effuſum quod inſtar ſalientis effunditur.* « — VILLEBRUNIUS, pro κρουνιζομ. *verſ.* 3. ſe cum ADAMO χρονιζόμενον legere profeſſus, priores tres verſus Gallice ſic convertit: » A. *Il faudra boire aujourd'hui, pendant un tems* » *préſcrit, trois rhytes des plus grands qu'il y ait.* B. *Mais* » *il me ſemble, qu'avec un peu de tems j'en viderois bien* » *deux.* « — Quaſi, qui de tribus *duo* dicit, is Graece ἀμφότερα dicere poſſet. Ferenda ea interpretatio foret, ſi (quod ADAMUM quidem in animo habuiſſe puto) *primo* verſu δύο legeretur cum Dalecampio. Audacior doctiſſimus IACOBS, in Animadv. ad Anthol. Vol. I. P. II. p. 337. in duobus quidem primoribus verſibus nil niſi diſtinctionem orationis mutans, violentius cum tertio verſu egit, ita ſcribens:

Καὶ τῶν ῥυτῶν τὰ μέγιστα τῶν ὄντων τρία,

πίνειν δεήσει τήμερον, πρὸς κλεψύδραν a
κρουνιζομένων· τὰ μικρότερα δ' εὐωνίζ' ἐγώ.

» Is, qui loquitur, (inquit) *se minora* ait *pocula vilipendere, habere autem rhytum nihil dissimile elephantis cornu.* — — » κέρατα, elephantis dentes vocant veteres. Vide Oppian. » Κυνηγ. II. 495. ibique Rittershus. « — Nos, quum quid verissimum esset minime liqueret, hariolando utcumque expressimus sententiam verborum, qualia vulgo leguntur.

Quartus versus sic vulgo scribebatur,

ἔστι δ' ἐλέφας ἐλέφαντας περιάγει ῥυτὸν

nullâ verbis interpositâ distinctione. Recte verba distinxit, me iudice, Casaubonus in Animadv. Sed non placet ἐλέφαντας in plurali numero: nec enim *plures* nominaverat is, ex quo hoc quaeritur; nec facile *unum hominem plures simul circumducere elephantos* dixeris: & facit illud vocabulum pedem dactylum in quarta sede, ubi illum non solent frequentare Attici poëtae. Quare ἐλέφαντα utique scripsisse poëtam existimo. Sed huic etiam versui violentiorem adhibendam medicinam censuerat Iacobs, sic corrigens:

» ἔστι δὲ, κέρας ἐλέφαντος ὥσπερεὶ, ῥυτὸν,
χωροῦν τε δύο χόας, &c.

Nobis tam insigni novatione non esse opus visum erat. Ne id quidem urgendum putavimus, quod Gallicis interpretibus non sine veri specie placuerat, περιάγεις in *secundâ personâ* ponendum. Videntur hi duo, qui inter se colloquuntur, in tertii alicuius aedibus versari, qui his ingentia illa cornua propinaturus erat.

Quintus cum *sexto* versu sic scripti erant in editis libris:

χωροῦντα, δύο χόας, ὃν οὐδ' ἂν ἐλέφας (perperam ἔλεφας ed. Bas. & Cas.) ἐκπίοι
ἐγὼ τοῦτο πέπωκα πολλάκις. b

Ubi *Casauboni* emendationem, vocabulum ἐλέφας in posteriorem versum reiicientis, & δὲ particulam post ἐγὼ inserentis, non dubitavi adoptare: in quo etiam consentientem habui *Iacobsium*. Praeterea vero pro χόας, quod ob ultimam brevem hîc non ferendum videbatur, χοᾶς ex *Epit.* recepi; (conf. not. ad pag. 469. a.) ex eademque ἐκπίῃ, pro ἐκπίοι. Eadem verba eodem modo, quo in Epitoma scribuntur, citans Eustathius ad Iliad. Ψ. pag. 1394. 10. nempe, ῥυτὸν χωροῦντα δύο χοᾶς, ὃν οὐδ' ἂν ἐλέφας ἐκπίῃ: adiicit, καὶ σημείωσαι τὸ ῥυτὸς ἐνταῦθα

b ἀρσενικόν: id est, *& nota, vocab. ῥυτὸς hoc loco in masculino genere positum.* Videtur vero poëta non tam τὸν ῥυτὸν, tamquam substantivum masculini generis dixisse, quam ἐλέφαντα ῥυτόν: ut ῥυτὸν esset veluti adiectivum, ad subst. ἐλέφαντα relatum. Quod autem verba ista *Diphilo* auctori tribuit Eustathius, id fecit ab Epitomae auctore deceptus; qui post superius Diphili testimonium sic scripserat, καὶ πάλιν· ῥυτὸν χωροῦντα &c. quasi & haec *Diphili* verba essent. Quod ait poëta τοῦτο πέπωκα, potest quidem cum Casaubono τοῦτο ποτήριον intelligi: sed potuerit fortasse etiam indefinite accipi: *hoc ego saepius potavi*, pro *hanc mensuram, tantum vini.*

Versu penult. cur οὐδὲ σὺ in σύ γε mutaret *Casaubonus*, non modo causa erat nulla; sed versum etiam prorsus corrumpebat illa novatio. Ad *postremum versum* nihil monuit Animadversor. Atqui haud dubie corruptus ille erat, qualis editus legebatur: quem sic scriptum dabat editio Veneta:

ἕτερον τριήρης τοῦτο τὶς οὐ χωρεῖ. χόα.

neque aliter ed. Bas. & Cas. nisi quod in his deletum est punctum post χωρεῖ. At, quaenam istis verbis sententia insit, nemo facile dixerit. Quare perquam probabilis fuerat doctissimi CORAYI coniectura, τοῦτο τρεῖς χωρεῖ χοᾶς: collato praesertim loco superiore, pag. 469. a. Sed nos veterum membranarum sequi auctoritatem debuimus: in quibus (vitiose quidem distributis vocibus) sic scribitur, του τις ὡς χωρεῖ: quod nihil aliud valet, nisi id quod edidimus τοῦτ' ἴσως χωρεῖ.

In altero eiusdem *EPINICI* testimonio, tenendum putavi vocabulum πύρπνοον, *antepenacute* scriptum in editis: pro quo *penacute* πυρπνόον scribitur in ms. *A.* Istud testimonium omisit Breviator.

φορήματα γενέσθαι τῶν Ἀρσινόης εἰκόνων. Sic com-
c mode ms. *A.* Mox dein, τοιοῦτον, pro τοιοῦτο dedit codex ms. uterque.

Θεοκλῆς ἐν Ἰθυφάλλοις. » De *THEOCLIS Ithyphallicis* ver» sibus dictum est libro sexto, capite XV. « CASAUBONUS. — Vide Casaub. ad VI. 253. d. (Animadv. huius edit. T. III. p. 494 sq.) Quod vero idem Casaubonus (in Animadv. ad VII. 296. a.) poëtam *Theoclem*, qui hîc nominatur, pro eodem habuit cum eo qui alibi falso *Theoclytus* vulgo nominabatur, (cuius verum nomen *Theolytus* a nobis e ve-

tuſtis membr. reſtitutum eſt) in eo erraſſe doctiſſimum virum ibidem oſtendimus. In *tertio verſiculo*, qui ex *Theoclis* huius carmine ithyphallico adfertur, ὡς τῶν φιλτ. ſcribitur operarum errore ex ed. Caſ. 1. in ed. 2. & 3. propagato. Recte τὸν φιλτ. editt. vett. cum msstis.

Διονύσιος δ' ὁ Σινωπεὺς, – – – ὡς προεῖπον. »DIONY»SII *Sinopenſis* locum, quo nos reiicit, in ſuperioribus, »opinor, non invenies.« CASAUBONUS. — Immo vide pag. 467. d.

Ἡδύλος δ' ἐν Ἐπιγράμμασιν, περὶ τοῦ κατασκευασθέντος d ὑπὸ Κτησιβίου τοῦ μηχανοποιοῦ ῥυτοῦ μνημονεύων, φησί· Ζωροπόται καὶ τοῦτο &c. De celebri mechanico *Cteſibio* confer quae habet Athenaeus lib. IV. cap. 75. huius edit. (pag. 174. ed. Caſ.) *HEDYLI Epigramma*, quod hic adponitur, in editionibus omnibus ita lacerum & corruptum legebatur, ut pro ſex primoribus verſibus, quos exhibemus, nonniſi tres eſſent, in hunc modum ſcripti:

Ζωροπόται καὶ τοῦτο φύλον Ζεφύρου κατὰ νηὸν,
ὃς λιγὺν ἦχον σαλπίζει κρουνοῦ πρὸς ῥύσιν;
† ἠττομένου καὶ πολέμου σύνθεμα καὶ θαλίης,

tum ſequebantur quatuor reliqui, Νεῖλος ὁκοῖον ἄναξ μύσταις φίλον, & reliqua, recte ſcripta. Quo ſpectat CASAUBONI Animadverſio haec: »Subiicitur *HEDYLI Epigram»ma, de rhyto* quodam machinoſo, *quod Cteſibius mechani»cus confecerat*, & Veneri *Zephyritidi* ſive *Arſinoae* conſe»craverat. Videtur Hedylus Epigrammatis ſuis deſcripſiſ»ſe donaria, quae in Arſinoae templo eius aetate viſe»bantur. Nam hoc videtur indicare, cum ait καὶ τοῦτο »in *primo verſu*. Sane pleraque Hedyli quae extant hodie »Epigrammata, donariorum ſunt ἐπιγραφαί. De *Arſinoae* »cultu & variis nominibus dictum libro ſeptimo, capite »XIX. [ad VII. 318. b. & c. Animadv. T. IV. huius edit. pag. 378. & 382.] »Cum autem & mutilum & multis mo»dis depravatum iſtud *Hedyli Epigramma* hactenus ſit edi»tum: quae deſunt quidem, ea nos ex fide membrana»rum ſupplebimus; ſed corrupta emendare non poſſumus. »Sic igitur libri chirographi:

»Ζωροπόται καὶ τοῦτο φιλοζεφύρου κατὰ νηὸν
»τὸ ῥυτόν· εἰδείης δ' εὖ τὶ δέ τ' Ἀρσινόης
»ὀρχηστὴν Βήσαν Αἰγύπτιον, ὃς λιγὺν ἦχον
»σαλπίζει κρουνοῦ πρὸς ῥύσιν ἠττωμένου
»καὶ πολέμου σύνθημα. διὰ χρυσέου δὲ γέγωνεν

d » κώθωνος κώμου σύνθεμα καὶ θαλίης·
» Νεῖλος ὁ κοῖος ἄναξ μύσταις φίλον ἱεραγωγοῖς
» εὗρε μέλος θείων πάτριον ἐξ ὑδάτων.
» Ἀλλὰ Κτησιβίου σοφὸν εὕρεμα τίετε τοῦτο.
» δεῦτε νέοι νηῷ τῷδε παρ' Ἀρσινόης.

» Compotores ſuos affatur poëta; & ad *rhyti* contempla-
» tionem vocat, quod arte ſubtili elaboratum a *Cteſibio*,
» hydraulicorum inventore, (ut lib. IV. cap. 33. dictum)
» *Arſinoae* Veneri fuerat conſecratum. (In ed. Caſ. 2. & 3.
ex ſchedis Caſauboni hîc adiicitur: » In *ſecundo verſu* ſcri-
» bebat ὁ μακαρίτης SCALIGER, εἰδυίης δεῦτ' ἴδετ'
» Ἀρσινόης. Sic in ultimo verſu, δεῦτε νέοι.«) » *Tertio verſu*,
» lego βῆσαν, minori literâ initiante. Ait, poculum hoc,
» quod Graeci alii ῥυτὸν appellant, *Aegyptium eſſe beſam*. Ita
» vocabatur Alexandriae genus potorii vaſis: quod in fra-
» gmento capitis quarti ita deſcribitur: Βῆσα (forte, Βήσας)
» ποτήριον παρὰ Ἀλεξανδρεῦσι, πλατύτερον ἐκ τῶν κάτω
» μερῶν, ἐστενωμένον ἄνωθεν.« [Vide ſupra, XI. 784. b. &
in eum locum notata; ubi obliti ſumus ad hunc locum
provocare, qui cum illo utique conferendus. Tenendum-
que etiam (quod obiter Caſaubonus quoque monuit) re-
ctum caſum illius nominis ex *Hedyli* ratione ſtatuendum
eſſe ὁ βήσας, τοῦ βήσου: quare etiam accuſativus βήσαν
ultimam longam habet.] Pergit CASAUBONUS: » Haec fi-
» gura convenientiſſima eſt poculo iſti, quod ad inſtar hy-
» drauleos fecerat Cteſibius. Cur ὀρχηστὴν appellet ne-
» ſcio: & fortaſſe locus eſt corruptus.« [Mihi videbatur
ὀρχηστὴς, quaſi *ſaltator* dici; quod ex eo *ſaliat aqua*, &
quaſi *ſaltet*.] » *Quarto verſu* lego, πρὸς ῥύσιν ἱεμένου:
» (vel cum SCALIGERO, ἀττομένου.) Ait, *effluente liquore*
» *edi aliquando acutum ſonum, & quodammodo bellicum*: ideo
» comparat *tubae*, claſſicum canenti: aliquando vero mol-
» lem edi ſonum, & *conviviis atque comeſſationibus conve-*
» *nientem*. Quarto diſticho, comparat *ſiſtro* dulciſonum hoc
» poculum. Et eſt locus inſignis de inventione ſiſtri, imi-
» tatione ſuſurri quem Nilus edit per confragoſa quaedam
» fluens. Si quis malit ad hydraulica reſpici, per me licet.
» Siſtrum tamen Aegyptiorum ſacrorum myſtis familiare
» fuiſſe, omnes mihi concedent.« Denique in ed. Caſ. 2.
& 3. adiicitur: » Pro ἐξ ὑδάτων, SCALIGER emendabat
» ἐξ ἀδύτων: de quo iudicet lector.«

Iſtud *HEDYLI Epigramma* ex Athenaeo in Adpendicem

Anthologiae adſciverat *Henr.* STEPHANUS, ſed lacerum, d quale exhibebant veteres Athenaei editiones. Supplementis a Caſaubono prolatis auctum, & partim *Scaligeri*, partim ſuis coniecturis emendatum dedit SALMASIUS, Exercit. Plin. p. 449 ſeq. Cuius totam rationem adoptavit BRUNCK in Analect. T. I. pag. 483 ſq. Totum epigramma deeſt in *Epit.* Quae vero ex Italicis codicibus ſupplementa protulit Caſaubonus, eadem omnia veteres membranae *A.* nullâ cum discrepantiâ agnoſcunt; niſi quod in his (*verſ.* 1.) mendoſe φιλοζειφύρου pro φιλοζεφύρου ſcribitur. Nec in reliquis verbis quidquam diſſenſionis ab editis ex eisdem membr. enotatum eſt, niſi pro ἥττομένου, (*verſ.* 4.) πρὸς ῥύσιν ἡγομένου: quae ipſa mendoſa ſcriptura mirifice confirmat SALMASII emendationem οἰγομένου, quam unice veram iudicavi. Caeterum *verſu* 2. pro mendoſo εἰδείης, in *Scaligeri* emendatione εἰδυίης adquieſcendum putavi; meritam licet laudem tribuens eruditae emendationi Ἱππείης, a VALCKENARIO ad Theocriti Adoniaz. pag. 355. propoſitam, ex Heſychiana gloſſa: Ἱππία, Ἀρσινόη, ἡ τοῦ Φιλαδέλφου γυνή. *Verſ.* 5. Cum καὶ πολέμου σύνθημα vulgo ſcriberetur, iſtud tenens *Salmaſius*, dein pro διὰ χρυσέου δὲ, διὰ χρυσέου τε correxit. At δὲ tenet ibi ms. *A.* cum aliis codicibus Italicis: mihique unice ſeſe probavit IACOBSII ratio, οὐ πολέμου corrigentis, (in Animadv. ad Anthol. Vol. I. P. II. pag. 338.) & *verſ.* 6. κώδωνος, pro κώθωνος. Nempe, poſt οἰγομένου interciderat olim οὐ particula: dein doctus aliquis lector, claudicare metrum intelligens, & de negativâ particulâ nil cogitans, voculam καὶ adiecit. Iam ſaepius ſane obſervavimus, in corruptiſſimis etiam poëtarum locis, qui his Athenaei libris continentur, frequenter tamen perapte procedere metri rationem: unde haud temere colligas, olim aliquem doctum Athenaei lectorem, cuius e codice & membranae noſtrae *A.* derivatae ſunt, & illae quibus Breviator uſus eſt, paſſim emendare conatum eſſe depravata poëtarum loca, &, ubi *genuina verba* reſtituere minus potuit, *metra* ſaltem utcumque curaſſe. Quo ipſo quidem conatu verendum eſt ne multo etiam magis obſcurata nobis fuerint veteris germanaeque lectionis veſtigia. κώδων Graecis dicitur *orificium tubae*: vide Noſtrum extremo libro quarto. Caeterum iſta iam ſcripſeram, quum animadverti, in lectionibus Aegianis e

d codice Vaticano excerptis hanc exhiberi ſcripturam, διὰ χρυσέου δὲ γέγονε (hoc quidem male) κώδωνος. Quare ſuſpicor, etiam vetuſtas membranas *A.* κώδωνος habere, ſed effugiſſe hoc ſpeculatoris noſtri aciem. Quod *quarto diſticho* de *fiſtro* agi exiſtimavit Caſaubonus, id alienum ab hoc loco mihi viſum erat. *Verſu* 7. vero, pro ὁκοῖος, neceſſario ὁκοῖον (ſcil. μέλος) fuit ſcribendum. ὁποῖον correxerat *Salmaſ.* Denique *verſu* 8. non ferendam putavi vulgatam ſcripturam ἐξ ὑδάτων: quae, ſi nil aliud incommodi haberet, pro reliquo epigrammatis colore nimis certe languet frigetque. Eoque etiam probabilior certiorque videri debuit *Scaligeri* emendatio, ἐξ ἀδύτων, quo magis adparebat, quam facile ex ἀδύτων (praeſertim poſtquam *Nili* mentio facta eſt) in ὑδάτων aberrare potuerit dormitans aliquis aut feſtinans librarius. Cur vero *duorum* etiam *poſtremorum verſuum* ſcripturam cum doctiſſimo IACOBS ſuſpectam haberemus, nullam ſatis idoneam cauſſam nos quidem vidimus.

e Θεόφραστος δ' ἐν τῷ Περὶ Μέθης &c. Et hic locus lacer erat in duabus quidem primoribus editionibus, in quibus ſic legebatur: Θεόφραστος δ' ἐν ἥρωσι μόνοις ἀποδ. Supplevit ex mſstis Caſaubonus in ſua editione: ſed vocabulum ποτήριον temere omiſit, quod non modo nobis noſter cod. *A.* exhibuit, ſed Caſaubono etiam offerebant Aegianae lectiones, quas ipſe ſua manu in orâ ſui libri conſignatas habebat. In proximis *DOROTHEI* verbis temere διατετριμμένα geminata μ literâ ſcribitur in ed. Baſ. & Caſ. Peius vero etiam διατετριμμένα apud Euſtath. ad Iliad. Ψ'. pag. 1394. l. 9. Recte quidem διατετριμένα habet noſter ms. *Ep.* cum ed. Ven. puto & ms. *A.*

AD CAP. XCVIII.

f *Sannacra.* – – Φιλήμων δ' ἐν τῇ Χήρᾳ. Vide BENTLEII Emend. in Menandr. & Philem. p. 119. *Ibid.* βατιακῶν μνησθείς. Vide ſupra, XI. 784. a. *Ibid.* ἱπποτραγέλαφοι. Conf. p. 500. d. e. *PHILEMONIS* verba etiam conjectare licet in hunc fortaſſe modum ſcripta olim fuiſſe:

A. Σαννάκρι', ἱπποτραγέλαφοι, βατιάκια.

B. Σαννάκια; ——

Σελευκίς. Ὅτι ἀπὸ Σελεύκου τοῦ βασιλέως &c. Conf. ſupra cap. 22. XI. 783. e. item VI. 255. a. τοῦ articulum

hoc loco ex ms. *A.* recepimus. De *ſeleucide* etiam dictum nonnihil pag. 488. f. nempe, duos fundos habuiſſe, alterum naturalem, alterum acceſſorium, i. e. baſin cui inſiſteret.

Πολέμων – – ποτήρια, φησὶ, παραπλήσια· Σελευκὶς, Ῥοδιὰς, Ἀντιγονίς. Varia *ſimilitudinis* genera in eo libro perſecutus erat POLEMO: & nunc tria iſta poculorum genera fortaſſe nonniſi hactenus ſimilia ille dixit, quod *nomen* perinde *habuerint ab his qui illis uſi eſſent.* Sic quidem Pollux VI. 96. ait, *thericleum calicem & cantharum nomen habuiſſe, ἀπὸ τῶν ποιησάντων: Antigonidem vero, Seleucidem, & Rhodiadem,* (vides eadem tria genera iungi) *ἀπὸ τῶν χρησαμένων.* Pro Ῥοδιὰς h. l. perperam δοριὰς ſcribitur in ms. *Ep.*

Σκάλλιον. »Et σκαλλίου & σκαλλὸν poculorum a »eſſe nomina, etiam Heſychius obſervat. Ratio autem »appellationis haec. Σκάλλειν Graecis idem ſignificat ac »σκάπτειν, *fodere, cavare.* Quemadmodum igitur a σκά»πτω deductis nominibus, σκάφη, σκαφὶς, σκαφίον, & »σκύφος, varia inſtrumenta nominarunt, quae cavando »fieri videbant: ſic, a σκάλλω, *cavatum lignum in uſum »poculi* appellarunt σκαλλόν.« CASAUBONUS. — Heſychius: Σκαλλίον· κυλίκιον μικρόν. οἱ δὲ, Σκαλλόν. Apud quem rectius, ut videtur, penacute σκαλλίον ſcribitur, quam apud Noſtrum σκάλλιον antepenacute. Sed ne hoc quidem veteres libri agnoſcunt; in quibus capite truncatum vocabulum κάλλιον ſcribitur: ſic certe ms. *A.* cum ed. Ven. & Baſ. rurſusque in ora msti *A.* repetitur titulus, περὶ Καλλίου: quod erratum tacite correxit Caſaubonus. In *Epit.* prorſus praetermiſſa eſt huius poculi mentio.

AD CAP. XCIX.

Σκύφος. Conſtanter penacute hoc nomen ſcribunt noſtri codices, ſive in masculino genere poſitum ſit nomen, ſive in neutro: numquam σκῦφος, ut paſſim editi libri. *Ibid.* σκύφος σκύφους, ὡς τεῖχος τείχους. Duo priora verba, quae deerant editis, adiecta dedit ms. *A.*

In *HESIODI*, ex *Melampodiá*, *verſu* 1. Τῷ δὲ Μάρης. Sic b editi: recte, ut videtur. Breviator nonniſi ſecundum Heſiodi verſum adpoſuit. *Verſ.* 3. Recte rurſus μάντις edd.

b nempe *Melampus*. Pro edito autem olim βιοῦ, monuit HEMSTERHUSIUS (ad Hesych. voc. Ἐπιμαίεσθαι) βοὸς corrigendum: quam ad scripturam paulo propius accedit βιὸς, quod habet ms. *A*. *Vers.* 4. τῷ δ' ἐπόπισθεν scribebatur in edd. Nobis commodius dividi posterior vox videbatur, ἔπ' ὄπισθεν: quod valet ἐπὶ τῷδε ὄπισθεν.

Vers. 6. Quum ἔστειλεν φύλακος scriptum esset in editis, adnotavit CASAUBONUS: »Scribendum est, ἔστειλεν »Φύλακος, maiusculâ literâ initiante. *Phylacus* enim regis »nomen est, ut ex praecedente versu apparet, & ex Bi»bliotheca Apollodori aliisque. Pro ἔστειλε, mssti ἔστει»χε: quod minus placet.« — At, cur hoc, quod & nostrae tuentur membranae, minus placere debeat, nulla causa adparet.

Ἀναξίμανδρος ἐν τῇ Ἡρωολογίᾳ. *ANAXIMANDRUM Milesium iuniorem* videtur dicere. Vide MENAG. ad Laërt. II.
c 2. & WOLFII Prolegom. ad Homer. pag. 162. *Ibid.* καὶ τὸν σκύπφον ἔχων ὃν εἵλετο αὐτῷ. Vide omnino HEYNIUM ad Apollodor. II. 4, 7. cum quo possis αὐτῷ legere: sed & αὐτῷ (ut iam saepe vidimus) idem ac αὑτῷ vel ἑαυτῷ valet. ἔχων, *tenens, retinens*: vide Lexic. Polyb. pag. 292.

Ἀνακρέων· Ἐγὼ δ' ἔχων &c. Vide *ANACREONTEM* Barnesii, pag. 244. num. 73. In poëtae verbis perperam σκύφον absque π scribitur in ed. Cas. 2. & 3. contra id quod satis diserte docuit Athenaeus; nempe operarum errore. Recte σκύπφον superiores editt. & mssti. Quod dein ait ἐξέπινον, id Gallicus interpres vertit, *j'en bûs un peu*: i. e. *parum de eo bibi*: quoniam scil. continuo subiicit Athenaeus, ἀντὶ τοῦ προέπινον. κυρίως γάρ ἐστι τοῦτο προπίνειν, τὸ ἑτέρῳ πρὸ ἑαυτοῦ δοῦναι πίνειν. Quod sane mire dictum videri poterat, ἐκπίνειν (quod *ebibere* sonat) idem valere ac προπίνειν & *alteri ante se bibendum dare*. ἐξέπινον Ἐρξίωνι, nobis videbatur ita significare *propinavi Erxioni*, ut Hercules, salutato Erxione, prior quidem ebiberet poculum, sed statim denuo repletum illi porrigeret. At, si ita intellexisset Athenaeus, non κυρίως γὰρ dixisset, sed κυρίως δ' ἐστι τοῦτο προπίνειν. Caeterum confer quae de *propinatione* vere nominatâ monuit Noster lib. V. pag. 193. a. Qui
d ex *Odyssea* hîc citatur versus, est ex ῥαψ. ν'. 57. Alter, ex *Iliad.* ι'. 224. Totum istum de *propinatione* excursum parentheseos notis inclusimus.

PANYASIDIS duos verſus ex Athenaeo in Analecta recepit Brunck, T. III. pag. 329. & in Gnomic. pag. 131. num. 3.

Εὐριπίδης δ' ἐν Εὐρυσθεῖ. Monuerat CASAUBONUS: »Scribendum Εὐριπίδης ἐν Εὐρυσθεῖ, non Εὐρυσθείᾳ. Nam »τὸ α male adhaeſit fini huius dictionis ex ſequentis initio. Fabulae argumentum ex ipſo nomine ſatis notum: »nam Herculem novit nemo, quin *Euryſtheum* norit. De »*Euryſtheâ* muliere nugae. Praeterea *EURIPIDIS Eury*»*ſtheum* non ſemel apud Stobaeum invenies laudatum. »Pollux lib. X. cap. 24. tragicum hunc laudat ἐν Εὐρυσθένει »σατυρικῷ. An pro Εὐρυσθεῖ? poteſt dubitari.« — Vide Musgravii Fragm. Euripid. ubi plurima fragmenta ex eodem dramate collecta.

ACHAEI verſus ex *Omphale* integer adpoſitus erat cum e aliis, pag. 466. f. ubi de literato poculo agebatur. Ibi recte καλεῖ edd. & mssti: hîc perperam καλεῖς ms. *A.* ſed καλεῖ correxit Caſaub. In edd. Ven. & Baſ. poſt verba, Εὐριπίδης δ' ἐν Εὐρ. ἀρσενικῶς ἔφη, ſtatim ſequuntur illa, Ἴων δ' ἐν Ὀμφάλῃ. Quae interiecta ſunt, ea e mſstis ſupplevit Caſaubonus, uno tamen omiſſo verbo ἔφη, quod poſt οὐατόεντα σκύφον non modo nobis noſtrae membranae dederunt, ſed & Caſaubono Aegianae Lectiones obtulerant. Praecipuam partem eorum quae olim deerant, habet etiam Epitoma: Εὐριπίδης, σκύφος τε μακρὸς, ἀρσενικῶς. Καὶ Σιμωνίδης, οὐατόεντα σκύφον.

Ἴων δ' ἐν Ὀμφάλῃ· – – – ἐν τῷ σκύφει, τῷ σκύφει ἰδίως ἀπὸ τοῦ σκύφος &c. Poſtrema verba praetermiſit Breviator. In ms. *A.* vero, ſi modo recte accepi, pro τῷ σκύφει ἰδίως &c. nude τῷ ἰδίως legitur. Vocab. σκύφει opportune ibi adiectum in editis: ſed τὸ (non τῷ) σκύφει utique videtur ſcriptum oportuiſſe: id eſt, *hoc vocabulum* σκύφει, *ſic formatum.* Dein vero, pro ἀπὸ τοῦ σκύφος, rectius puto futurum erat, ἀπὸ τοῦ, τὸ σκύφος. Quod vero ait Athenaeus, ἰδίως (i. e. *proprie*, ſive potius, *propriâ, peculiari ratione*) *vocabulum illud ita formaſſe* IONEM: id eo (puto) ſpectat, quod apud vetuſtiores ſcriptores rarius reperiatur dativus caſus ſic formatus, σκύφει; quodque primus ac fere ſolus, apud quem illa forma reperiatur, *Ion* fuerit, cum in tertio caſu σκύφῳ potius dixerint alii.

Ἐπίχαρμος – – Φέρ' ἐγχέας ἐς τὸ σκύφος. Sic ms.

A. non εἰς τὸ σκῦφος, ut editi. εἰς tamen habet etiam ms. *Ep.* Quatuor poſtrema verba ſunt poſterius hemiſtichium verſus Epicharmei. *Ibid.* Ἀλεξις ἐν Λευκαδίᾳ. Nil mutant membranae. Vide not. ad VII. 322. c. Ἐπιγένης ἐν Βακχείῳ. Sic Suidas in Ἐπιγένης. Conf. Not. ad III. 75. c. & ad IX. 384. a. Si quis tamen tenendum cenſuerit Βακχία, poterit is Heſychii niti auctoritate, apud quem legitur, Βακχία· μανία. Sed & ibi ut Βακχεία corrigatur monet analogia; cum ſit nomen a verbo βακχεύω ductum. In *PHAEDIMI* teſtimonio, mendoſe μελεζώροιο ſcribitur in ſolâ ed. Caſ. 3. Superiores recte μελιζώροιο.

f καὶ παρ' Ὁμήρῳ δὲ Ἀριστοφάνης &c. Verſus eſt ex Odyſſ. ξ'. 112. ubi quidem apud Poëtam vulgo non Πλησ. δ' ἄρα οἱ legitur, ſed Καὶ οἱ πλησαμ. Porro, ubi primum verſus iſte adponitur apud Noſtrum, ibi perperam ὧν περ ἔπινεν ſcribebatur in Athenaei editionibus omnibus, errore fortaſſe ex ipſis vetuſtis membr. *A.* propagato. Recte vero ὥπερ habet ms. *Ep.* Et Breviator quidem nomina etiam *Ariſtophanis* & *Ariſtarchi* (ut in opere pleniore) adpoſuit. Inde habet Euſtathius, ad Od. ο'. pag. 566. l. 4 ſq.

Quae ex *ASCLEPIADE Myrleano* dein adferuntur, eadem iam ſupra (pag. 477. b.) adpoſita erant. Quare conciſe hoc loco & commode Breviator: ἔστι δὲ κατ' Ἀσκληπιάδην ποιμενικώτερον ἀγγεῖον.

Καὶ Ἀλκμὰν δὲ φησί· id eſt: *Sed & Alcman ait.* Nempe, ut Ariſtarchus σκύφον apud Homerum ſcribi voluit, ſic & *Alcman* in quarto caſu σκύφον (masculino genere) a non σκύφος, dixit. In verbis ex *ALCMANE* citatis, Πολλάκι δ' ἐν κορυφαῖς &c. in contextu nihil auſus ſum mutare, niſi id quod membranae dederunt, ἄγγος ἔχοισα, dorice, pro ἔχουσα. In *Epit.* totum deeſt teſtimonium. Membr. *A.* caeteroquin nihil mutant; niſi quod in fine, pro ἀργύφεόν τε, vitioſe ἀργειοφεονται ſcriptum habent. Urſinus, quod ſciam, & Henr. Stephanus, in Lyricorum Fragmentis, nihil emendationis in hoc tentarunt. In Stephanicis duabus editionibus, quae mihi ad manus ſunt, novo etiam vitio Πόλλακι δ' ἀν. κορυφαῖς ſcribitur pro δ' ἐν κορ. Ibidem haec adponitur verſio Latina: *Saepe autem in cacuminibus montium, ubi Diis canit multivoca ſolennitas, aureum vas habens, magnum ſcyphum, ut paſtores viri habent,* * * De reliquis latine reddendis deſperaverant illi: quae

sic DALECAMPIUS vertit: *qualis fictilis est pastoribus viris*, a *formatum caseum servabat magnum, album, delicatum.* Ad verbum ἐπαλαθεῖσα adnotavit idem DALECAMPIUS: »ἐπι»πλάττουσα: alii ἐπιπαλαθοῦσα.« Ad vocem ἄτρυφον vero: »εὔτρυφον. Nostra exemplaria ἄτρυφον, *lenocinio nullo* »*conditum, & tanquam incultum.*« — (Poterat vero in ἄτρυφον intensive accipi α, *valde delicatum.*) Idem interpres pro ἐτύρησας, ut ex versione eius intelligitur, ἐτήρησε legebat: ubi tamen, si quid mutandum erat, potius ἐτύρευσας vel ἐτύρωσας corrigendum fuisse videtur; nisi fortasse ipsum ἐτύρησας (a verbo τυρέω, pro τυρεύω vel τυρόω) eâdem notione ferri potuit. Corruptis verbis λεοντέου ἐπαλαθεῖσα non usquequaque quidem certissimam expeditissimamque offerebat medicinam, sed insignem tamen lucem adfundebat locus Aristidis, (T. II. pag. 29. ed. Iebb.) quem FIORILLO protulit, Observ. in Athen. pag. 25 sq. ubi ait: Ὡς ἄρα πολλή τις καὶ ἄμαχος ἡ δύναμις τοῦ θεοῦ, καὶ δύναιτ' ἂν καὶ ὄνους πτεροῦν, οὐχ ἵππους μόνον. ὥσπερ καὶ λεόντων γάλα ἀμέλγειν ἀνέθηκε τις αὐτῷ Λακωνικὸς ποιητής. Quo nisus testimonio, certissimâ quidem ratione *ALCMANIS* versus, Laconici poëtae, in hunc modum corrigendos esse sibi persuasit idem solertissimus FIORILLO:

Πολλάκι δ' ἐν κορυφαῖς ὀρέων, ὅκα θεοὺς ἄδῃ πολύφαμος ἑορτὰ,
χρύσεον ἄγγος ἔχουσα, μέγαν σκύφον, οἷά τε ποιμένες ἄνδρες ἔχουσι,
χερσὶ λεόντειον γάλα τυρὸν ἐτύρησας μέγαν ἀργύφεόν τε.

»Sermo (inquit) de Bacchâ. Vides *Aristidem* totum *Alc»manis* carmen ante oculos habuisse; sed ea ad *Bacchum* »transtulisse, quae de *Baccha* narraverat poëta. θεῖσα est »glossa. ἄτρυφον ortum ex ἀργύφεον: vel docta erat glos»sa ἄτροφον. Hesychius: Ἄτροφος, τυρὸς ὁ πησσόμενος »ὑπὸ Λακώνων. Vocem ἑορτὰ per *Bacchanale* reddo.« — Sic ille: qui quod θεοὺς ἄδῃ scripsit, ἄδῃ puto voluerat, quemadmodum fere editum erat: vocem θεῖσα autem e glossa irrepsisse, itemque eiiciendum esse vocabulum ἄτρυφον, aegre persuaserit lectoribus. Probabiliori ratione cum alio docto Viro (in Novellis Literariis Ienens. mens. August. 1803. num. 224.) coniicias, post verba χερσὶ λεόντειον γάλα θεῖσα intercidisse nonnihil. Sed fortasse

haud abſurdum fuerit, ſi in vulgato ἐπαλαθεῖσα praeter nomen γάλα ſuſpiceris latere participium παλαθεῦσα, pro παλαθέουσα vel παλαθίζουσα, a verbo παλαθέω, quod a nomine παλάθη ductum ſit, denotetque *in maſſam cogere*: nam ſicut ἡ παλάθη ſignificat *ficorum* aut *nucum compreſſam maſſam*, ſic fortaſſe etiam (ab audaciore praeſertim poëta) de aliis rebus in ſolidam maſſam coactis dici potuerit. Sed omittamus hariolationes. Quae ſuperſunt in hac *Alcmanis* ecloga tenebrae, eas poſthac facile fortaſſe Oedipus aliquis discutiet. De voce πολύφανος, CASAUBONUS monuit: »Scribam potius πολύφωνος ἑορτά.« — Equidem, cum in dubio haererem, utrum πολύφωνος, an πολύφαμος ſcriberem, vulgatum in contextu tenui: cum praeſertim, ex Dorice loquentium uſu, vocalem ω cum α haud raro permutantium, fortaſſe etiam πολύφανος, pro communi πολύφωνος, dicere Laconicus poëta potuerit.

Στησίχορος – – – σκύφειον δ' ἔπας καλεῖ, ἐν ἴσῳ τῷ σκυφοειδές. Quod conſentientibus msstis vulgo & hic & mox in ipſius *STESICHORI* verſu ſcribebatur, σκυφίον, id ſubſtantivum nomen eſt, diminutivum τοῦ σκύφος: quod quo pacto per σκυφοειδὲς exponi ab Athenaeo potuerit, haud adparet. Ferri utcumque fortaſſe potuerat σκύφιον, *antepenacute* ſcriptum, tamquam adiectivum neutrius generis a masculino σκύφιος. Sed analogiae magis conſentaneum videbatur, ut σκύφειον ſcriptum oportuiſſe
b ſtatueremus. Et in poëtae quidem hexametro, pro eo quod vulgo ſcribebatur,

Σκυφίον δὲ λαβὼν δέπας ἕμμετρον, ὡς τριλάγυνον,

penultimam illius vocabuli *productam* neceſſario deſiderabat verſus. Sed & ibidem prima etiam ſyllaba neceſſario producī debuit: quare CASAUBONO obſecutus ſum, recte monenti: »Scribam potius Σκύπφειον δὲ λαβὼν δεπ.« — In *ſecundo STESICHORI verſu* nomen Φόλος in parentheſi poſuimus: ut merrum impediens, & nonniſi ad complendam ſententiam inſertum. Pro Φόλος, mendoſe λόφος habet ms. *Epit.* *Ibid.* Verbum ἐπισχόμενος Dalec. reddidit, *valide manu tenens*. Sic fere vertunt etiam apud Apollonium Rhod. Argon. I. 472.

Ἦ, καὶ ἐπισχόμενος πλεῖον δέπας ἀμφοτέρῃσι
πῖνε χαλίκρητον &c.

pleno poculo utrâque manu ſublato. Sed quoniam apud Ho-

merum οἶνον ἐπισχεῖν τινι (Iliad. ε'. 485. & Od. π'. 444. b
coll. Schol. Ariſtoph. ad Aves vs. 1167.) valet παρέχειν & τῷ στόματι προσάγειν: pari ratione verbum medium ἐπισχόμενος commode intelligetur *ori ſuo admovens*. Mirum vero, quod hoc loco pro πῖεν ἐπισχόμενος, quod recte editum ut deſiderabat metri ratio, in utroque msto codice πῖ' ἐπισχόμενος ſcribitur.

AD CAP. C.

»Λάγυνον - - - καὶ ἐν Πάτραις δέ φησι τοῦτ' εἶ-»ναι τὸ μέτρον τὴν λάγανον. Quis φησί? Verius eſt φα-»σί. Et τὴν λάγυνον Epitoma: non τὴν λάγανον.« CASAUBONUS. — τὴν λάγυνον recte uterque codex mſtus. Verbum φησὶ ſive φασὶ ignorat *Epit.* Codex *A.* vero φησὶ tuetur: pro quo quidem, Caſaubono morem gerens, φασὶ ſcripſi; ſed tamen videndum puto, ne in iſtis potius verbis ἐν Πάτραις mendum inſit, lateatque ſub illis alicuius *Grammatici nomen*, ad quod verbum φησὶ fuerit relatum. Sive φασὶ verum eſt, videndum an pro ἐν Πάτραις fortaſſe ἐν Πέρσαις ſcriptum oportuerit, quamquam *Patras* Achaiae fuiſſe civitatem pulcre novimus. Caeterum de vocab. Λάγυνος, cum ſupra illud praetermiſiſſet auctor, hîc nunc extra literarum ſeriem agit, ex occaſione verſus *Steſichori*, in extremo capite ſuperiore adlati; in quo δέπας τριλάγυνον commemorabatur. Confer infra, lit. *e*.

Continuo deinde in ed. Ven. & Baſ. ſic legebatur: ἀρσενικῶς δὲ εἴρηκε τὸν λάγυνον Νικόστρατος μὲν ἐν Ἑκάτῃ τῶν κατεσταμνισμένων ἡμῖν λαγύνων πηλίκοι. ἀρσενικῶς c
δὲ εἴρηκε τὸν λάγυνον καὶ ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Κλίνῃ. Editio Caſauboni vero, reliqua omnia tenens, inſuper *poſt repetita* iſta *verba*, ἀρσενικῶς δὲ εἴρηκε τὸν λάγυνον, nullâ interpoſitâ diſtinctione, haec interſerit, τινὲς τρίχουν. καὶ πάλιν, τὸν μεστὸν ἡμῖν φέρε λάγυνον: ac tum demum pergit, καὶ ἐν τῇ ἐπιγραφ. Κλίνῃ. Ad quem locum CASAUBONUS in Animadv. nil aliud niſi hoc adnotavit: »Verte τῶν κατεσταμνισμένων ἡμῖν λαγύ-»νων, *lagenarum quas diffudimus*. Pollux lib. VII.« — Scilicet, quid dicant Graeci κατασταμνίζειν, (quod parum perceperat Dalecampius) docet Pollux lib. VII. ſect. 162.

c nempe, *vinum ex uno vaſe in aliud transfundere*, vel *e dolio in lagenas diffundere*. Conf. Pollucis Interpp. & TOUPIUM, in Cur. Noviſſ. pag. 299. Ex membr. *A.* nullus ab exemplo Caſauboniano diſſenſus enotatus, niſi quod in illis non τινὲς τρίχουν ſcribatur, ſed τινὲς τρίχους: quae ſcriptura eadem in *Aegianis lectionibus e Romano codice msto* enotata eſt. Unde manifeſtum fiebat, quod iam ante perquam probabile videri debuerat, alieno loco repetita illa verba eſſe, ἀρσενικῶς δὲ εἰρ. τὸν λαγ. iſta vero, τινὲς τρίχους, eſſe partem prioris teſtimonii ex *NICOSTRATI Hecate* adlati, idque teſtimonium his verbis conceptum fuiſſe,

— Τῶν κατεσταμνισμένων
ἡμῖν λαγύνων πηλίκοι τινὲς τρίχους.

Ubi quidem addubitare poſſis quid ſit ex quo pendeat genitivus τῶν λαγύνων: qui, niſi ad aliquid referebatur ex praecedente apud poëtam oratione, quod hîc omiſſum ſit, videtur utique ex pronomine τινὲς pendere, ut in verbis πηλίκοι τινὲς terminetur interrogatio: *In lagenarum numero, in quas vinum nobis e doliis diffuſum eſt, quantae* (ſive, *cuiusnam capacitatis*) *ſunt nonnullae?* Quam ad interrogationem reſpondet alter, τρίχους: dicens nempe, *Eſſe quasdam tricongias.* Sic vocab. τρίχους *pluralis* numeri fuerit: quod ſi ſtatueris fuiſſe numeri *ſingularis*, intelliges reſpondiſſe iſtum, *Eſſe unam lagenam tricongiam, alias bicongias, &c.* cuius reſponſi nonniſi prima pars fuiſſet adpoſita: quam in partem Breviator videtur accepiſſe, qui hoc teſtimonium in hunc modum contraxit: Νικόστρατος· λάγυνος τρίχους. Iam ſi ſtatuis iſta verba, Ἀρσενικῶς δὲ εἰρηκε τὸν λάγυνον, iterum poſita fuiſſe ab Athenaeo; perſpicuum eſt, reiicienda ea eſſe poſt illa, Τὸν μεστὸν ἡμῖν φέρε λάγυνον, hoc modo: Ἀρσ. δ' εἰρ. τὸν λάγυνον καὶ ἐν τῇ ἐπιγρ. Κλίνῃ. Sed multo probabilius videri debuit, nonniſi per librarii incogitantiam eſſe repetita.

Eiusdem *NICOSTRATI* ex fabulâ Κλίνη (id eſt, *Lectulo*) teſtimonium ſic vulgo ſcribebatur continuo tenore: Καὶ δυσχερὴς λάγυνος οὗτος πλησίον ὄξους. Ubi monuit CASAUBONUS: »Malim πλήρης ὢν ὄξους, quam πλησίον ὀξ.« — At πλησίον tenet uterque cod. ms. cum editis: nec ad ſententiam quidquam incommodi habere videtur ea ſcriptura, & ad ſenarii verſus rationem neceſſaria erat, cui rationi repugnat id quod eſt a Caſaubono propoſitum.

In *Diphili* verbis, quae conſentientibus msstis & editis ſic ſcribuntur,

Λάγυνον ἔχω κενὸν, ὦ γραῦ, ϑύλακον δὲ μεστὸν,

nec metricam rationem, nec ſententiam ſatis expedio. Senario iambico utcumque conſtiterit metrum, ſi δὲ particulam tollas: ſed eâ coniunctione haud facile carere poſſe videtur oratio.

In *Lyncei Samii* verbis ſcribitur: λάγυνος κατ' ἄνδρα κείμενος οἰνοχοεῖτο πρὸς ἡδονὴν δ ι δ ο ὺ ς ἑκάστῳ ποτήριον: d ubi διδοὺς non poteſt ad *Lynceum* referri, ſed ad λάγυνος refertur, incommode: nam ſi hoc dicere voluiſſet, *lagena dans unicuique poculum*; non adieciſſet πρὸς ἡδονήν. Adnotavit Casaubonus: »Malim, ἐ δ ί δ ο υ ν δ' ἑκάστῳ.« — Et commodum ſane hoc foret, ut diceret Lynceus, ſe feciſſe quod hodie apud nos fere in conviviis fieri ſolet, *unicuique adponi curaſſe lagenam & poculum.* Sed vulgatum tenent veteres membr. *A.* (In *Epit.* totum hoc deeſt teſtimonium.) Quare videndum putavi, ne ποτήριον hîc per metonymiam quamdam pro πότον ſit poſitum, quaſi diceret διδοὺς ἑκάστῳ πότον πρὸς ἡδονὴν, *quae* (lagena) *unicuique daret potum ad libidinem*, id eſt, *quantum cuperet.* Subiit etiam cogitatio, ποτήριον hîc fortaſſe *certam aliquam menſuram* dici; ut modeſte diminutivo nomine uſus ſit Lynceus pro primitivo ποτὴρ, quod Heſychio teſte ſignificat μέτρον ποιόν. Sed non liquet.

Quod in *Rhiani Epigrammate* vulgo legebatur, πίσσης κωπίτιδος, id Dalecampius *picis navalis* vertit, adiectâ notâ: »quâ linuntur *remi* navium.« Quem ſecuti ſunt Gallici interpretes. *Caſaubonus* in ſuâ editione Κωπίτιδος maiusculâ literâ initiante excudendum curans, de loci alicuius nomine cogitaſſe videtur: quid ſit vero quod ſpectaverit, non declaravit; nam in Animadverſſ. ſilentio praetermiſit hunc locum. κωνίτιδος legendum docuit Toupius, Cur. Noviſſ. pag. 244. ed. Lipſ. (p. 88. ed. Lond.) »Πίσσα κωνῖτις, inquit, eſt *pix ex cono ſive fructu pi*»*ni expreſſa.* Hinc κωνίας οἶνος, ὁ πισσίτης, *vinum picatum*, »apud Galen. in Lexic. Hippocr.« — Cuius rationem probavi adoptavique, ſuffragante Brunckio in Notis ad Analect. pag. 253. Ipſum Epigramma in Analectis exhibetur T. II. p. 526. ad quod conſulenda quae adnotavit Iacobs, Animadv. Vol. I. P. II. pag. 327. *Tertio verſu*, cur a planâ librorum ſcripturâ, λεπτοτέρης δ' οὐκ οἶδ' ἐρίφου

κρέας, discedendum *Brunckius* putaverit, non magis equidem vidi, quam quid cum *hoedi cornu* (nam λεπτότερον & κέρας corrigendum ille cenſuerat) commune haberet *lagenae tenuitas*. Mihi hoc plane dixiſſe videtur poëta: *non memini me carnem ediſſe hoedi exilioris & macrioris, quam quae hîc nobis adponitur.* *Verſ.* 4. In verbis αἰνεῖσθαι πάντων ἄξιος, ABRESCHIUS in Dilucid. Thucyd. pag. 246. (ad Thucyd. II. 60. vs. 37.) πάντων per ellipſin pro ὑπὸ πάντων poſitum ſtatuit, provocans etiam ad Athen. XIV. 643. f. Mihi h. l. πάντων, per multo uſitatiorem ellipſin, dictum videbatur pro περὶ πάντων, aut πάντων ἕνεκα.

e Οὐδετέρως δὲ Δίφιλος ἐν Ἀδελφοῖς εἴρηκεν· Ὦ τοιχωρύχον &c. »Locus *DIPHILI* ex *Adelphis* comicum aliquod »figmentum continet, imperfectâ ſententiâ. Pollux libro »X. cap. 20. [ſect. 72.] hunc ipſum *Diphili* locum intelli»gebat, cum ſcripſit, Τὸ δὲ λαγύνιον εἴρηκε Δίφιλος ἐν »Ἀδελφοῖς. Corrige igitur, ἐν Ἀδελφοῖς.« CASAUBONUS. — *DIPHILI* fragmentum non diſtinctis verſibus ſcriptum erat: ita tamen, ut maiusculis literis initialibus indicaretur, ab ἔχω βαδίζειν & rurſus ab εἷς λοιπὸς novos incipere verſus. Vellem de ſingulorum verborum conſtitutione & de univerſâ ſententiâ perinde conſtaret atque de verſuum distributione. Sed nonniſi hariolando hîc agere potuimus: & ne coniectura quidem ulla ſatis commoda ad illuſtrandam ſententiae ſummam occurrebat. In *Epit.* deſunt iſta omnia. Codex *A.* nil mutat, niſi quod perperam τυχωρύχον pro τοιχ. ſcribit; tum μέχρι ἂν, ubi commodius μέχρις ἂν editum; denique recte ᾗ, ubi ᾖ edd.

Verſ. 2. Pro δυνομένων, eſt δυναμένων in ed. Ven. δυνομένων vero nonniſi caſu in ed. Baſ. poſitum fuiſſe videtur, unde in ed. Caſ. propagatum. Nihil tamen discrepantiae ad hanc ſcripturam ex ms. *A.* adnotatum: quae mihi vera viſa eſt eâ notione, quam in lat. verſione expreſſi; ut δυνόμενος dicatur *qui clam in domos irrepit*, vel *in iis ſe abſcondit*, ſcilicet *occaſionem furandi captans.* Ad genitivum autem τῶν δυνομένων, intelligendum putavi nominativum vel accuſativum ἕν, vel πρᾶγμα. In ed. Ven. nulla diſtinctio verbis hac in regione interſerta erat: in ed. Baſ. & Caſ. vero *poſt* λαγύνιον *comma* ponitur, quod ego *ante* λαγύνιον reiiciendum putavi, ut accuſativus caſus λαγύνιον regeretur a verbo ἔχοντα: neceſſario etiam ἔχοντα pro ἔχον ſcribendum videtur. γεύματα Graecis dici *mi-*

nores & triviales cauponas vidimus apud Noſtrum, IX. 380. f. e quaſi *loca ubi vinum guſtare poſſis.* In fine fragmenti, pro ὑπὸ οἰνοπόλου, quod erat editum, ὑπ' οἰνοπ. per apoſtrophum ſcripſi. οἰνοπώλης eſt *qui vini mercaturam facit*: apud eum ὁ κάπηλος emit vinum, quod hic in caupona eis vendit qui ad eum potatum veniunt. Haec ad ſingula verba: de ſententiae ſumma ſi quaeris, iam profeſſi ſumus, nihil nos habere quod ad eam aperiendam valeat: niſi fortaſſe is, qui dicitur *cum lagenâ ſub alâ ire in cauponas*, ſit ipſe οἰνοπώλης, qui, poſtquam τῷ καπήλῳ ſpecimen obtulerat probabile vini venalis, deinde adulteratum & multo peioris conditionis vinum ei vendit. Gallici interpretes *primum & ſecundum* verſum ſic refingendos cenſuerunt:

Ὦ τοιχωρύχον! ὁ δυνάμενος, λαγύνιον
ἔχων, βαδίζειν εἰς τὰ γεῦμαθ' &c.

Sententiae ſummam VILLEBRUNIUS (ſuo-ne nomine, neſcio, an & hic ADAMUM ſecutus) in Adnotatione huic loco ſubiectâ in hunc modum expoſuit: »*Il s'agit d'un* »*homme qui allant gouter différens vins jetoit le reſte de ce qu'il* »*goutoit dans un flacon, & vendoit ce mélange de différens vins* »*qu'il rapportoit avec lui.*«

Poſt haec, vulgo in editis ſic continuabatur oratio: τὸ δ' ἐν Γηρυονίδῃ· λαγύνοις Στησιχόρου ἔμμετρον ὡς τριαλάγυνον τὴν τῶν τριῶν γενῶν ἀμφιβολίαν ἔχει. Quae poſtquam intacta in contextu reliquiſſet CASAUBONUS, monuit in Animadverſionibus: »Inquinatiſſima. »Nullum dubium, reſpici verſum STESICHORI, qui prae»cedit non longe, [hac pag. lit. b.]

»Σκύπφειον δὲ λαβὼν δέπας ἔμμετρον ὡς τριλάγυνον.

»Ergo ita emendandum: Τὸ δ' ἐν Γηρυονίδῃ Στησιχόρου, »λαβὼν δέπας &c. Pertinet autem obſervatiuncula »haec ad genus vocis λάγυνος, de quo hîc agitur. Inter»pretes plane ridiculi.« — At quid opus fuerat, iſta verba λαβὼν δέπας hîc repetere, quae nil faciunt ad id de quo agitur? Satis profecto erat, deleto vocab. λαγύνοις, quod temere ante Στησιχ. inſertum erat, ſic ſcribere, τὸ δ' ἐν Γηρ. Στησ. ἔμμετρον ὡς τριλάγυνον. Et τριλάγυνον (quod recte auctori reſtitutum eſt in ed. Caſ. 2. & 3.) habet etiam uterque codex mſtus: & Epitoma quidem ſic, Τὸ δὲ παρὰ Στησιχόρῳ ἔμμετρον ὡς τριλάγυνον τὴν τῶν τριῶν &c. Ac verum eſt utique, ex illis verbis δέπας ἔμ-

e μετρον ὡς τριλάγυνον discerni non posse, cuius generis vocem λάγυνος fecerit Stesichorus: sed nec negari potest, parum callide hoc ipsum monitum esse; cum ne *substantivo* quidem nomine λάγυνος, sed *adiectivo* τριλάγυνον usus sit poëta, ad substantivum δέπας relato. Caeterum etiam in voce Γηρυονίδῃ mendum inerat: & haud dubie Γηρυονίδι scriptum oportuit. Nec enim Γηρυονίδης, sed Γηρυονὶς inscriptum illud *Stesichori* carmen erat, de quo hîc agitur. Vide Fabricii Bibl. Graec. T. I. p. 596 sq. Ex eodem carmine decerptos esse versus, supra p. 469. e. f. adpositos, ad illum locum monuimus.

Quod dein subiicitur: Ἐρατοσθένης δέ φησι λέγεσθαι τὴν πέτασον καὶ τὴν στάμνον ὑπό τινων: id fieri non potest quin aut mendosum sit, aut defectum. Nihil enim prorsus huc facit ista observatio, nisi statuas, aut τὴν λάγυνον, non τὴν στάμνον, scribi debuisse, aut post τὴν στάμνον intercidisse haec verba, καὶ τὴν λάγυνον.

AD CAP. CI.

Τὸ δὲ σκύφος ὠνομάσθη ἀπὸ τῆς σκαφίδος. Confer Casauboni Animadv. ad voc. Σκάλλιον, paullo ante, p. 498. a. & Vossii Etymolog. in *Scyphus*. Aliam etymologiam proposuit Eustathius ad Od. ο'. pag. 566. l. 7 sqq. Si verum est, inquit, a vocab. κύφος ductum esse τὸ κύπελλον, (cf. Athen. p. 482. e.) probabile etiam fuerit, ab eodem formatum esse nomen σκύφος, literâ σ per pleonasmum haud infrequentem voci praefixâ. Cui rationi id unum maxime obstat, quod in κυφὸς (*curvus*) penultima producatur, quare & substantivum τὸ κῦφος accentu circumflexo scribitur; cum in nomine σκύφος penultima corripiatur. Sed eadem ratio obstat etiam derivationi vocabuli κύπελλον ab eodem fonte. De *scaphide* conf. quae notavit Casaub. ad IV. 169. b.

καὶ τοῦτο δ' ἐστὶν ὁμοίως ἀγγεῖον ξύλινον στρογγύλον. Vocab. ἀγγεῖον, quod hîc desiderabatur, dedit ms. *Ep.*
f Sic & Eustath. ad Iliad. ο'. pag. 566. l. 10. *Homerica verba*, quae dein adponuntur, sunt ex Odyss. ι'. 222 sq. Inde νᾶον hîc correximus, cum mendose vulgo νέων, νᾶων, & νάων scriberetur partim in Msto, partim in edd.

Ἱερώνυμος δὲ ὁ Ῥόδιος — — τὸ μεθύσαι σκυθίσαι φησί.
a Confer supra dicta, X. 427. b. c. *Ibid.* συγγενὲς γὰρ εἶ-

ναι τῷ φ τὸ ϑ. Sic φὴρ, aeolice, pro ϑήρ: φλίβεται pro a ϑλίβεται, & similia. Conf. Maittaire de Dialect. pag. 150. & Gregor. de Dialect. pag. 289. ibique Koen.

Vitiosum erat, quod in editionibus omnibus legebatur, κλέος ἔλαβον οἱ Βοιωτοὶ οἱ λεγόμενοι Ἡρακλεωτικοί. Recte vocab. Ἡρακλ. hîc ignorant mssti; cui paulo post suus locus erat, ubi illud iterum habent editi cum mssstis. Ad Βοιωτοὶ οἱ ex ms. *A.* quidem nil adnotatum: sed perspicuum erat, perperam hîc repeti οἱ articulum, ac vel Βοιωτικοὶ legendum esse, ut paulo post, vel Βοιώτιοι, quod nobis obtulit ms. *Ep.*

Subiiciuntur ista, χρησαμένου διὰ τὰς στρατείας -- τῷ γένει. Quae sic vertit Dalecampius: *quia primus genere Boeotius in expeditionibus Hercules illis usus est.* Pariter Villebrune: *en ce que Hercule, Béotien de naissance, s'en servit dans ses expéditions.* Nempe τῷ γένει hi de *Herculis genere* accepere: cum hoc dixerit Athenaeus, *Herculem primum usum esse* τῷ γένει, id est, τούτῳ τῷ γένει, *hoc genere scyphorum*, nempe *Boeoticorum.* Et, istud τῷ γένει non ad Ἡρακλέους esse referendum, sed ad verbum χρησαμένου, peculiari etiam distinctione verbis interpositâ videtur significare voluisse Epitomator, sic scribens: χρησαμένου διὰ τὰς στρατείας, πρώτου Ἡρακλέους, τῷ γένει. Caeterum satis utique certum, & per se quidem intelligebatur, de *Boeotico Hercule* hîc agi: a quo etiam nomen habet *Heraclea* urbs, a qua potius, quam directe ab ipso *Hercule*, denominatos esse *Heracleoticos scyphos*, BENTLEIUS monuit in Dissert. de Phalaridis Epist. pag. 117 sq. (pag. 64. vers. Lat.) Sane aliud est Ἡράκλειον δέπας, de quo supra (cap. 38. p. 469.) agebatur: aliud sunt *Heracleotici* sive *Boeotici scyphi*; quo de genere ille fuit, quem se vidisse aiebat Noster, (cap. 19. XI. 782. b.) Myis caelatoris opus. De *Herculeo nodo*, qui dein memoratur, vide ERASMUM, in Adag. *Herculeus nodus:* quem etiam Dalec. in orâ versionis Latinae laudavit.

BACCHYLIDIS lepidulum poëmation ex Athenaeo in b Lyricorum fragmenta & in Anthologias receptum est. Habes in Analectis Brunckii, T. I. p. 152. In Scoliorum numero posuit Ilgenius, num. XLVII.

Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Δερκυλλίδας ὁ Λακεδαιμόνιος Σκῦφος, &c. »*Dercyllidam Spartanum appellatum fuisse Scythum*, c »ex *EPHORO* narratur: & caussae dicitur fuisse, *quoniam*

c » *inerat moribus illius* πολὺ τὸ πανοῦργον καὶ θηριῶδες. Ta-
» les erant & habebantur vulgo *Scythae*. Inde homines tru-
» culentos & immanes dixerunt Graeci σκυθρούς. Inde etiam
» peculiare iſtud *Dercyllidae* cognomen. At Xenophon,
» non *Scythum*, ſed *Siſyphum* prodit eſſe hunc appellatum.
» An quia utrumque vulgo datum Dercyllidae cognomen?
» illud propter feritatem, hoc propter vafritiem? nam
» utrumque fuit Spartanus hic, & πανοῦργος & θηριῶδες.
» De *Siſyphi* illius antiqui dolis nemo iam monendus eſt.
» An locus *Xenophontis* ex iſto Ephori emendandus nobis
» hodie?« CASAUBONUS. — Apud Xenophontem, Hellen. lib. III. cap. 1. (ſect. 6. ed. Mori) ſic vulgo legitur: Δερκυλλίδας – – ἀνὴρ δοκῶν εἶναι μάλα μηχανικὸς, καὶ ἐπεκαλεῖτο δὲ Σίσυφος. Apud Athenaeum, in Epitomâ quidem, cum in priori loco, quem ſupra adſcripſimus, tum deinde in ipſius *EPHORI* verbis, Σκύθος ſcribitur: ſed in opere pleniore, priori loco Σκύφος ſcribitur, poſteriori Σκύθος. Ita fit, ut non modo inter duo nomina, ſed inter tria, quodnam verum ſtatui debeat, incertus haereas, Σίσυφος, Σκύφος, & Σκύθος. Quid quod, etiamſi Athenaeum utrobique (ut eſt in Epit.) Σκύθος ſcripſiſſe ſtatuas, tamen rurſus neſcias, utrum ſic cognominatum voluerit, quatenus σκύθος pro σκύφος dixerint Spartani: an Σκύθος, quaſi Σκύθης, *Scytha*. In poſteriorem partem Euſtathius accepit, ad Od. ο'. pag. 566. l. 18. ſcribens, ἐσκώπτετο δὲ καί τις Λακεδαιμόνιος Δερκυλλίδας ἐν τῷ καλεῖσθαι Σκύθος· ἴσως ἀπὸ τῶν Σκυθῶν. Quas quaeſtiones tam erudite, quam ſubtiliter, in omnes partes agitatas videas a doctiſſ. MORO, cap. ſeptimo Examinis quorumdam Locorum Hiſtoriae Graecae Xenophonteae, quae commentatio editioni Hiſtoriae Graecae Xenophontis praemiſſa eſt. Cuius disputationis exitum, in gratiam Lectorum, quibus ille liber non in promtu eſt, hîc ſubiicere non gravabor: »Omnino Athenaeus (ait, pag. XLIV.) » illo in loco quadrata rotundis miſcet, & e collectaneis » ſuis promſit quidquid de verbo σκύθος & σκύφος nota- » tum habuit, ſive *poculum*, ſive aliud quid ſignificaret; » & huic farragini admiſcuit locum Ephori. Ex iſtiusmo- » di vero farragine indigeſtâ quis verum, ſine periculo er- » randi, eruat? Compilatores iſti [durum ſane iudicium; ſed (fatendum eſt enim) haud adeo iniquum] » ſaepe tur- » bant & obſcurant rem, quam explanare conatu ſuo vo-

»luerant. Mihi ergo videtur in Xenophonte nomen Σί-
»συφος, quia eſt ſymbolum *vafritiei*, tenendum eſſe; de re-
»liquo *Caſauboni* ſententia ſequenda, qui exiſtimat, *Der-*
»*cyllidam a vafritie Siſyphum*, *a feritate* Σκύθον, i. e. *Scy-*
»*tham*, dictum eſſe: quamquam *Scytha* uſitatius dicitur
»Σκύθης, & Σκύθος habere potuit ſignificationem hodie
»ignotam. An σκυθρὸς, *truculentus*, poſſit cum σκυθὸς con-
»ferri, & inde aliquid erui, alii videbunt.« — »Fuit et-
»iam, (ſic IDEM paulo ante) cum putavi, Athenaeum
»in vitioſos *Ephori* codices incidiſſe, in quibus male ſcri-
»ptum eſſet Σκύφος, pro Σίσυφος.«

AD CAP. CII.

Ταβαίτας. Sic ms. *A.* cum edd. Ταβαίτη ms. *Ep.* ubi d
breviter hoc & proxime ſequentia poculorum nomina his verbis expediuntur: Ταβαίτη: ξύλινον ποτήριον. καὶ Τραγέλαφος δὲ, καὶ Τριήρης, καὶ Ὑαστικόν.

Ἄμυντας - - - περὶ τοῦ ἀερομέλιτος καλουμένου διαλεγόμενος. »Subiectus locus *AMYNTAE*, ex *Aſiae Itinera-*
»*rio*, non Graecum ſed barbarum hoc vocabulum eſſe nos
»docet. *Arculam* proprie ſignificatam puto illa dictione,
»ab Hebraicâ non obſcure deflexâ. ἀερόμελι hodie in offi-
»cinis *mannam* vocant. Galenus δροσόμελι & ἀερόμελι.«
CASAUBONUS. — In ed. Caſ. 2. & 3. adiiciuntur haec:
»*Aërium mel* leges apud ſummum vatem: [Virgil. Georg.
»IV. 1.]

»*Protinus aërii mellis coeleſtia dona*
»*exequar.*

»ſed diverſo ſenſu.« — Pluribus hunc locum tractavit SALMASIUS, Exercit. Plinian. pag. 717. qui utique conſulendus. Ab illo diſces etiam, nihil in Hebraeorum linguâ hodie reperiri, ex quo illuſtrari illud vocab. poſſit. De παλάθη Συριακῇ monuit idem, intelligi *maſſam caricarum aut cottanorum* [vide Athen. III. 119. b. & IX. 385. a.] quae e Syriâ in alias regiones exportabantur.

Tragelaphus. De iſto vocabulo videſis quae ad Luciani Prometh. (extremo libello) adnotarunt *Solanus* & *Hemſterh.* Ἄλεξις μὲν ἐν Κονιάτῃ. Praeter rem DALE- e
CAMPIUS, in *Coniatis*, plurali numero ſcripſit. Recte vero in orâ notavit: »Sic *tectores* & *albarios* vocant, qui
»opere tectorio ſive albario parietes illinunt, obducunt,

e »laevigant.« — CASAUBONUS monuit: Pollux libro VII. »cap. 27. [sect. 125.] καὶ κονιάματα εὖ ἂν εἴποις, καὶ τὸ »ῥῆμα κονιᾶν· καὶ τὸν τοῦτο δρῶντα, κονιάτην. Ἄμφις δὲ »καὶ δρᾶμα, Κονιάτης. In dubio mihi est animus, Athe»naeum-ne ex Polluce censeam emendandum, an ex Athe»naeo Pollucem.« — Sicut Pollucis codices in *Amphidis* nomen consentiunt; sic apud Athenaeum *Alexidis* nomen cum editis libris tuentur vetustae membranae. In verbis poëtae, vocabulum κυμβία in fine senarii positum fuisse videtur, reliqua initio versus sequentis.

Εὔβουλος δ' ἐν Μεταχολλωμένῳ. »Hoc vocabulum »significat eum qui *alibi est agglutinatus quam antea fuisset.*« DALECAMP. — At mirus profecto dramatis titulus: in quo quidem (quod sciam) nil mutant veteres membranae; videndum vero ne Κατακολλωμένῳ scriptum oportuerit, ut IX. 396. a. & X. 442. e. Quam frequenter a librariis permutatae deprehendantur κατὰ & μετὰ praepositiones, nil adtinet ut hîc admoneamus. Illud miratus sum, huius loci mentionem prorsus praetermissam esse in fabularum *EUBULI* recensu, in Fabricianâ Bibliothecâ Graecâ, cum in superioribus, tum in novâ editione.

Μένανδρος δ' ἐν Ἁλιεῖ- - λαβρώνιοι. Sic h. l. membr. *A.* cum editis. Vide not. ad pag. 484. d.

In *ANTIPHANIS* ex *Chryside vers.* 1. Σαπρολούτῳ scribebatur, nullo sensu: nisi proprium esse hominis nomen statueris cum Dalecampio. Sed unice verum videri debuit id quod membranae *A.* dederunt, σαπροπλούτῳ: quod etiam VILLEBRUNIUS, ex ADAMI puto coniecturâ, in versione posuit: ubi quidem mireris graecum vocabulum in Gallica oratione, veluti nomen proprium, servatum; cum tamen in Adnotatione commode moneatur, significare id nomen *sordidum divitem.* (*un riche sordide.*) Est in nostra vicinià (haud procul Argentorato dico) pagus, cuius incolae si *perquam divitem* esse quempiam dicere volunt, teutonico suo idiomate aiunt, *er ist wüst rich*: quod idem prorsus sonat ac istud Graecum σαπρόπλουτος. Quod
f *vers.* 5 *sq.* ait, τοὺς κάδους μὲν οὖν καλοῦσι γαυλοὺς &c. eo pertinet id quod est apud Hesychium in Γαῦλοι· Τινὲς δὲ καὶ τὰς χύτρας γαύλους καλοῦσι. Quo loco peropportune doctissimus Editor verba Apollonii Rhodii Argon. III. 757. adposuit, ubi ἐν γαύλῳ a Graeco interprete exponitur ἐν κάδῳ.

Triremis. Ἐπίνικος ἐν Ὑποβαλλομέναις. Vide ſupra f pag. 469. a. & deinde pag. 479. a. ubi adpoſitum habes teſtimonium: utrobique vero recte Ἐπίνικος, quemadmodum hîc correxerunt editores.

Ὑστιακόν. ποτήριον ποιόν. »In Excerptis ὑαστικόν: [ſic & in noſtro ms. *Ep.*] »perperam. Notanda Heſychii »verba: Ὑστιακκὸς, ποτήριον ποιόν· Ἰταλιῶται. « CASAUBONUS. — De Heſychiana Gloſſa confer quae monuit VALCKENAER ad Theocriti Adoniaz. pag. 294. Meminerit lector, *RHINTHONEM* poëtam, quem illo vocabulo uſum eſſe docet Athenaeus, Syracuſium fuiſſe. Heſychii ſcripturam adoptans FIORILLO, (Obſerv. in Athen. p. 50.) *RHINTHONIS* verba, quae mox adponuntur, ſic digerenda cenſuit:

Ἐν ὑστιακκῷ τε καθαρὸν
ἐλατῆρα καθαρῶν τ' ἀλήτων
κἀλφίτων ἀπερρόφεις.

Ἐλατὴρ, *placentae genus*, ſupra etiam commemoratum, II. 57. a. ubi vide not.

AD CAP. CIII.

Φιάλη. Ὅμηρος — ἀμφίθετον φιάλην ἀπύρωτον ἔθηκε. Iliad. Ψ'. 270. & χρυσῆν φιάλην &c. ibid. vs. 243. Quum a vulgo ſcriberetur χάλκεόν τι καὶ ἐκπέταλον, nihil ex ms. *A.* adnotatum, in ms. *Ep.* vero eſt χάλκεόν τι ἐκπέταλον λεβ. absque καὶ coniunctione. At vel χάλκεόν τι ἀγγεῖον ἐκπ. oportuit, vel χαλκεῖόν τι ἐκπ. Et χαλκεῖον perſpicue ſcriptum erat pag. 468. e. ubi eadem eiusdem Grammatici verba recitabantur: ſic etiam mox hac pag. lit. c. χαλκείῳ προσεοικυῖαν ἐκπετάλῳ. Γένος τι λέβητος ἐκπέταλον ait alter e Scholiaſtis Venetis: alter, ἀγγεῖον λεβητῶδες. Totam huius capitis disputationem ex Athenaei Epit. adpoſuit Euſtathius ad Iliad. Ψ'. p. 1412.

Παρθένιος ὁ τοῦ Διονυσίου. Sic recte h. l. ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. cum membranis. Temere vero mendoſa ſcriptura Διονύσου, quae pag. 467. c. obtinuerat, huc quoque invecta eſt in ed. Caſ. 2. & 3. Intelligendum autem Διονυσίου μαθητής. Conf. not. ad pag. 467. c. Quod ait Deipnoſophiſta, *PARTHENIUM* ἀμφίθετον intellexiſſe τὴν ἀπύθμενον φιάλην: eamdem interpretationem etiam Suidas in Ἀμφίθετον commemoravit. Quo ſenſu dicatur vas ἀπύθ-

a μενον, nempe *quod baſin ab ipſius vaſis fundo diſtinctam non habet, cui inſiſtat*, docuimus ſupra ad pag. 489. a. Pari modo de *pſyctere* Pollux ait, VI. 99. οὐ μὴν ἔχει πυθμένα. Sed mireris haud immerito, quid ſpectans *Parthenius* accipere vocab. ἀμφίθετον in hanc partem potuerit. An illum voculae ἀμφὶς uſum in animo habuit, quae interdum idem fere atque ἄνευ valet?

Nec vero a *Parthenii* interpretatione, rem ipſam ſi ſpectes, differre videtur *APOLLODORI* ratio, aliis licet verbis expreſſa. Nam quod ait, ἀμφίθετον intelligendum eſſe τὴν κατὰ τὸν πυθμένα μὴ δυναμένην τίθεσθαι καὶ ἐρείδεσθαι: quem πυθμένα dicit, is intelligi debet *fundus naturalis* vaſis; quumque ait, *vas quod in fundo non ſtatui & fundo non tuto inniti vel inſiſtere poſſit*; intelligitur, primum, *baſin peculiarem* non eſſe vaſi; (i. e. quod ἀπύθμενον *Parthenius* dicebat:) deinde, ipſum vaſis fundum eſſe rotundum vel convexum, quam ob cauſam ſcilicet firmiter inſiſtere fundo non poſſit. Quod ipſum etiam videtur dicere voluiſſe Grammaticus ille, e quo ducta eſt Gloſſa apud Etymologum, pag. 92. l. 36. Ἀμφίθετος φιάλη, ἡ κοῖλον πυθμένα ἔχουσα: *cuius fundus* (nempe *naturalis*) *cavus eſt*; nempe *intus concavus, extrorſum convexus*. Sic etiam accipienda τὰ κοῖλα ποτήρια, initio cap. 63. pag. 481. d. Conf. Animadv. pag. 231. ad XI. 489. a. Ac fortaſſe eodem modo accipiendum, quod hîc apud Noſtrum, paulo poſt, τὴν στρογγύλην dicit *Dionyſius Thrax*. Quum vulgo hîc ſcriberetur, Ἀπολλόδωρος – – ἐν τῷ περὶ τοῦ Κρατῆρος ῥησειδίου: potueras intelligere, ἐν τῷ λόγῳ περὶ τοῦ Κρ. ῥησειδίου, *in diſputatione de vocabulo κρατήρ*: ut ῥησείδιον (quod per λεξείδιον exponitur apud Suidam & apud Heſychium) intelligeretur *vocabulum*. At ῥήσεις poëtarum, aut aliorum veterum ſcriptorum, Graeci non tam dicunt *ſingula vocabula*, quam *totos locos, integras ſententias, capita, partes quasdam maiores minoresve diſputationis ab illis inſtitutae*. Pari modo λεξείδια apud Epictetum dicuntur non *ſingula vocabula*, ſed *integrae ſententiae, diſputatiunculae*. (vide Indicem noſtrum Graecitatis Epicteteae pag. 382.) Quare recte ab HEYNIO (ad Apollodori Fragm. pag. 1166.) monitum iudicavi, ῥησειδίῳ hîc corrigendum eſſe; ut intelligeretur *illa pars, illud caput Operis Etymologici*, quo capite de *cratere* egerat *Apollodorus*.

b ἡ δὲ ἀμφίθετος καὶ ἀπύρωτος, ἢ ψυχρήλατος, ἢ ἐπὶ

πῦρ οὐκ ἐπιτιθ. Sic non modo editi habent, ſed & uterque b
codex mſtus. Satis tamen manifeſtum eſt, vocabulo ἀμφίθετος hic non fuiſſe locum, ſed deinde, ubi recte omnes τὴν δ' ἀμφίθετον &c. Videtur autem poſterior interpretatio, ἐπὶ πῦρ οὐκ ἐπιτιθεμένη, i. e. *quae igni non imponitur* vel *adponitur*, utique diverſa eſſe a priori ψυχρήλατος. Quare, licet in ſcripturam ἢ ἐπὶ πῦρ cum editis conſentiat uterque codex mſtus, tamen vere hactenus animadverſum a CASAUBONO videtur, quod ait: »Vocis ἀπύρωτος duplex »ſequitur interpretatio: ἢ ψυχρήλατος, ἢ ἐπὶ πῦρ οὐκ ἐπι»τιθεμένη.« Nempe poſt ψυχρήλατος commode ἢ ſcribetur: ſed ante ψυχρηλ. recte poſitus ἢ articulus. Eſt hoc loco alia CASAUBONI animadverſio, minus probanda. »Vo»cant autem (inquit) ψυχρήλατα Graeci, non *frigidis mal»leis ducta*: id enim eſt ineptum: ſed τὰ μετὰ τὸ ἐλαθῆναι »ψυχρῷ βαφέντα: *quae poſtquam ſunt malleo ducta, in frigi»dam fuere merſa.*« — Ad quae monuit PALMERIUS, Exercitat. pag. 519 ſq. inepte utique a Dalec. in verſione poſitum fuiſſe, *frigidis malleis ducta*: ſed ipſum etiam Animadverſorem hoc loco erraſſe, & parum feliciter nunc *Henr.* STEPHANI interpretationem (ex Theſ. Ling. Gr. Tom. I. p. 746. g.) eſſe ſecutum. Recte igitur (ut nobis quidem videbatur) idem PALMERIUS ψυχρήλατον intellexit, *non in igne fuſam, ſed malleo ſine igne ductam*, & ideo pretioſiorem. Nam »talia vaſa (inquit) non tam facile franguntur, »& etiam hodie ſunt in maiori pretio.«

καὶ λέβητα καλεῖ ὁ ποιητὴς τὸν μὲν ἐμπυριβήτην, c
τὸν δὲ ἄπυρον. Cum τὸν ἐνπυριβήτην in editis & in cod. *A.* ſcriptum eſſet, ferri quidem fortaſſe hoc potuerat ex vetuſto more: obſecutus ſum tamen CASAUBONO, monenti: »Scribe ἐμπυριβήτην.« Sic vero etiam ſcribitur in *Epit.* quemadmodum & apud Homerum (Iliad. Ψ'. 702.) vulgo ſcribunt omnes: item apud Noſtrum ſupra, II. 38. a. b. ubi iam idem tractabatur argumentum. Pro τὸν δὲ ἀπύρωτον, quod ex membr. *A.* in editos libros propagatum erat, praetuli τὸν δὲ ἄπυρον, quod dedit ms. *Epit.* etiam *commate* poſt δὲ, itemque poſt τὸν μὲν interpoſito. Sic ſane, λέβητα ἄπυρον, ſcribitur in adpoſito verſu Homerico, Καδδὲ λέβητ' &c. ex Iliad. Ψ. 885. Item ibid. vs. 270.

τοῦτο δ' αὖ τὸ περιττόν. Sic recte ms. *Ep.* quemadmodum ex coniecturâ ſcribi iuſſerat doctiſſimus CORAY, in

Notis mſstis. *Ibid.* ἐπεὶ τὸ ποιῆσαι, θεῖναι πρὸς τῶν ἀρχαίων ἐλέγετο. Sic Heſychius: Θεῖναι· ποιῆσαι. *Mox*, d Μασσαλιῆται: proba nominis forma; quam cum ed. Caſ. 1. & 2. tenent membr. *A.* Vide Animadv. ad X. 429. a.

AD CAP. CIV.

Κρατίνου δ' εἰπόντος ἐν Δραπέτισιν· Δέχεσθε &c. Recte Δραπέτισιν veteres membr. cum edd. Vide ad VIII. 344. ę. Dein, cum Δέχεσθαι h. l. eſſet editum, monuit CASAUBONUS: »Scribe Δέχεσθε, ut ſtatim.« — Nempe ſic edd. cum Msto paulo poſt, lit. *f.* Sed & hîc recte Δέχεσθε ſcriptum in ms. *A.* In *Epit.* deeſt id verbum. Vocab. βαλανειόμφαλος, de quo nunc disputare adgreditur Deipnoſophiſta, certatim in Gloſſariis ſuis Pollux & Heſychius & Suidas adnotarunt.

Ἐρατοσθένης - - - τὴν λέξιν ἀγνοεῖν φησι Λυκόφρονα. Meminerit lector, *LYCOPHRONEM* eumdem, quem poëtam norunt omnes, etiam Grammaticum fuiſſe, & Grammatica ſcripta, ſive Philologica, quae vocare conſuevimus, edidiſſe: in his, libros περὶ Κωμῳδίας: quorum *nonum* laudatum vidimus ab Athenaeo haud multo ante, p. 485. d. Conf. VII. 278. a. b. & XIII. 555. a. Adde Fabricii Bibl. Graec. T. II. pag. 424. Huius igitur interpretationes veterum Comicorum paſſim refutavit *ERATOSTHENES* in libris qui & ipſi Περὶ Κωμῳδίας inſcripti erant: de quibus videndus Fabricius, T. I. pag. 759. Ex profeſſo autem *contra Lycophronem* ſcripſit *Diodorus Tarſenſis*, cuius liber πρὸς Λυκόφρονα ſupra memoratus eſt, p. 478. b. Isque eſt *DIODORUS*, cuius nomen hîc in Ἡρόδωρος mutatum erat in editis: pro quo perſpicue Διόδωρος ſcriptum dedit ms. *A.* Quo loco obiter moneamus, *Herodori* nomen, quamquam falſo & reclamantibus vetuſtis membranis, tamen conſulto ab homine haud indocto huc invectum videri; ſcilicet qui meminiſſet, *Herodorum* ſaepe cum *Apione* nominari ab Euſtathio. Quod vero ex *Diodoro & Apione* e hîc refert Athenaeus, φιάλαι ποιαὶ, ὧν ὁ ὀμφαλὸς παραπλήσιος ἠθμῷ: *phialarum genus quoddam, quarum umbilicus vel umbo fuerit qualo* ſive *colo ſimilis*: id cuiusmodi ſit, profiteor, parum mihi liquere. Vitioſe ἰσθμῷ ſcribebatur in ed. Ven. & Baſ. quod ex ἠθμῷ corruptum eſſe recte Dalecampius vidit: & in contextu hoc recepit Caſaubonus,

conſentientibus noſtris membr. *A*. In *Epit.* totum hoc teſtimonium deeſt ſimul cum *Apionis* & *Diodori* nominibus.

παρατίθεται Λυκόφρονος, οὕτως ἔχοντα. Facile patiar, ut cum TOUPIO (Emend. in Suid. P. III. pag. 200. ed. Lond.) corrigas παρατίθεται τὰ Λυκόφρονος: & poſt terminationem verbi ται facile intercidere vocula τὰ potuerat. Sed & articulo illo, quem ignorant libri, carere poſſe videtur oratio. Utrumlibet placuerit, ſemper ſubintelligetur ſubſtantivum ἔπη. Si articulum adiicias, tale fere erit ac ſi verbis adlatis contineretur quidquid de vocab. βαλανειομφ. ſcripſiſſet *Lycophron*: ſi omittas articulum, ſenſus erit, *Didymum ex Lycophronis disputatione verba quaedam huiusmodi adpoſuiſſe.*

Τίμαρχος δ' ἐν τετάρτῳ Περὶ τοῦ Ἐρατοσθένους Ἑρμοῦ. Poëmatis titulus Ἑρμῆς, cuius auctor *Eratoſthenes*, citatur a Noſtro, V. 189. d. & VII. 284. d. Masculinam nominis formam, τοὺς ἐξαγωγούς recipere debuimus, offe- f rente vetuſto cod. *A*. Eamdem in ſuo exemplo operis plenioris reperiſſe Epitomator videtur: qui quum ſuo iudicio τὰς ἐξαγωγὰς (terminatione quidem nominis non expreſſâ) ſcripſiſſet, dein τοὺς ſuperne adſcripſit: ſic quidem noſter habet cod. *Epit.* Quid ſit vero, quod continuo deinde ἀφ' οὗ habet codex uterque, haud exputo. Recte vero utique ἐφ' οὗ ab Editoribus poſitum videtur. Idem error libros noſtros occupavit pag. 503. f.

In *IONIS verſu* ex *Omphale*, pro mendoſo Εἶτ' ἐκφορεῖτε, corrigendum Ἴτ', ἐκφορ. obiter monuit CASAUB. in *Animadv.* Sic vero iam correxerat *Henr.* STEPHANUS in Theſ. ſub voce Βαλανειόμφαλοι: idque ipſum habent ambo codices mssti.

Θεόπομπος δ' ἐν Ἀλθαίᾳ. »Suſpectus fabulae titulus, »cum laudatur *THEOPOMPUS* ἐν Ἄλθαις. Heſychius »ἄλθαν interpretatur θερμασίαν ἢ θεραπείαν, *calefactionem* »*aut curationem*. Luxum balneorum, de quibus hîc loqui»tur Athenaeus, fortaſſe eâ fabulâ traduxerat poëta: niſi »eſt verius, ſcribendum ἐν Ἀλφαίᾳ. Pollux libro deci»mo, cap. 46. [ſect. 180.] Θεόπομπος ἐν Ἀλφαίᾳ·

»Τὴν οἰκίαν γὰρ εὗρον εἰσελθὼν ὅλην

»κίστην γεγονυῖαν φαρμακοπώλου Μεγαρικοῦ.« CASAUBONUS. — Ex melioribus codicibus ἐν Ἀλθαίᾳ hodie editur apud Pollucem: nec aliter apud Deipnoſophiſtam oportuit: nec Ἄλθαις dederant veteres membranae, ſed

Ἄλθαι. Nempe, cum (pro ſuo more *iota* ad latus ſcribendi) Ἄλθαίαι debuiſſet librarius, poſteriores duas literas praecedentibus ſimiles temere omiſit. Ab *Althaeâ*, Meleagri matre, nomen habuit fabula. Proxima verba in ed. Ven. & Baſ. ſic ſcripta erant: λαβοῦσα πλήρη χρυσέων μεσόμφαλον φιάλην. τελεστὴς δ' ἄκρατον ὠνόμαζεν ὡς τοῦ τελεστοῦ ἄκρατον τὴν φιάλην εἰρηκότος. In *ed. Caſaub.* vero in hunc modum:

Λαβοῦσα πλήρη χρυσέων μεσόμφαλον φιάλην.
Τελεστὴς δ' ἄκρατον ὠνόμαζεν ἵν' ὡς τοῦ Τελεστοῦ ἄκρατον τὴν φιάλην εἰρηκότος.

Quam ſcripturam retractans idem CASAUBONUS in *Animadv.* ait: »Lege Τελέστης δ' ἄκρατον ὠνόμαζεν, ὡς τοῦ Τελέστου ἄκρατον τὴν φιάλην εἰρηκότος. Prima verba ſunt *Timarchi*: ſequentia *Athenaei*, »ea veluti explicantis. *Teleſtes*, comici nomen, ut ſcimus »ex Athenaeo & Suida. Quam abſurde iſta docti accepe»rint, piget dicere.« — Nempe abſurde utique DALECAMPIUS verterat: *Sunt qui Teleſten meri poculum vocent, quoniam Teleſtes phialam ἄκρατον dixerit, id eſt, vini non diluti.* At, quam Caſaubonus edendam curaverat ſcripturam, quam dein ipſe rurſus improbavit, ὠνόμαζεν ἵν' ὡς, ea e veteribus libris ducta erat, eamdemque eodem modo veteres membranae *A.* exhibent. Quâ ex mendoſâ ſcripturâ veram pro ſuo ingenii acumine facile reſtituit PORSONUS in Excurſu ad Euripidis Med. vs. 139 ſq. num. X. pag. 367. ed. Lipſ. monens: »non eſſe *Theopompi* verſum »unum tetrametrum, (ut Valckenarius ſtatuerat, ad He»rodot. III. 130.) ſed duo ſenarios, ſic ſcribendos:

»Λαβοῦσα πλήρη χρυσέαν μεσόμφαλον
»φιάλην· Τελεστὴς δ' ἄκατον ὠνόμαζέ νιν.

»Deinde (inquit) addit Athenaeus, *Teleſten* (dithyrambi»cum poëtam ſcilicet) ἄκατον dixiſſe pro φιάλην. Erant »autem multa apud Graecos nomina *navigiorum* & *pocu»lorum* communia: qualia ſunt γαῦλος, κύμβη, κάνθαρος, »τριήρης, & non abſimile καρχήσιον. Epitome Athenaei »apud Caſaub. Animadv. XI. 4. pag. 782. 62. Ἄκατος· πο»τήριον, ἐοικὸς πλοίῳ. [ſupra, cap. 23. huius edit.] Poſtre»mo obſervabis, *Theopompum* Tragicam gravitatem affe»ctare, ideoque tragicis formis χρυσέαν & νιν uti.« — Sic ille: erudite, ut ſolet: quem nos ſequi non dubitavimus. A comicis Graecis haud raro citari aliorum poëtarum verba, ſive ſuperiorum, ſive aequalium, quis ne-

ſcit? Quidni igitur *Theopompus* comicus, Platonis aequa- a
lis, *Teleſtis* verbum aliquod, dithyrambici poëtae, (quem Olympiade XCV. claruiſſe Diodorus Sic. XIV. 46. adnotavit) citare potuerit? Pro vulgatâ ſcripturâ χρυσέων, χρυσέαν ſcriptum oportuiſſe, etiam a PIERSONO ad Moer. p. 413. recte monitum erat. Permutatarum a librariis vocalium α & ω obvia ubique exempla. πλήρη χρυσέων, id eſt, *aureis numis plenam*, fruſtra defendit TOUPIUS, Emendat. in Suid. P. III. pag. 575. (pag. 325. ed. Lond.) dicens: »Nimirum phiala tam auro, quam vino, miniſtrando in»ſerviebat.« In *Epit.* deſiderantur iſta omnia. Nomen *Teleſtis*, de cuius ſcripturâ nihil e codice *A.* adnotatum, *penacute* Τελέστης ſcripſi, ut praeivit *Caſaub. in Animadv.* Sic recte ſcribitur apud Suidam; ſic & apud Diodorum Sicul. l. c. itemque apud Noſtrum I. 21. f. & 22. a. ubi quidem de alio *Teleſte* agitur. Τελεστὴς acute ſcriptum, adpellativum & commune nomen eſt: in proprio nomine ad penultimam retrahitur accentus. De vocab. ἄκατος confer quae notavimus ad XI. 782. f. ubi obliti ſumus mentionem facere huius loci, in quo id vocabulum Athenaeo ab erudito Britanno reſtitutum eſt.

AD CAP. CV.

Ἀθηναῖοι δὲ τὰς μὲν ἀργυρᾶς φιάλας, ἀργυρίδας λέγουσι. Vide ſupra, XI. 784. a.

χρυσίδος δὲ Κρατῖνος ἐν Νόμοις. Intellige verbum μνη- b
μονεύει, quod modo praecedebat. Propriâ auctoritate, nullâ prorſus urgente neceſſitate, verbum μνημονεύει tacite hîc in ſuâ editione repetiit CASAUB. Nempe ab his ipſis verbis, quae tamen cum praecedentibus arcte cohaerent, novi veluti capitis initium ille ſtatuerat; & nomen ΧΡΥΣΙΓ-ΔΟΣ uncialibus literis curaverat excudendum. Ad *CRATINI* verba, quae conſentientibus membranis ſic vulgo ſcribuntur, Χρυσίδι σπένδων γέγραφε τοῖς ὄφεσι πιεῖν διδούς: adnotavit idem CASAUBONUS: »Malim τοῖς σο»φοῖς πιεῖν διδούς.« — At parum utique eſt, quod vel ad ſententiam vel ad metrum iſtâ emendatione lucremur. Equidem fere non dubito, non modo in τοῖς ὄφεσι, ſed & in verbo γέγραφε mendum latere. Quo pacto vero procuranda ſint iſta prodigia, feliciori ingenio vates haud aegre (ſpero) nos docebit: nobis nunc maxime nihil oc-

b currebat. DALECAMPIUS τοῖς ὀφείλουσι legerat: *Chryſide libans, haec ſcripſit debitoribus cum dediſſet quod biberent.* Villebrunius: *Il écrivit en faiſant des libations avec une chryſide, & en donnant a boire aux ſerpens.* Si vera eſt librorum ſcriptura, intelligi debebit agi de quadam *incantatione*, quae *ſerpentum* ope peragebatur. Caeterum ſupra monitum eſt, (ad pag. 496. e.) pro vocabulo χρυσίδι, quod recte & ſuo loco hîc ponitur, in eodem *CRATINI* verſu perperam ῥυσίδι olim legiſſe Theodorum Grammaticum.

HERMIPPUS in *Cercopibus* cum ait, Χρυσίδ' οἴνου παντσέλινον ἐκπιὼν, DALECAMPIUS id accepit quaſi eſſet παντσελήνῳ: *Plenilunio vini chryſidem ebibit.* TOUPIUS in Suid. P. III. pag. 572. nil aliud eo vocab. ſignificari cenſuit, niſi *plenum poculum:* revocans etiam in memoriam Virgilianum illud, *Pleno ſe proluit auro.* Quem nos, quum nihil certius occurreret, ſecuti ſumus. Gallici interpretes diſertius exprimendam vocabuli vim exiſtimantes, ſic reddiderunt: *Il but du vin plein une chryſide ronde comme la pleine lune.*

Poſt Hermippi verſum in editionibus omnibus ſic continuabatur oratio: Καὶ ὅγε Ἐμβολιμαῖος Ἐγὼ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως &c. Eodemque modo in msto *A.* absque ullo lacunae veſtigio: qui tamen pro Ἐμβολιμαῖος, (ſic) ἐβολιμαίῳ habet. Quod Ἐμβλολιμαῖος in ed. Caſ. 1. ſcribitur, proprium illius editionis erratum eſt. Monuit vero CASAUBONUS in *Animadv.* »Poſt *Hermippi* verſum, alla»tum in ſermone de *chryſide*, iterum *lacuna* fuit notanda; »etſi vulnus acceptum diſſimulant antiquae membranae. »In *Excerptis* tam *Levinianis* quam *Hoeſchelianis* legeban»tur iſto loco quae hîc deſcripſimus. Ἐκαλεῖτο δέ τις καὶ »ΒΑΛΑΝΩΤΗ' φιάλη, ἧς τῷ πυθμένι &c. [Reliqua, ſicut a nobis edita ſunt, perſequitur ibidem CASAUBONUS, & deſinit in haec ipſa verba:] »ΧΑΛΚΙΔΙΚΑ' ποτήρια, ἴσως »ἀπὸ τῆς Χαλκίδος τῆς Θρᾳκικῆς εὐδοκιμοῦντα. ΧΥΤΡΙ»ΔΕΣ. Ἄλεξις, Ἐγὼ Πτολεμ. &c. « — Eadem vero, quae a Caſaubono prolata ſunt, habet etiam noſter *codex Epitomae:* Ἑρμιππος: χρυσίδ' οἴνου παντσέλινον πιὼν (ſic ille, pro ἐκπιὼν) ὑφείλετο. ἐκαλεῖτο δέ τις καὶ βαλανωτὴ φιάλη &c.

Vocabulum βαλανωτὴ φιάλη a nullo Lexicographo adnotatum reperi. Sed quod ait, τῷ πυθμένι (nempe, *fundo naturali & proprio vaſis*) ὑπέκειντο ἀστράγαλοι: ſimiliter

de *pſyctere* Pollux tradit, VI. 99. οὐ μὴν ἔχει πυθμένα, b (nempe *fundum adſcititium*, id eſt, *baſin non habet:* conf. not. ad Athen. XI. 489. a.) ἀλλ' ἀστραγαλίσκους. Unde intelligi videtur, βαλανωτὰς *phialas*, &, quae paulo poſt nominantur, καρυωτὰς, dici *quae loco baſeos* inferne *pedes habeant*, illae *glandium* formâ; hae ſive *iuglandum*, ſive *amygdalarum;* nam utramque notionem vocabulum κάρυον admittit. At in Alexandrinâ librorum Moſis verſione, Exod. XXXVII. (al. XXXVIII.) vs. 19 ſq. λαμπάδια καρυωτὰ, quae cap. XXV. 33 ſq. dicebantur κρατῆρες ἐκτετυπωμένοι καρύϊσκοι, intelliguntur vulgo ipſi *caliculi* ſive ipſae *patellae in amygdalarum formam effictae.*

Ἀναξανδρίδης δὲ φιάλας Ἄρεος καλεῖ τὰ ποτήρια ταῦτα. Quo ſenſu ita dixerit ANAXANDRIDES, ſciremus fortaſſe, ſi integrum hac parte exſtaret plenius Athenaei opus. Neſtoreum poculum φιάλην Ἄρεως adpellatum olim fuiſſe a *Timotheo* dithyrambico poëtâ, *Antiphanes* comicus dixerat apud Noſtrum, lib. X. pag. 433. c.

Αἰολεῖς δὲ τὴν φιάλην ἀράκιν καλοῦσι. Rectius videtur quod eſt apud Heſychium: Ἀράκην· φιάλην. καὶ Ἀράκτην.

AD CAP. CVI.

Φθόϊς. πλατεῖαι φιάλαι &c. Prior notio huius vocabuli, quam unam Heſychius adnotavit, ea eſt quâ haud multo ante poſitum illud vidimus, pag. 489. d. ubi *placentae genus* quoddam ſignificat. Sic rurſus infra, XIV. 647. e. Plurali numero τοὺς φθοῖς dixit Ariſtophanes, Plut. 677. ubi vide Schol. Ab iſta notione derivata haec, quâ *phialae* quoddam genus ſignificat amplae, ſed depreſſae, puto, & placentae illi quodammodo ſimilis. In *EUPOLIDIS* teſtimonio ſcribebatur προσπεπτωκὼς cum in duobus codicibus quibus Caſaub. uſus eſt, tum in noſtro. Recte vero in Animadverſionum Caſaub. ed. 2. & 3. ex ſchedis illius monitum: »Fortaſſe melius προπεπωκώς.« Id nobis ita certum viſum, ut in contextum recipere non dubitaremus. Iam ſaepius ſimillimo modo in verbo πέπωκα & eius compoſitis lapſos librarios obſervavimus.

Φιλοτησία. – – Δημοσθένης δὲ φησί· »καὶ φιλοτησίαν προὔπινεν.« Locus eſt in Orat. De Falſa Legat. pag. 380 extr. ed. Reisk. ubi quidem φιλοτησίας in plu-

rali numero legitur. Apud Noſtrum, XI. 431. a. adferuntur Alexidis verba vulgo ſic ſcripta, Τῆς φιλοτησίας ἐγὼ μεστὰς προπίνω: ubi intelligi poteſt τῆς φιλοτησίας κυλίκας. Sin cum Caſaub. Τῇ legas, pro Τίνι accipiendum, erit φιλοτησίας accuſativus pluralis: poſſis vero eâdem ratione etiam Τὰς φιλοτησίας corrigere.

In *ALEXIDIS* teſtimonio mire dictum utique debet videri, Ἐγὼ - - προπίνομεν: ubi ſi ferendum iudicaveris *pluralem* verbi numerum, eo excuſari ille debebit, quod praecedens vox κοινῇ ad *plures* referatur, *quorum nomine unus propinat.* Sed perquam probabile nobis videtur, προπίομαι ſcripſiſſe poëtam: quae eſt Attica verbi forma. cf. X. 446. d. e.

Ἀριστοφάνης· Ἑπτάπους γοῦν ἡ σκιά ἐστιν &c. Ex incertâ *ARISTOPHANIS* comoediâ. Notandum vero, ad idem hoc Comici teſtimonium ſpectare illam Gloſſam Heſychianam, Ἑπτάπους σκιά. τοῖς ποσὶ κατεμέτρουν τὰς σκιὰς, ἐξ ὧν τὰς ὥρας ἐγίνωσκον. De eo more vide not. ad Athen. I. 8. c. & ad VI. 243. a. *Ibid.* ὁ χορὸς ὁ φιλοτήσιος. Unice verum hoc nobis videbatur, quod etiam CASAUBONO placuerat. Sic enim ille ſcriptum hunc locum edidit: »ὡς ἤδη καλεῖ μ' ὁ χορὸς (vel χρόνος: nam in utroque eſt χρόος) ὁ φιλοτήσιος.« — Eodem errore cum Caſauboni codicibus tenetur noſter codex.

Διὰ δὲ τὴν τοιαύτην πρόποσιν ἐκαλεῖτο καὶ κύλιξ φιλοτησία. Ante iſta verba videtur in Opere pleniore tale quid proxime praeceſſiſſe, quale apud Heſychium legitur: φιλοτησία· πρόποσίς τις μετὰ τὸ δεῖπνον ὑπὲρ φιλίας.

Ibid. ὡς ἐν Λυσιστράτῃ. *ARISTOPH. Lyſiſtr.* 203. ubi ad verba καὶ κύλιξ φιλοτησία vetus Scholiaſtes ait: »Οὕτω καλεῖται ἡ φιάλη ἡ δισομένη ἐν τοῖς πότοις. ἐν γὰρ τοῖς συμποσίοις φιλοφρονούμενοι ἀλλήλους ἐπεδίδοσαν οἴνου κύλικα, ἣν φιλοτησίαν ἐκάλουν &c.« Eadem fere notantur ad Acharn. 982. ubi eadem dictio occurrit.

Χόννοι. Παρὰ Γορτυνίοις ποτηρίου εἶδος - - - ὃ δίδοσθαι τῷ ἁρπασθέντι &c. Reſpicit illud *Cretenſium* inſtitutum, (ſunt enim Cretenſes *Gortynii*) de quo dictum ſupra, in maiori illo Supplem. ex lib. XI. pag. 782. c. ad quem locum vide notata. Apud Heſychium ſcribitur: Χόνος· ποτήριον χαλκεῖον. (ubi χάλκεον corrigendum, ut eſt apud Noſtrum.) Item apud eumdem: Χόϊνον· ποτήριον χαλκοῦν. Ex Athenaei Epitoma deſcripſit hunc locum Euſta-

thius ad Iliad. σ'. p. 1208 extr. *Hermonactis*, qui hîc b nominatur, *Gloſſae Cretenſes* alibi aliquoties ab Athenaeo citantur.

AD CAP. CVII.

Χυτρίδες. Ἄλεξις ἐν Ὑποβολιμαίῳ· Ἐγὼ Πτολεμαίου &c. In his verbis, poſt lacunam quae in vetuſtis membr. *A.* indeque in aliis omnibus hodie Operis plenioris codicibus eſt, continuatur in pleniore opere interrupta oratio. In *Epit.* (ut ſupra iam memoravi) ita ſcribitur: Χυτρίδες. Ἄλεξις: Ἐγὼ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως. In opere pleniore ſcribitur, καὶ ὄγε Ἐμβολιμαίῳ. Quare Casaubonus in Animadv. ait: »Praetermiſit Epitoma fabulae nomen: »quod corruptum extat in vulgatis libris, ubi hodie poë»tae nomen deſideratur. Scribe, Ἄλεξις δ' ἐν Ὑποβολι»μαίῳ· Ἐγὼ Πτολ. « — Et *Alexidis* nomen hîc adiiciendum iam ex coniecturâ viderat Dalecampius, & in verſione poſuit: *Alexis in Subdititio.* Eamdem fabulam citaverat Athenaeus noſter, X. 431. b. Verba καὶ ὄγε, quae ſuperſunt in opere pleniore, fortaſſe ad ſuperius caput de *phialis* pertinebant; ut poſt ἐπιὼν ὑφείλετο ſic continuaretur oratio, καὶ ὄγε & reliqua quae interciderunt.

Verſ. 2. Videri poterat (quam fuiſſe Adami ſententiam Villebrunius tradit) *poſt ἀκράτου comma* ponendum, ut intelligeretur verbum λαβὼν, cui dein reſponderet προσλαβών: quaſi quatuor chytridia in regis honorem, totidemque in reginae ſe bibiturum dixiſſet. Sed aliter accepit Breviator: qui, reginae mentionem omittens, ſic ſcripſit, Ἐγὼ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως τέτταρα χυτρίδι' ἀκράτου προσλαβών. Tertium quartumque verſum, cum priore parte quinti, omiſit Epitomator. *Verſ.* 3. ad editam olim ſcripturam, ἔκπνευστ' ἐκπιὼν, nihil ex ms. *A.* adnotatum: at *iota* ſaltem in fine adiiciendum deſiderabat cum res ipſa, tum metrica ratio. Sed vix dubitandum, ἀπνευστὶ ſcriptum oportuiſſe. Sic ſupra in Ἄμυστις: XI. 783. d. πόσις τις, ἣν ἔστιν ἀπνευστὶ πίνειν. Eodem modo apud Suidam: Ἀμυστὶ πιεῖν· λέγεται ἐπὶ τῶν ἀπνευστὶ καὶ ἀνευ τοῦ ἀναπαύεσθαι πινόντων: rurſusque in fine eiusdem loci: Ἄμυστις γὰρ, ἡ ἀπνευστὶ πόσις. Ἐκπνευστὶ quidem quo ſenſu dici potuerit, haud video.

Verſ. 5. καὶ τῆς ὁμονοίας, intell. ἕνεκα. Niſi potius ſic c

c concipienda ſtructura verborum, πρὸς τὸ τηλικοῦτον φῶς τῆς ὁμονοίας. *Concordiam* autem dicere videtur coniugium inter fratrem ſororemque contractum. *Verſ.* 6. ἄνευ λύχνου. Videtur reſpicere illud *Alcaei*, apud Noſtrum XI. 481. a. Πίνωμεν. τί τὸν λύχνον ἀμμένομεν;

Ἡρόδοτος δ' ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν Ἱστοριῶν. Vide *HERODOT. lib. V.* cap. 88. ubi pro eo quod hîc eſt πρὸς τὰς θυσίας, πρὸς τὸ ἱρὸν ſcribitur. εἰς τὰς θυσίας habet Athenaei *Epit.*

Μελέαγρος δ' ὁ Κυνικός. *MELEAGER Gadarenus.* Vide IV. 157. b. & ibi not. In huius verbis hîc adlatis, pro χυτρίδα βαθέα, quod hîc edebatur, monuit CASAUBONUS: »Scribe, χυτρίδια βαθέα.« — Id vero ipſum recte dedit noſter cod. *A.* In *Epit.* deeſt Meleagri teſtimonium.

AD CAP. CVIII.

Ψυγεὺς, ἢ Ψυκτήρ. Heſychius: Ψυκτήρ· ὃν ἡμεῖς ψυγέα. καὶ εἶδος ποτηρίου. Videri poterat ὃν ἡμεῖς de ſua aetate dicere Heſychius. Sed vides iam non modo Athenaei aetate, verum etiam multo ante, vocabulo ψυγεὺς uſos eſſe nonnullos: atque ipſa etiam illa verba, ὃν ἡμεῖς ψυγέα καλοῦμεν, *Heracleonis Epheſii* eſſe docet Athenaeus pag. 503. a. Caeterum vide Moerin pag. 422. & Timaei Lexic. Plat. pag. 278. cum utriusque Interpretibus: denique Suid. in ψυκτῆρα.

Πλάτων Συμποσίῳ. Exſtat locus *PLATONIS*, in *Convivio*, pag. 253. ed. Bipont. Ad eumdem locum reſpexit Noſter,
d IV. 180. a. b. *Ibid.* τοῦτον οὖν ἔμπλησ. Sic ms. *A.* cum ed. Ven. & Baſ. non τοῦτον μὲν οὖν, ut ed. Caſ. In *Epit.* finiuntur Platonis verba in iſtis, ὀκτὼ κοτ. χωροῦντα: dein ſtatim ſequuntur illa, Ἄλεξις τριπότυλον ψυγέα. *Ibid.* Παραμηκύνειν ἐγχειροῦντος τοῦ Ἀρχεβούλου. »Platonis locus »e Convivio deſinit in verbo ἐγχεῖν. Sequentia male cum »praecedentibus continuarunt: quae quidem unde ſint de»ſcripta non indicatur in noſtris libris, deficientibus etiam »hîc vocibus aliquot.« CASAUBONUS. — *Lacunam* nos interpoſito *aſteriſco* indicavimus. Videndum, ſuperſit-ne hodie vetus ſcriptum, in quo *Archebuli* fiat mentio: in eo, ſi exſtat, quaerenda fuerint iſta verba.

»Sequitur: Διώξιππος Φιλαργύρῳ· Παρ' Ὀλυμπίχῳ δὲ »Θηρικλείους ἔλαβεν ἑξιτάτους δύο ψυκτῆρας. Lego, ut

» deleatur vox mendosa & palam corrupta, θηρικλείους » ἔλαβεν ἕξ. εἶτα τοὺς δύο ψυκτ. « CASAUBONUS. — At εἶτα non ferebat senarii ratio: quare ἔπειτα correxi. De nomine Ὀλύμπιχος, quod doricâ formâ sic enunciabatur pro Ὀλυμπικὸς, vide Wyttenbach ad Plutarch. de Sera Num. Vind. pag. 19.

Μένανδρος δ' ἐν τῷ ἐπιγρ. δραμ. Χαλκεῖα. Vide Suidam e in voce: & Meursii Graec. Fer. voc. Χαλκεῖα, & Atticar. Lection. lib. IV. cap. 24. *MENANDRI* verba, non distinctis versibus, sic edita erant: τοῦτο δὴ τὸ νῦν ἔθος ἄκρατον ἐβόων τὴν μεγάλην ψυκτῆρα, τὶς προὔπινεν αὐτοὺς ἀθλίους ἀπώλλυον. In *Epit.* ista desunt. Codex *A.* nil mutat. Equidem BENTLEII probavi adoptavique rationes, in Emendat. in Menandr. pag. 70. propositas. In fine tamen, ubi ἀπολλύων ille correxit, ἀπώλλυεν placuit: sed ita, ut istud minime spernam.

STRATTIDIS ex *Psychastis* testimonium, in tres anapaesticos versiculos, quibus constat, distribuimus. Et pro ψυκτῆρα, quod habebant editi, recte ψυκτῆρ' cum apostropho scriptum dabat ms. *A.* Quaenam sit autem potissimum sententia verborum ἀπορῶν κεῖται, tum illorum κοτυλίδ' ἀνὰ χοίνικα μάττει, non liquet nobis. DALECAMPIUS vertit: *anxius iacet, cotylidemque simul & choenicem convasat.* VILLEBRUNIUS: *ils restent-là fort inquiets, quoique dévorant ce qu'il y a dans la cotylis & le chénix en même tems.*

Sequebantur ista, sic scripta & distincta, Ἄλεξις δ' ἐν f Ἱππίσκῳ ψυκτηρίδιον καλεῖ διὰ τούτων, ἀπήντων τῷ ξένῳ εἰς τὴν κατάλυσιν ησόνην αἴθων ἀνὴρ τοῖς παισί τ' εἶπα,

Δύω (δύο ms. *A.*) γὰρ ἦγον οἴκοθεν τ' ἀκπώματα εἰς (τ' ἐκπώματ' εἰς ms. *A.* & ed. Ven. & Bas.) τὸ φανερὸν ἐκνενιτρωμένα
θεῖναι, κύαθος δὲ ἦν (δ' ἦν ms. *A.*) ἀργυροῦς, τ' ἀκπώματα
ἦγεν δύο δραχμὰς, κυμβίον δὲ τέτταρας,
ψυκτήριόν τε (ψυκτηρίδιόν τε ms. *A.* & *Ep.*) δύ' ὀβολοὺς, Φιλιππίδου λεπτότερον.

Epitoma nonnisi haec verba habet, ψυκτηρίδιόν τε δύ' ὀβολοὺς ἄγων. Monuit h. l. CASAUBONUS: » Eclogam *ALEXIDIS* ex *Hippisco* lege pluribus & melius descriptam » libro sexto. Sed prima verba valde hîc corrupta. Ita » scribere possumus; certe quidem, ita distinguere:

» — Ἀπήντων τῷ ξένῳ
» εἰς τὴν κατάλυσιν· οὗτος ἦν δ' αἴθων ἀνήρ.
» τοῖς παισί τ' εἶπα, (δύο γὰρ ἦγον οἰκόθεν)
» τὰ 'κπώματ' εἰς τὸ φ. & caetera ut libro ſexto.«

Vide utique lib. VI. cap. 17. pag. 230. b. ibique notata. GROTIUS fragmentum hoc Excerptis ſuis inſerens p. 557. ex corrupto ησόνην, quod membranae cum editis tenent, fecit ἣ συνῆν: ob eamdemque rationem primo verſu ἀπήντων τῇ ξένῃ pro τῷ ξένῳ correxit; adnotavitque: » *Aethiopes* ſolennis comitatus mulierum ſuperbiorum.« — Equidem ἣ συνῆν adoptavi, non quod certiſſimam putarem emendationem, ſed quod pro manifeſto vitioſâ nihil certius nobis occurriſſet. τῷ ξένῳ vero mutare non ſum auſus. Ad ἣ συνῆν intelligi poterat ἐμοὶ, *ubi mecum erat.* Sed utique certius aliquid & luculentius requiro. Eo verſu, qui hîc eſt *ſeptimus*, ante ψυκτηρίδιον omiſſa ſunt duo verba ἴσως ἑτέρας, quae ſexto libro ibi leguntur. In ed. Ven. & Baſ. deerant omnia, quae inter verba οἰκόθεν τ' ἀκπώματα & δύ' ὀβολοὺς interiecta ex Italicis msstis ſupplevit Caſaub. quae eadem habet noſter codex *A*.

AD CAP. CIX.

EUPHORIONIS primus verſus ita ſcribitur:

Ἐπὰν δὲ καλέσῃ ψυγέα τὴν ψυκτηρίαν.

Ubi de vocab. ψυγέα, ultimam ſyllabam praeter grammaticorum praeceptum corripiente, vide quae notavit PIERSON ad Moerin, p. 192. & PORSON ad Eurip. Hecub. 876. De poſtremo vocabulo CASAUBONUS monuit: »Scribendum τὸν ψυκτηρίαν. Euſtathius ad nonam Odyſſeam, »[pag. 359. l. 18.] Genera, ait, poculorum ſunt apud »Athenaeum, τὸ ψυκτήριον, καὶ τὸ ψυκτηρίδιον, καὶ ὁ ψυκ»τηρίας, ὡς κοχλίας.« CASAUBONUS. — At iſto Euſtathii teſtimonio nil aliud efficitur, niſi ut intelligamus illum in ſuo codice Epitomae in iſto *Euphorionis* verſu τὸν ψυκτηρίαν ſcriptum reperiſſe. At noſter *codex Epitomae* (quem bonitate praeſtare ei, quo Euſtathius uſus eſt, iam ſaepius obſervavimus) cum cod. *A*. & editis perſpicue τὴν ψυκτηρίαν.

Verſ. 2. τὸ σευτλίον δὲ τεῦτλα. Non dubito, permutatis verborum ſedibus ſic ſcripſiſſe poëtam atque etiam Athenaeum, τὸ τευτλίον δὲ σεῦτλα. Nam τευτ-

λίον aut τεῦτλος *Atticam* fuiſſe loquendi *formam*, non modo uno ore monuerunt veteres Grammatici, ſed & perſpicue Alexis poëta docet apud Noſtrum, XIV. 621. e. Attamen σεῦτλον ex Antiphane citatur, IV. 170. e.

Verſ. 3 *ſeq.* »Poſtremis verbis *Euphorionis*,

» — εὖ γὰρ εἶπον ὥσπερ χρυσίου

» φωνῆς ἀπότισιν Πυργόθεμι καταλλαγήν: b

» appellatur φωνῆς καταλλαγὴ, *vocis & ſermonum commer-*
» *cium*; cum duo aut plures, ſermonis vices dant inter
» ſe atque ſuſcipiunt. φωνῆς ἀπότισις, eſt *ſermonis* tam-
» quam debiti *ſolutio*: neceſſitas nempe reſpondendi cum
» fueris interrogatus. Paullo aliter Pindarus χρέος ὠδῖνας &
» λόγου τίσιν dixit in oda, quam diu ante promiſſam mi-
» ſit tandem Ageſidamo cum fenore.« CASAUBONUS. — Mira vero interpretatio doctiſſimi Viri: ſi modo id interpretari eſt, non obſcurare. Sed, quod magis etiam mireris, nomen illud ἀπότισιν, quo maxime obſcurabatur poëtae ſententia, ipſius *Caſauboni* erat inventum; qui ne dignatus eſt quidem docere lectorem, ἀπότισον ſcribi in ed. Ven. & Baſ. nec aliter in msstis. Ipſam hanc autem veriſſimam ſcripturam recte perſpecteque interpretatus DALECAMPIUS erat: *ut auri, ſic tibi Pyrgothemi huius vocabuli eſt perſolvendus collybus.* Ad vocem καταλλαγὴ, quam percommode *collybum* interpretatus eſt *Dalecampius*, ſpectat eiusdem Adnotatio in orâ verſionis: »Proprie *detri-*
» *mentum* & *deductio*, quae fit permutatâ in aliâs ſpecies pe-
» cuniâ: vulgo *cambium*.« — Sic recte REISKIUS in Indice Graec. Demoſth. voc. Καταλλαγή. »ἐκ πόσου ἦν ἡ κατ-
» αλλαγὴ τῷ ἀργυρίῳ: *quanti eſſet intertrimentum* (quod *Agio*
» vulgo vocant) h. e. quae eſſet monetae cuiusque diffe-
» rentia ratione valoris ad monetam Atticam.«

» Qui dicebat apud *ANTIPHANEM*, ὁ δὲ καλὸς πῖλος,
» καλὸς ψυκτὴρ, hoc voluit: *pulchra haec caſſis erit pro pul-*
» *chro pſyctere.* Heſychius: πῖλος χαλκοῦς, εἶδος περικε-
» φαλαίας. Etiam Latini *galerum* ac *galericulum* pro *galea*
» uſurpant.« CASAUBONUS. — In *primo* eiusdem eclogae *verſiculo*, recte διαιτώμεσθα dedit ms. *A*.

Ἐν δὲ τῇ Κάρνῃ. Habes quidem apud Heſychium gloſſam: Κάρνη, ἡ ζημία. Sed illius vocabuli nusquam alibi veſtigium reperitur; nec videtur is titulus fuiſſe fabulae *ANTIPHANIS*. Pro ἐν Καρνέοις accipiendum, aut ἐν Καρνέοις legendum coniectaverat DALECAMPIUS. »Sic voca-

» bantur, inquit, quaedam Apollinis feſta ob interfectum » Carneum vatem. « — Nihil hîc adnotavit Caſaub. Multo vero probabilius nobis videbatur quod eſt apud FABRICIUM, Bibl. Graec. T. I. pag. 743. Κάρνη, ſive Καρίνη. Atque etiam ſic corrigendum utique videtur, ἐν Καρίνῃ, id eſt, *in Cariâ*, ſcil. *puella*. Vide Steph. Byz. in Καρία, ibique Interpp. Sive, *in Muliere praeficâ*: coll. Heſych. in Καρίναι. Ex Antiphane nil habet Epitoma. Κάδδον ſimplici δ literâ & hîc & paulo poſt ſcriptum dedit ms. *A*.

c In *poſteriore eclogâ* ex eâdem fabulâ, quod κυαθίζειν καὶ τὸν κάδδον in ed. Baſ. legebatur, id temere ibi ſic editum, indeque in editionem Caſaub. propagatum erat. κυαθίζειν γὰρ cum ed. Ven. agnoſcunt membr. *A*. In eâdem eclogâ, legitimus agnoſcitur ſenarius in illis verbis,

τὸν δὲ κάδδον ἔξω καὶ τὸ ποτήριον λαβών.

Etiam, quae ſequuntur, faciunt iuſtum ſenarii initium,

ἀπόφερε τἄλλα πάντα. —

Sed prioribus verbis, niſi multa vel mutes vel ſuppleas, metrica ratio non conſtat.

Διονύσιος δὲ ὁ τοῦ Τρύφωνος. *Tryphonis filium* intellexerat Dalec. Videndum vero, ne *diſcipulus* potius intelligi debeat; ſicut in illo, Παρθένιος ὁ Διονυσίου, pag. 501. a. & alibi. *Ibid.* τὸν ψυγέα, φησὶν, ἐκάλουν οἱ ἀρχαῖοι δῖνον. Sic edd. cum *circumflexo* accentu; rectius, puto, quam quod hîc habet uterque noſter mſtus codex, δίνον. Vide not. ad cap. 32. huius libri, pag. 467. d. Huc pertinet quod eſt apud Polluc. VI. 99. ὁ δὲ ψυκτὴρ, πολλυθρύλλητος, ὃν καὶ δῖνον ἐκάλουν.

Νίκανδρος δ' ὁ Θυατειρηνὸς (ſic recte cod. ms. uterque) καλεῖσθαί φησι ψυκτῆρας καὶ τοὺς ἀλσώδεις καὶ συσκίους τόπους. »Ψυκτῆρας, inquit, vocabant καὶ τοὺς ἀλσώδεις » καὶ συσκίους τόπους. Idem Heſychius: ſed ſcribe apud il- »lum ψυκτήρια, non ψυκτηρίαι. « CASAUBONUS. — Scripturam ψυκτῆρας ex *Epitomâ* adſciverant editores: ſed, quod veteres membr. *A*. habent, ψυκτῆρα, id haud dubie ex ψυκτήρια corruptum. Eſtque haec forma nominis, ψυκτήριον, fere unice apta ei notioni, de qua hîc agitur: eaque ipſa, nec alia, reperitur in tribus poëtarum teſtimoniis, quae continuo adponuntur.

Αἰσχύλος, Νεανίσκοις. »Tragoediam *AESCHYLI* Νεανί- »σκους reperies in indice fabularum eius poëtae, & apud

»Heſychium in Ἀφοίβατον. Eius verſum edi iuſſeram ex »libris,

»Σαύρας ὑποσκίοισιν ἐν ψυκτηρίοις. « CASAUB. Nempe pro ὑπηκόοισιν, quod inepte editum erat, ὑποσκίοισιν recte dedere mssti: & ſic etiam noſter codex uterque. Sed ſupererat aliud erratum non minus grave, cum Σαύρας, i. e. *lacertas*, vulgo legeretur. Non *umbroſis*, ſed *apricis* locis *lacertae* gaudent. Et omnino, *lacertas* hîc nominaſſe Aeſchylum, nullo modo probabile videri debuit. Fidenter obſequendum VALCKENARIO exiſtimavi, ad Euripidis Hippol. pag. 184. monenti, Ἄψυρας ſcriptum oportuiſſe. »Voci vulgatae σαύρας, inquit, litera praece»dens male adhaeſit. « — Vetus tamen is error eſt, utrique noſtrorum codicum communis: nam & Epitoma ſic habet: Αἰσχύλος: σαύρας ὑποσκίοισιν &c.

EURIPIDIS teſtimonium cum ſic editum eſſet, ψυκτήρια δ' ἔνδρεα, φίλαισιν ὠλέναισι λέξεται: monuit CASAUBONUS: »Malim δέξεται. « — Vulgatum quidem tenent veteres membranae; ſed haud dubie unice vera erat Animadverſoris emendatio. In ms. *A.* perperam inſuper φίλοισιν pro φίλαισιν ſcribitur. In *Ep.* deeſt & hoc & proxime ſequens teſtimonium. Pro δ' ἔνδρεα, δ' ἔνδρη maluerat VALCKENARIUS, loco modo cit. Nec tamen ſatis ſubeſſe cauſſae nobis videbatur, cur vulgatum mutaremus.

καὶ ὁ τὸν Αἰγίμιον δὲ ποιήσας, εἴ θ' Ἡσίοδός ἐστιν, ἢ Κέρκωψ ὁ Μιλήσιος. »*Aegimius* quidem fuit ſcriptor anti»quiſſimus, quem περὶ Παλμῶν, ſive de Pulſibus ſcri»pſiſſe omnium primum fuere qui traderent, ut legimus »apud Galenum in quarto DE Differ. Pulſuum. Callima»chus quoque *Aegimium* inter antiquiſſimos Πλακουντοποιικῶν librorum recenſuerat, teſte Athenaeo lib. XIV. »[pag. 643. e.] At poëma Αἰγίμιος inſcriptum, quem au»ctorem habuerit, etiam priſci critici ignorarunt. Scho»liaſtes Apollonii ad librum tertium: [vs. 587.] ὁ τὸν Αἰ»γίμιον ποιήσας, διὰ τὸ δέρας αὐτὸν αὐθαιρέτως φησὶ προσ»δεχθῆναι. Idem librum ſecundum eius operis alibi ci»tat. [ad Apollon. IV. 816.] *CERCOPS* Mileſius, hiſtoriae »fabularis auctor fuit antiquiſſimus, laudatus Apollodoro »libro ſecundo Bibliothecae. « CASAUBONUS. — De poëmate, cui titulus Αἰγίμιος fuerat ab *Aegimio* antiquiſſimo Dorum rege, videndus *Fabricius*, Bibl. Graec. Tom. I. p. 380. & (quos ibi *Harleſius* pag. 592. novae edit. laudavit)

Heynius ad Apollodor. & *H. Valeſius*, Emend. lib. I. cap. 32. cum *Burmanni* Notis.

AD CAP. CX.

Ὠιδός. Οὕτως ἐκαλεῖτο τὸ ποτήριον. Articulum τὸ commode dedit ms. *A.* Epitoma de toto hoc loco nihil habet, niſi haec tria verba: Ὠιδός: εἶδος ποτηρίου. *Ibid.* Τρύφων ἐν τοῖς Ὀνομαστικοῖς. Sic editi; rectius, puto, quam Ὀνοματικοῖς, quod eſt in membranis. Videtur autem idem TRYPHONIS opus hic dicere Deipnoſophiſta, quod aliâs ſic citat, ἐν τοῖς περὶ Ὀνομασιῶν. Vide IV. 174. e. XIV. 618. c. & 634. d. *Ibid.* Recte etiam σκολιῷ edd. pro mendoſo σκοδίῳ, quod eſt in membr.

e *Ibid.* μηδὲν τῶν ἀπηρχαιωμένων τούτων περάνῃς &c. »Πε»ράνειν Τελαμῶνα aut Παιῶνα aut Ἁρμόδιον, eſt *recitare an»tiqua ſcolia*, quorum & argumenta & tituli illis nomini»bus declarantur. Habes de his, imo haec ipſa, libro ul»timo. « CASAUBONUS. — Conf. I. 23. e. ibique not. & XV. 692. f. & 694 ſq.

Ὠοσκύφια. περὶ τῆς ἰδέας &c. Vide ſupra, p. 488. e. f.

f Ut vero ibi ἐφ' οὗ ἵσταται ſcribitur, ſic haud dubie hic quoque ſcriptum oportuit, non ἀφ' οὗ. Eumdem in eadem vocula errorem notavimus pag. 501. f.

Ὠόν. – – Ἔστι δὲ ποτίβαζις &c. »Barbarum & (ut »videtur) Perſicum vocabulum eſt ποτίβαζις: niſi cui pla»ceat coniectura, ἐπὶ τραπέζης. « CASAUBONUS. — Editam ſcripturam tenet vetus cod. *A.* In *Epit.* omiſſum id nomen. Ποτίβαζις ex Dorica dialecto pro ποτίβαγις dici ſtatuit *Ioſ.* SCALIGER ad Euſeb. pag. 112. & eſſe eamdem vocem, quae apud Danielem propheram cap. 1. vs. 5. & ſaepius in eodem capite occurrit, quam ibi Graecus interpres partim τὴν τράπεζαν, partim τὸ δεῖπνον interpretatur.

AD CAP. CXI.

a In *Pindari* verbis, quibus utentem Plutarchum ſuum facit Athenaeus, quum omiſſum vulgo eſſet vocabulum δρόσῳ, monuit CASAUBONUS: »Poëta ſcripſit, ἀμπέλου »δρόσῳ καχλάζουσαν. *PINDARI* verba, initio Odae *quin»tae* Olymp. « — *Septimae* ſcribere voluerat. Nec vero vocab. δρόσῳ *ante* καχλαζ. ſed *poſt* ponitur apud poëtam,

proxime ante verbum δωρήσεται. Quo factum, ut ob similitudinem cum sequenti voce vocabulum illud apud Athenaeum omitteretur a festinante scriba. Et deest quidem in utroque nostro codice: sed haud dubie non praetermissum fuerat ab Athenaeo; quoniam absque illo nullus verbis sensus inest.

περισοβεῖν ἐν κύκλῳ. Conf. IV. 130. c. & X. 426. a. ibique not. Scholion ad Luciani Conviv. c. 15. περιεσοβεῖτο ἡ κύλιξ· ἐκινεῖτο, περιεφέρετο. Activum verbum περισοβεῖν de *pueris* usurpatur, qui *circumferunt pocula*: sic sane & hic & duobus locis supra adlatis. Paulo aliter tamen accepit Epitomae auctor, qui sic habet: Ὅτι τὸ περισοβεῖν ἐν κύκλῳ, τὸ κύκλῳ πίνειν δηλοῖ. Similiter Hesychius: Περισοβεῖν· ἐν κύκλῳ πίνειν. Quod ita intelligendum, ut ipsi convivae alter alteri in orbem poculum porrigant.

καὶ πάλιν ἐκ Θεοφορ. Καὶ ταχὺ &c. Vide *Bentleii* Emend. in *Menandr.* pag. 31. In *EURIPIDIS* versu, τὰ δ' ἄλλα b χαῖρε: commodum foret χαίροι, quod interpretatus est MUSGRAV. in Fragm. Eurip. pag. 559. num. 8. *Valeant autem caetera.* Sed ferendum putavi χαῖρε, quod cum editis tenent ambo codd. mssti. *Valete vos, o reliqua omnia.*

Λυσανίας φησὶν ὁ Κυρηναῖος. Sic citra dubitationem scriptum oportuit, pro vulgato Δυσανίας. *LYSANIAE* libri περὶ Ἰαμβοποιῶν citantur a Nostro, VII. 304. b. & XIV. 620. c. Nescio, an de *Historicis* idem Grammaticus scripserit: nam Historicus scriptor & prosaicus *HERODORUS* fuit, e quo verba illa, quae hic adponuntur, citata a *Lysania* fuisse ait Deipnosophista. Eratosthenis praeceptorem fuisse hunc *Lysaniam Cyrenaeum*, docet Suidas in Ἐρατοσθένης. Aliud egerat doctissimus Fabricius, quum ei excidit, ut *Berytium* hunc, pro *Cyrenaeo*, faceret in Bibl. Graec. T. VII. pag. 65.

καὶ ὁ τοὺς Μίμους δὲ πεποιηκὼς &c. »*SOPHRON*, cele»berrimus *Mimorum* poëta: quem scribunt veteres ita stu»diose lectitatum a Platone, ut ei non solum invigilaret, »sed etiam interdum indormiret. [vid. Laërt. III. 18. & ibi Menag.] »Sed descriptis hic verbis nihil fingi potest cor»ruptius. Interpretibus debellando huic monstro vires de»fuerunt. Utinam maiorem difficultatem alibi non esse»mus experti. Legendum haud dubie κἦν κεκρατηρίσαμεν· »ἀντὶ τοῦ πεπώκειμεν: vel κεκρατηρίκαμεν. *Sophronis* est »locus, productus ut probaret κρατηρίζειν significare idem

» ac πίνειν, ut declarat interpretatio Athenaei. « CASAUBONUS. — At nil opus erat longius a librorum ſcripturâ discedere; quae in edd. ſic habebat, κἂν κρατῆρι χημέσαντί του πεπώκειμεν: in ms. *A.* ſi recte percepi, primores literae hae ſunt, κἠκηκρατ. reliquae ut in editis. Latere autem hîc verbum κρατηρίζω in prima perſ. plur. plusquamperfecti temporis poſitum, cum ex iis quae praecedunt, tum e ſequente verbo πεπώκειμεν, ſatis perſpicuum erat. Atque a verbo κρατηρίζω, quod futurum dorico idiomate κρατηρίξω format, fuerit id quod quaerimus (ex eiusdem dialecti uſu vulgato) ἐκεκρατηρίχειμες: &, praefixâ καὶ praepoſitione, κἠκεκρατηρίχειμες. Et ſic κἠκεκρ. (pro κἠκηκρ. quod codex *A.* habet) utique ſcriptum oportuit: in penultimâ vero ſyllabâ, pro terminatione χειμες, nil impedit quo minus credamus χημες dixiſſe *Sophronem*. Eodem modo, quo nos (membranarum ope ex parte adiuti) edidimus, ex coniecturâ ſcribendum praecepiſſe VALCKENARIUM in Epiſt. ad Roeverum pag. 59. ex *Notis msstis* a *Boiſſonado* mecum communicatis intellexi.

c Ξενοφῶντα – – ὃς ἐν τῷ Συμποσίῳ φησίν. Exſtat locus in *XENOPHONTIS Convivio* pag. 693 ſq. Opp. ed. Baſ. 1569. In verbis nonnulla eorum, quae Athenaei codices mssti & ed. Ven. dabant, e Xenophontis editis libris correxit Editor Baſileenſis; quae inde in editionem Caſaub. recepta ſunt. Sic ille, cum apud Athenaeum legeretur, τὰς δὲ φλόγας ἐγείρει, e Xenophontis libris τὰς δὲ φιλοφροσύνας ὥσπερ ἔλαιον φλόγα edidit. Equidem tenendum φλόγας ex Athenaei libris putavi: ac ſic forſan & ipſe Xenophon ſcripſerat: ſed tria verba φιλοφρ. ὥσπ. ἐλ. apud Athenaeum facile omittere feſtinans librarius potuit, a vocab. φιλοφρ. ad φλόγας aberrans. *Ibid.* Ad τῶν ἀνδρῶν, quod habent editi Athenaei libri cum Xenophonteis, nihil e ms. *A.* adnotatum. Codex *Ep.* in contextu ἀνων habet, quod ἀνθρώπων valet: ſed eâdem manu ſuperne ἀνδρῶν ſcriptum.

d οὐδὲ ταῖς ὥραις διαπλοῦσθαι. » Elegantiſſime dictum a *XENOPHONTE*, *plantas nimis ubertim & ἀθρόως rigatas, non poſſe erigi*, οὐδὲ ταῖς αὔραις διαπνεῖσθαι. Manu tamen exarati quidam, οὐδὲ ταῖς ὥραις διαπλοῦσθαι: neque aliter in Excerptis. « CASAUBONUS. — Immo vero, *omnes*, non *quidam*, manu exarati codices, tam operis plenioris, quam Epitomae, iſtam ſcripturam tuentur cum Ve-

neta editione. Atque etiam atque etiam videndum puto, ne d unice vera haec sit scriptura, ipsique *Xenophonti* restituenda: apud quem mihi quidem non *elegantissime*, sed perincommode, vulgo legi illud ταῖς αὔραις διαπνεῖσθαι (in istâ utique orationis connexione) videtur. Verbum διαπλοῦσθαι ignorant quidem omnia, quae consulere nobis licuit, Lexica & Glossaria: videri autem debet significatum haud multo diversum habere ab eo quem habet cognatum ἀναπλοῦσθαι, scil. *expandi*. Cuius significatus exemplum mire huc faciens ex Dioscoridis libro II. cap. 188. (in edit. quâ equidem utor, cap. ροζ'. & in lat. vers. cap. 148.) protulit H. Stephanus, in Thes. Tom. I. pag. 487. b. scilicet, ὅπερ κατὰ τοὺς οἰκείους καιροὺς ἀναπλούμενον βότρυς ἀνίησι: id est, *quod iusto tempore expansum racemos emittit*. Eamdem fere notionem habet etiam simplex verbum ἁπλόω: teste Etymologo, pag. 123. l. 6 sqq. ubi ἁπλῶ, inquit, σημαίνει τὸ ἐπ' εὐθείας τὰς παλάμας ἐκτείνω. ἐξ οὗ, Ὁ δι' ἐμὲ τὰς παλάμας ἐν τῷ σταυρῷ ἁπλώσας.

ταχὺ ἡμῶν καὶ τὰ σωμ. Sic recte mssti nostri; non ὑμῶν, ut edd. Iidem mssti cum ed. Ven. ignorant τὶ post λέγειν. Iidem mox cum eâdem ed. Ven. μικρὰ ἐπιφ. pro quo ex Xenophonteis libris πυκνὰ ἐπιφ. posuit editor Bas. tenuitque Casaub. Tum ἐπιφεκάζωσιν quidem, ut vulgo apud Xenophontem editur, sic habent etiam apud Athenaeum editiones omnes cum *Epitomâ*: sed ἐπιφακάζωσιν ms. *A*. quod tenendum existimavi, ut magis Atticum. Sic quidem Moeris: Ψακὰς, Ἀττικῶς. φεκὰς, Ἑλληνικῶς. Sic apud Athen. XIII. 600. e. φακάδεσσιν habent mssti nostri, non φεκάδεσσιν. Sic VI. 269. e. φακαζέτω ἄρτοισιν. Sic Hesych. Ἐφάκασεν· ἔσταξεν. Conf. Steph. Thes. IV. pag. 700 & seq. Caeterum Xenophontis istum locum respiciens Cicero de Senect. 14. *pocula minuta & rorantia* dixit.

ἵνα καὶ ἐγὼ Γοργείοισιν ῥήμασιν εἴπω. Non sperno ἐν praepositionem, e Xenophonteis libris ab editore Bas. adscitam: sed nec adiectu necessariam duxi, cum ignorent eam Athenaei codices mssti cum ed. Ven. Γοργεῖα ῥήματα vocat, qualibus uti *Gorgias* consueverat: cuius figuratam, pretiosam, tumidamque orationem saepe notat Dionysius Halic. verbi caussâ, T. V. ed. Reisk. pag. 458. & T. VI. pag. 760. & 869.

AD CAP. CXII.

e ἣν εἶχε πρὸς αὐτὸν ὁ λαμπρότατος Πλάτων ζηλοτυπίαν. » De *aemulatione* & ſimultatibus *Platonem inter & Xenophontem*, A. Gellii notus eſt locus. « CASAUBONUS. — Vide A. Gellium, lib. XIV. 3.

Συμπόσια μὲν γὰρ &c. De *Platonis Sympoſio* iam alibi diſputaverat Noſter; itemque de *Xenophontis Sympoſio*, in quo & ipſo nonnulla vituperabat. Vide librum V. cap. 12 & ſeq. huius edit. rurſusque cap. 56 & ſq. Quod hic de
f *Platone* ait, ὁ δὲ τὸν Σωκράτην παράγει τῷ ψυκτῆρι πίνοντα &c. paulo ante adlata ſunt Platonis verba, p. 502. d. Quo de argumento conferenda quae ab A. Gellio XV. 2. & Macrob. Saturn. II. 8. diſputata ſunt; qui, quatenus vino honeſte indulgeri poſſe cenſuerit Plato, docuere. Iſtos auctores hoc loco DALECAMPIUS etiam in orâ latinae verſionis laudaverat.

Κἀν τῷ περὶ Ψυχῆς δὲ ὁ Πλάτων καταλεγόμενος ἕκαστον τῶν παρατυχόντων &c. Adiectum oportebat, καὶ τῶν ἀπόντων, *atque etiam abſentium.* Nam in praeſentium numero commemorare Xenophontem non debuerat, qui per id tempus in Aſia verſatus erat. Sed *abſentium* etiam nonnullorum mentionem factam a Platone videmus, hoc ipſo conſilio, quo illorum abſentiam excuſaret: quare in horum numero exſpectaſſes ut *Xenophon* nominaretur.

a Ὁ δὲ Πλάτων - - ἐν τρίτῳ Νόμων. PLATO, *De Legibus lib.* III. Tom. VIII. pag. 142. ed. Bip. Et ibi quidem ἀγαθὸν εἶναι καὶ φιλόπολιν vulgo legitur: quam vocem φιλόπολιν in Athenaei etiam libros invexit Editor Baſil. tenuitque Caſaub. At minime ſpernendum, quin potius revocandum nobis viſum erat καὶ φιλόπονον, quod cum editione Aldina apud Noſtrum & membr. *A.* & *Epitoma* tuentur. Quod vero ſequitur, οἰκονομίᾳ δ' οὐ δή τινι οὖν προσεσχηκέναι, id primum a librariis corruptum, ac deinde utcumque incruſtatum fuiſſe mihi videbatur: quare ſatis habui in orâ ſcripturam illam adnotaſſe; iſtud vero, οὐδὲν τὸν νοῦν, (ab editore Baſil. ex Platone olim adſcitum) in contextu tenendum exiſtimavi. In *Epit.* omiſſa ſunt verba, οἰκονομίᾳ δ' - - - γυναιξὶ τρέφειν.

b διηγησάμενος ἐφαίνετο· ὁ δὲ καλὸς Πλάτων &c. Sic commode ſcribitur in *Epitomâ:* fortaſſe tamen ex ipſius Breviatoris ingenio, qui laboranti orationi ſuccurrere vo-

luiſſet. In codice *A.* quidem & in ed. Ven. hoc loco ἀνακολουθία eſt vix ferenda: πάλιν ὁ μὲν Ξενοφῶν συναναβὰς --- καὶ ἀκριβῶς εἰδὼς --- καὶ --- διηγησαμένου· ὁ καλῶς Πλάτων &c. Nec tamen equidem praeciſe negaverim ſcripſiſſe illo modo Deipnoſophiſtam noſtrum; cuius iam ſatis frequenter miras utique ἀνακολουθίας, quae vix ferendae videri deberent, obſervavimus. Minime vero conſuluit orationi editor Baſileenſis ita ſcribens, διηγησάμενος ὁ καλ. Πλάτ. Nonnihil melius, ſed haud multo, Caſaubonus, διηγησάμενος· ὁ καλ. Πλάτων Mireris vero, pravam ſcripturam καλῶς, pro καλὸς, ex Aldina editione in reliquas omnes propagatam. b

»Cum ait, μονονουχὶ εἰπὼν οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος οὗτος: »ad *Steſichori* palinodiam alludit,

»Οὐκ ἔστ' ἔτυμος ὁ λόγος οὗτος·
»οὐδ' ἔβας ἐν νηυσὶν εὐσέλμοις,
»οὐδ' ἵκεο Πέργαμα Τροίας.« CASAUBONUS.

Vide Platonis Phaedrum, Opp. T. X. p. 313. ed. Bip. Ut vero apud Platonem ſcribitur, ſic fortaſſe etiam Athenaeus hîc ſcripſerat, ὁ λόγος οὗτος: ſed ὁ omittit ms. *A.* cum editis: Breviator vero ὁ ponens, οὗτος omiſit. *Mox*, cum in ed. Baſ. & Caſ. diviſis vocibus ſcriptum eſſet ἅπαξ ἁπλῶς, monuit CASAUB. in Animadverſionibus: »Scribo, ὁ τοὺς »ἄλλους ἁπαξαπλῶς κακολογήσας.« — Et ſic unâ voce ſcribitur in ed. Ven. & in utroque cod. msto.

ὁ Τήϊος Ἀλεξαμενός. Ubi accentum ponat ms. *A.* mihi non liquet: ſed recte *ultimam acuit* ms. *Epit.* Eâdem ratione & paulo poſt, Ἀλεξαμενοῦ, & Ἀλεξαμενὸν ſcripſi. Notum eſt, *accentu* distingui proprium nomen a communi, quod eſt participium verbi ἀλέξεσθαι. *Ibid.* ὡς Νικίας ὁ Νικαεὺς ἱστορεῖ καὶ Σωτίων. *Soterion*, quem hîc nominabant editi, conſentiente (quod ſciam) vetere codice, inauditum in philoſophorum hiſtoriâ nomen. *SOTIONIS* nomen non dubitavi quin reſtituerem Athenaeo, monente IONSIO, libro II. DE Scriptorib. Hiſt. Philoſ. cap. 10. ſect. 1. Uterque, *Nicias Nicaeenſis*, & *Sotion* Alexandrinus, de Succeſſionibus Philoſophorum ſcripſerunt. Et *Sotion* paſſim alibi memoratus Noſtro; & quidem etiam cum eodem *Niciâ*, V. 162. e. c

Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ Περὶ Ποιητῶν. Idem *ARISTOTELIS liber DE Poëtis*, qui ad noſtram aetatem non pervenit, in eâdem re citatur a Diogene Laërtio, III. 48. Nominavit

c eumdem librum hoc loco etiam Epitomator; qui, omissâ Niciae & Sotionis mentione, sic scripsit: οὐδ' αὐτὸς εὑρετὴς ἐστιν, ἀλλ' ὁ Τήϊος Ἀλεξαμενὸς, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ Ποιητῶν φησί. Verba vero Philosophi ille non adiecit: quorum sententiam mihi parum perspectam esse profiteor. Conferenda illa fuerint cum his, quae apud eumdem Aristotelem hodieque in primo capite libri Περὶ Ποιητικῆς leguntur, quorum tamen ipsorum sententia haud multo planior videtur. De hoc loco, in quo versamur, consulendus est VALCKENARIUS ad Theocr. Adoniaz. pag. 194. & pag. 200. qui vellem graecis verbis a se adpositis latinam interpretationem adiecisset. In DALECAMPII versione adquievit Menagius, ad Laërt. III. 48. quae sic habet: *Nonne igitur, quos Sophronis Mimos appellant, versibus comprehensos, sermones ac imitationes esse fatebimur, aut Alexamenis Teii Socraticos dialogos, qui primi omnium prodierunt?* Similiter fere Gallici interpretes: *Ne pouvons-nous pas dire que les Mimes rhythmiques de Sophron sont des discours familiers & des imitations de ce qui se passe dans le commerce ordinaire de la vie? & ne penserons-nous pas de même des premiers dialogues Socratiques, écrits par Alexamene de Téos?* VALCKENARIUS Graeca adponens l. c. pag. 194. *interrogationem* non indicavit. Ibidem, pro εἶναι λόγους »scribendum omnino, ait, εἶναι διαλόγους.« In libro tamen DE Poëtica, cap. 1. de *dialogis Socraticis* loquens idem Aristoteles, τοὺς Σωκρατικοὺς λόγους dicit. Quod hîc legitur οὐδὲ ἐμμέτρους τοὺς καλουμένους Σώφρονος μίμους, interpretes, quorum versio modo adposita est, particulam οὐδὲ non ad ἐμμέτρους, sed ad sequens verbum φῶμεν retulerunt, duplicem negationem οὐδὲ & μὴ pro simplici accipientes. Recte vero VALCKENARIUS οὐδὲ ad ἐμμέτρους referens, l. c. p. 200. ait »*negare Aristotelem*, ἐμμέτρους fuisse »*Sophronis mimos.*« Nempe erant illi quidem per *cola*, sive membra, distincti, suavique rhythmo decurrebant; sed nulli metrorum legi erant adstricti; de quo iam supra alicubi monuimus.

d ὃ τοιαῦτα ἐν τῇ Πολιτείᾳ εἰπών· Ὅταν (οἶμαι) δημοκρατουμένη πόλις &c. »Locus est in octavo *De Republicâ*: »[Opp. Tom. VII. p. 221.] Athenaeo iam non semel descriptus. [vide X. 433. & 443 extr. & seq.] Quid autem in »his sit, cur Platonem aliquis reprehendat, nullus video.« CASAUBONUS. — Eo nomine reprehendi hîc Platonem cen-

fuit Gallicus interpres, quod magiſtratus Athenienſium cum d
pravis pincernis contuliſſet. Mihi videbatur, nihil in iſtis Philoſophi verbis reprehendere Athenaeum, ſed hoc dicere: idem Platon, qui perſpecte noverat, quam ſit lubricum & periculoſum nimiâ velle frui libertate, immodicâ tamen ipſe in maledicendo libertate uſus eſt.

AD CAP. CXIII.

Λέγεται δὲ ὡς καὶ Γοργίας. Sic cod. *A.* non καὶ ὡς, ut erat editum. Λέγεται δὲ ὅτι Γοργ. ms. *Ep.* *Ibid.* τὸν ὁμώνυμον αὐτῷ διάλογον. Non erat reprobum quod editi libri habebant, τὸν ὁμων. αὐτοῦ: ſed αὐτῷ dedit codex ms. uterque. *Ibid.* Ὡς καλῶς οἶδε Πλάτων ἰαμβίζειν! Heſychius: Ἰαμβίζειν· λοιδορεῖν, κακολογεῖν. Eodem pertinet, paulo poſt, quod νέον Ἀρχίλοχον *Platonem* nominat idem Gorgias. Notum illud Horatianum:

Archilochum proprio rabies armavit iambo.

Ὡς ἐπεδήμησε, φησὶ, ταῖς Ἀθήναις Γοργίας (ſic mssti hoc loco, non ὁ Γοργ.) μετὰ τὸ ποιήσασθαι τὴν ἀνάθεσιν τῆς ἐν Δελφοῖς ἑαυτοῦ χρυσῆς εἰκόνος. Cicero lib. III. De Oratore, cap. 32. ſect. 129. *Gorgiae tantus honos habitus eſt a Graecia, ſoli ut ex omnibus Delphis non inaurata ſtatua, ſed aurea ſtatueretur.* Similiter Valerius Max. VIII. 15, 2. non ipſum ſibi Gorgiam, ſed *univerſam Graeciam* ei ex ſolido auro ſtatuam poſuiſſe, ait. Paulo aliter Plinius, XXXIII. 4, 24. *Hominum primus & auream ſtatuam & ſolidam Gorgias Leontinus Delphis in templo sibi posuit.* Cum quo ſentire videtur Athenaeus.

Quod *Gorgiam*, lecto Platonico dialogo qui ab eo nomen habet, dicentem faciunt libri noſtri, *ſe nihil tale vel ipſum dixiſſe vel a Platone audiviſſe*, fieri non poteſt ut ita ſcripſerit Athenaeus: ſed παρὰ Σωκράτους haud dubie legendum; cum non ſe, ſed *Socratem*, cum Gorgia diſputantem Plato fecerit. *Ibid.* ταὐτὰ φασὶ καὶ Φαίδωνα εἰπεῖν. ταὐτὰ, non ταῦτα, commode ſcriptum dedit ms. *Ep.* Verbum εἰπεῖν, quod deerat editis, uterque obtulit codex mſtus.

In *Timonis* ſillographi verſu, recte in ms. *Ep.* ut in editis, ſcribitur, Ὡς ἀνέπλαττε Πλάτων. Recte vero θαύματα ambo mssti cum ed. Caſ. pro quo perperam θύματα erat in ed. Ven. & Baſ. Conf. Laërt. III. 26.

f Παρμενίδη μὲν γὰρ καὶ ἐλθεῖν εἰς λόγους τὸν (temere omissus artic. in ed. Cas. 2. & 3.) τοῦ Πλατ. Σωκρ. μόλις ἡ ἡλικία συγχωρεῖ. » Auctore Diogene Laërtio *Parmenides* » florebat circa tempora Olympiadis sexagesimae nonae, » iam grandis natu, & πάλαι ἀνδρωθείς. Natus autem So- » crates Olympiade septuagesimâ septimâ. Itaque etiamsi » concedamus Parmenidem quam diutissime vixisse, incidet » tamen iuventus Socratis in aetatem illius decrepitam. « CASAUBONUS. — Mox, τὸ δὲ πάντων σχετλιώτερον dedit ms. *A*. Desunt ista in *Epit.*

Ἀλλὰ μὴν οὐ δύνανται Πάραλος &c. » De *secundo Prota-* » *gorae adventu Athenas* satis libro quinto disputatum est, » capite XVIII. [c. 59. huius edit.] Sed consideremus Athe- » naei verba: Ἀλλὰ μὴν οὐ δύνανται Πάραλος καὶ Ξάνθιπ- » πος, οἱ Περικλέους υἱοὶ τελευτήσαντες τῷ λοιμῷ, Πρω- a » ταγόρᾳ διαλέγεσθαι, ὅτε δεύτερον ἐπεδήμησε ταῖς Ἀθή- » ναις, οἱ ἔτι πρότερον τελευτήσαντες. Qui assuetas Helle- » nismo aures habebunt, concedent mihi non gravate men- » dum subesse in illis, ἔτι πρότερον. Consulamus Hellenis- » mo, & scribamus ἔτει πρότερον. Habemus iam oratio- » nem Graecam, sed ἀνιστόρητον. Ergo etiam huic malo » medeamur, & legamus, ε'. ἔτει πρότερον. Vera omni- » no & certa haec emendatio. Nam *anno quinto priusquam* » *Protagoras veniret iterum Athenas* Periclis filii pesse fuerant » extincti: anno videlicet altero Olympiadis LXXVIII. per » urbem grassante pestilentiâ. Protagoras erat Athenis an- » no tertio Olympiadis sequentis. Huius χρονικοῦ ἁμαρτή- » ματος etiam Macrobius meminit Saturnal. libro primo: » [cap. 1.] *Paralus & Xanthippus, quibus Pericles pater fuit,* » *cum Protagora apud Platonem disserunt, secundo adventu Athe-* » *nis morante; quos multo ante infamis illa pestilentia Athenis* » *absumserat.* « CASAUBONUS. — Et erudita & speciosa uti- que est ista emendatio. Nec tamen equidem mutare vul- gatum, quod cum editis tuentur veteres membranae, (in *Epit.* quidem desunt ista, ὅτε - - τελευτήσαντες) auden- dum iudicavi: neque omnino vidi, quid contra Hellenis- mum peccarent illa verba, οἱ ἔτι πρότερον τελευτήσαντες. Commodius sane videri debebat οἱ ἤδη πρότερον: sed & ἔτι πρότερον ferendum. Similiter quidem etiam pag. 507 extr. ἔτι πρότερον habes, ubi perinde ἤδη πρότερον scribi potuerat. Athenaeum vero, Chronologicas huiusmodi ha- lucinationes Platoni obiicientem, castigavit PETAVIUS,

Doctr. Temp. IX. 39. obſervante Fabricio, Bibl. Graec. a
T. II. pag. 18. Macrobius loco a Caſaub. citato, ut paſſim alibi, ipſa Athenaei verba ob oculos videtur habuiſſe. Quare etiam, cum apud eumdem Macrobium proxime ante legantur vulgo haec verba: *Inclutum dialogum Socrates habita cum Timaeo disputatione conſumit; quos conſtat eodem ſeculo non fuiſſe:* recte IONSIUS, DE Script. Hiſt. Philoſ. pag. 36. monuit, non *Timaeo*, ſed *Phaedro* ſcriptum oportuiſſe praeeunte Athenaeo, pag. 505. f.

AD CAP. CXIV.

δῆλον καὶ ἐκ τῶν ἐν τῷ Ἴωνι ἐπιγραφομένῳ. Sic tacite correxit in ſua editione Caſaubonus: recte, ut videtur. Sane aut ſic oportuit, aut nude γραφομένων. Sed iſtud probabilius. *Epitoma*, praetermiſſis iſtis verbis, ſic habet: Ὅτι δὲ καὶ δυσμενὴς ἦν πρὸς ἅπαντας, δῆλον ἐξ ὧν πάντας κακολογεῖ παντα χοῦ· (ſuperne ſcriptum πολλαχοῦ eâdem manu.) καὶ τοὺς μεγίστους παρ' Ἀθηναίοις γενομένους, Ἀριστείδην καὶ Θεμιστοκλέα. Μένωνα δ' ἐπαινεῖ &c. *Mox*, ἐν δὲ τῷ Μένωνι. Articulum dedit ms. *A.* & tenuit etiam ed. Ven.

ἐν δὲ τῷ Εὐθυδήμῳ αὐτὸν καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ &c. b
Praetermiſit iſta Breviator. Pronomen αὐτὸν, quod in ms. *A.* deſideratur, recte adiectum in editis. Fortaſſe vero, αὐτὸν Εὐθύδημον aut αὐτὸν τὸν Εὐθυδ. ſcripſerat Athenaeus.

ἐν δὲ τῷ περὶ Ἀνδρείας. »Platonis dialogus περὶ Ἀνδρείας, »is eſt cui titulus *Laches*. « CASAUBONUS. *Ibid.* Μελησίαν τὸν Θουκυδίδου τοῦ ἀντιπολιτευσαμένου Περικλεῖ, καὶ Λυσίμαχον τὸν Ἀριστείδου τοῦ Δικαίου τῆς τῶν πατέρων ἀρετῆς ἀναξίους εἶναι φάσκων. Haec DALECAMPIUS latine ſic reddidit: *In dialogo de Fortitudine Meleſiam, Thucydidis filium, qui a Pericle in adminiſtratione diſſentiebat*, [rectius dixiſſet, *diſſenſerat*] *& iuſti Ariſtidis Lyſimachum filium, inquit patrum virtute indignos eſſe.* IONSIUS vero, DE Script. Hiſt. Philoſ. I. 2, 5. pag. 15. in hunc modum reddenda cenſuit: »*Plato – – Meleſiam, Thucydidis Pericli adverſantis &* »*Lyſimachum Ariſtidis Iuſti patres, maiorum virtute* &c. »Confer Platonem (inquit) Menone & Lachete. « — At ex eiusdem Platonis verbis, initio Lachetis, perſpicue intelligi videtur, recte Dalecampium *Meleſiam Thucydidis fi-*

lium, & Lyſimachum Ariſtidis Iuſti filium intellexiſſe; ita quidem ut illa τῶν πατέρων ἀρετὴ, quam dicit Athenaeus, de *eiusdem Thucydidis, qui Pericli adverſatus erat, & de Ariſtidis Iuſti virtute* intelligatur. *Superior* ille *Thucydides patrem* quidem habuerat *Meleſiam;* (vide Meurſii Lect. Att. lib. V. cap. 26.) ſed & *filium* habuit *Meleſiam*, eum qui a Platone in Lachete inducitur; & *nepotem Thucydidem* iuvenem, qui ibidem a Platone nominatur. Similiter *Ariſtides Iuſtus patrem* quidem habuerat *Lyſimachum;* ſed & *filium Lyſimachum*, (conf. Plutarch. in Ariſtide, p. 535. c.) eum qui in eodem Platonis dialogo inducitur; rurſusque *nepotem Ariſtidem* iuvenem, qui ibidem nominatur. Ad orationem quod ſpectat, cum deſideretur in iſta ῥήσει verbum finitum, intelligendum e ſuperioribus κακολογεῖ vel ὀνειδίζει.

c ἔν τε τῷ προτέρῳ τῶν εἰς αὐτὸν διαλόγων. Temere ἀπολόγων ed. Caſ. 2. & 3. *Ibid.* ὁ γὰρ δεύτερος ὑπό τινων Ξενοφῶντος εἶναι λέγεται. *Poſterior Alcibiades* absque ullâ dubitationis ſignificatione *Platoni* tribuitur apud Diogenem Laërt. III. 59. *Ibid.* ἡ Ἀλκυών. Vide Laërt. III. 62. & Interpp. Luciani, ad libellum cui tit. *Halcyon*, T. I. p. 442. ed. Bip. *Ibid.* κατὰ Ἀλκιβιάδου recte ms. *A.* Deſunt in *Epit.* omnia, inde a verbis ἔν τε τῷ προτ. usque εὐπρόσωπον.

ὅτι δὲ τὸν Ἀθηναίων δῆμον εἰκαῖον εἵρηκε κριτὴν εὐπρόσωπον. »Scribe ἔτι δὲ, non ὅτι. Plenius eadem ſtatim re» petuntur.« Casaub. — Tuentur ὅτι veteres membranae: & tenenda haec particula videtur, intelligendo, *ſed hoc non tacebo:* vel, *ſed de hoc quid dicam? quod* &c. Reliqua vero non carent difficultate, & in veteribus libris mendoſe admodum ſcripta ſunt. δημονικαῖον habent membranae: ſub quo quidem nil aliud latere potuit, quam δῆμον εἰκαῖον, quod eſt in editionibus omnibus. Tum vero εὐπρόκωπον membr. *A.* & peius etiam ἔτι πρόκωπον ed. Ven. & Baſ. quod in εὐπρόσωπον tacite mutavit Caſaub. quod ipſum vocab. paulo poſt recte ſcriptum habebant edd. cum utroque msto. At hoc ipſum moleſtum, quod paucis interiectis verſibus eadem dictio, quae nonniſi ſemel apud Platonem occurrit, repetitur ab Athenaeo quaſi alibi apud eumdem Platonem in eodem dialogo, qui *Alcibiades primus* inſcribitur, iterum in aliâ connexione recurrens. Porro, in eodem dialogo verba illa, εἰκαῖον κριτὴν, (niſi admodum ego fallor) ne reperiuntur quidem omnino: ut

neſcias, exciderint-ne illa ex Platonis libris, quibus hodie utimur; an ab Athenaeo (aut ab eo auctore, e quo ille hanc in Platonem invectivam mutuatus eſt) ſuo arbitrio ita poſita ſint, cum ſententiam magis Platonis quam verba ſequeretur. Auctor, e quo iſta vel cuncta vel pleraque deſumſit Athenaeus, *Hegesander Delphus* eſſe videtur, quem pag. 507. a. ipſe nominavit.

Λακεδαιμονίους δὲ ἐπαινῶν &c. Vide *Platonis Alcibiadem primum*, T. V. Opp. ed. Bip. pag. 43 ſqq. *Ibid.* καὶ τὸν ἀδελφὸν δὲ τοῦ Ἀλκιβιάδου Κλεινίαν μαινόμενόν τε ἀποφαίνει. Sic ex Platone (pag. 35. ed. Bip.) corrigendum fuiſſe adparebat: de quo monuit Valckenarius, in Diatrib. Eurip. pag. 279. *Ibid.* καὶ τοὺς υἱοὺς αὖ τοῦ Περικλέους ἠλιθίους. Habes apud Platonem eodem loco. Hîc apud Athenaeum quum τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ἠλιθίους vulgo (conſentiente utroque cod. msto) legeretur, Περικλέους pro αὐτοῦ ſcribendum monuerat idem Valckenarius loco modo citato. Nos illud αὐτοῦ ſuſpicabamur ex αὖ & τοῦ ortum: quae duae voculae, in unam αὐτοῦ contractae, nomen Περικλέους dein extruſiſſent. *Ibid.* Μειδίαν τε ὀρτυγοκόπον. Reſtituendum fortaſſe vocabulum Platoni, quod eidem etiam Suidas vindicat, hac ipſa voce: ubi vide quae notavit Küsterus, & quem is laudavit *Paul.* Leopardus, Emend. lib. II. cap. 5. in Gruteri Theſ. Crit. T. III. pag. 27. Quod a Polluce (VII. 136.) Leopardus ait negari vocabulum ὀρτυγοκόπος veteribus fuiſſe in uſu, eius contrarium docuere meliores Pollucis codices, qui ut maxime uſitatum illud ipſum laudant. Conf. eumdem Polluc. IX. 107 ſq.

καὶ τὸν τῶν Ἀθηναίων δῆμον εὐπρόσωπον μὲν εἶναι, δεῖν δ' αὐτὸν ἀποδύσαντας θεωρεῖν· ὀφθήσεται γάρ, φησὶν, περίβλεπτον ἄξιωμα περικείμενος κάλλους οὐκ ἀληθινοῦ. Apud Platonem hodie (l. c. pag. 63.) haec leguntur: εὐπρόσωπος γὰρ ὁ μεγαλήτορος δῆμος Ἐρεχθέως· ἀλλ' ἀποδύντα χρὴ αὐτὸν θεάσασθαι. Quae apud Athenaeum ſequuntur verba, apud Platonem hodie (in eo certe dialogo, de quo agitur) fruſtra quaeras: videntur igitur ab Hegeſandro (aut quisquis fuit ille Platonis obtrectator, e quo haec ſumta) exegeſeos cauſſâ adiecta; ut verbum illud φησὶν accipi debeat quemadmodum latinorum, *hoc ait*, *hoc dicit*, pro *hoc vult dicere*, *hoc innuit*. Id ſi non placet, in alia parte operum Platonis quaerenda fuerint iſta ver-

d ba; aut ſtatuendum, intercidiſſe illa in *Alcibiade primo* per librariorum culpam. Pro eo quod eſt ἀποδύσαντας in editis & in ms. *A.*, commodius utique videri debebat ἀποδύντα, quod eſt apud Platonem. Sed, propius ſi conſideres, eodem fere redire reperies. ἀποδύντα habet ſignificationem paſſivam ſive reciprocam: igitur ἀποδύντα θεάσασθαι ſignificat, *ſpectare illum poſtquam perſonam ſibi detraxit, depoſuit.* Ad ἀποδύσαντας intelligendum pronomen perſonale ἡμᾶς: *oportet nos perſonam illi detrahere, & ſic nudum ſpectare.* Epitomae auctor, ſuſpectam habens ſcripturam ἀποδύσαντας, quam & ipſe in ſuo exemplo repererat, ἀποδύσαντα in contextu ſcripſit: quod ſi placet, non ad αὐτὸν referri debet, ſed intelligendum pronomen σὲ, *te oportet perſonam illi detrahere.* Sed veterem Athenaei ſcripturam ἀποδύσαντας inter lineas idem Breviator (quod ſaepe aliâs ab illo factum vidimus) adnotavit. Recte περικείμενος (non περικείμενον) dedere ambo noſtri mssti.

AD CAP. CXV.

Ἐν δὲ τῷ Κίμωνι, οὐδὲ τῆς Θεμιστοκλέους φείδεται κατηγορίας, οὐδὲ τῆς Ἀλκιβιάδου καὶ Μυρωνίδου &c. τῷ Κίμωνι tenet codex mstus uterque cum editis. At nec exſtat hodie, nec ulli (quod ſciam) alii ſcriptori commemoratus reperitur *Platonis Dialogus Cimon* inſcriptus. Nec vero alius hodie dialogus exſtat, ad quem utcumque referri poſſit id quod hîc ait Athenaeus, niſi unus *Gorgias:* quem tamen dialogum ab hoc diſerte diverſum facit Deipnoſophiſta, & continuo deinde ſeparatim nominat. Quare quid ſit quod de hoc titulo ἐν δὲ τῷ Κίμωνι ſtatui debeat, inquirant doceantque nos docti. CASAUBONUS ne uno quidem verbo dubitationem ſignificare dignatus eſt: qui tamen ſua auctoritate deinde pro Μυρωνίδου (quod nomen cum ed. Ven. & Baſ. tuentur ambo noſtri codices mssti) Μιλτιάδου tacite correxit in ſua editione. Videtur ille *Platonis Gorgiam* reſpexiſſe, in quo (pag. 148.) ſimul nominantur *Pericles, Cimon, Miltiades*, & *Themiſtocles:* de quibus omnibus ibidem (pag. 151.) dicentem Socratem facit Plato, *eorum nullum fuiſſe* ἄνδρα ἀγαθὸν τὰ πολιτικὰ ἐν τῇδε τῇ πόλει. Quem locum etiam videri poterat hîc reſpexiſſe Athenaeus, in hac

Platonis reprehenſione. Ne quis vero exiſtimet, apud Pla- d
tonem etiam fortaſſe, ſicut apud Noſtrum, *Myronidae* nomen pro *Miltiadis* nomine ſcriptum oportuiſſe, vetat id quod diſerte apud Platonem adiicitur, (p. 150.) Μιλτιάδην δὲ τὸν ἐν Μαραθῶνι: ubi quidem defecta oratio videtur, deſideraſſesque τὸν ἐν Μαραθῶνι νικήσαντα, aut aliquid tale. Nec vero idcirco eiici ex Athenaei ſermone indictâ cauſſâ nomen Μυρωνίδου & cum Μιλτιάδου tacite permutari debuerat; cum praeſertim minime liqueat, quid ſit quod *ex Platonis Cimone* haec apud Noſtrum adferantur. Quare reſtituendum utique Athenaeo Μυρωνίδου nomen putavi. Fuerat autem *Myronides* (cuius quidem hodie nusquam, quod ſciam, apud Platonem commemoratum nomen reperitur) paucis ante bellum Peloponneſiacum annis dux Athenienſium adverſus Thebanos; rebusque prudenter fortiterque geſtis nobiliſſimos ante ſe duces, *Themiſtoclem*, *Miltiadem*, & *Cimonem*, celebritate nominis aequaverat; ut ait Diodorus Sicul. XI. 82. Quod vero pro eo, quod in ms. *A.* & in editis hîc legitur, οὐδὲ τῆς Θεμιστοκλέους, in ms. *Ep.* οὐδὲ τῆς Περικλέους ſcribitur, id indicio eſſe videtur, utramque ſcripturam iunctam olim fuiſſe, atque ſic ſcriptum reliquiſſe Deipnoſophiſtam, οὐδὲ τῆς Θεμιστοκλέους, οὐδὲ τῆς Περικλέους.

καὶ ὁ Κρίτων δ' αὐτοῦ Σοφοκλέους περιέχει καταδρομήν. *Poſt* αὐτοῦ *comma* ponit ms. *Ep.* quo ad *Platonem* referatur id pronomen, quod alioquin etiam ad Sophoclem referre poteras; *ipſius Sophoclis*. Sed fortaſſe duabus vocibus αὖ τοῦ Σοφ. ſcriptum oportebat. At rurſus in *Critone* Platonis, qui hodie ſupereſt, nulla (quod meminerim) vel *Sophoclis* mentio vel ad aliquod illius dictum factumve adluſio reperitur.

ἀλλὰ καὶ Ἀρχελάου &c. Intellige περιέχει καταδρομήν. Vide vero Philoſophi *Gorgiam*, pag. 53. ed. Bipont. De *Archelao* illo, Macedoniae rege, dictum eſt ſupra, lib. V. cap. 58. *Ibid.* οὗτος δ' ἐστὶ Πλατ. Coniunctivam par- e
ticulam, quae deerat editis, dedit cod. ms. uterque.

Ibid. Εὔφραιον γὰρ ἀπέστειλε τὸν Ὠρείτην &c. »*Eu*»*phraeus Orita* is eſt, qui paullo poſt vocatur Εὔφρατος, »perperam. Suidas Εὔφραιος, ὄνομα κύριον. Ὠρείτης δ' ἦν »τῷ γένει, μετέσχε δὲ τῆς τοῦ Πλάτωνος διατριβῆς. « Casaubonus. — Suidae verba ex Harpocratione translata

ſunt. De *Euphraco* conferendus omnino Demoſthenes, Philippicâ tertiâ, pag. 126 ſq. ed. Reisk. Nomen ubique Εὐφραῖος penultimâ circumflexa ſcribitur: ſed quod hîc in ms. *Ep.* & pag. 508. d. etiam in cod. *A.* & in editis in Εὔφρατος corruptum erat, id indicio eſt, *antepenacute* Εὔφραιος (ut a nobis editum, utque Caſaubonus in Animadv. ſcripſit) ſcribi debuiſſe. In Suidae editione Mediolanenſi duplici accentu ſignatum nomen, in hunc modum, Εὔφραῖος. Caeterum quod ad rem ſpectat, quae hîc narratur, confer quae ad Diodor. Sicul. XVI. 2. adnotavit WESSELINGIUS.

f πρὸς τῷ καταδρομὴν ἔχειν. Sic recte ms. *A.* & ſic ſcribendum (non πρὸς τὸ, ut editum erat) ex CASAUBONI ſchedis monetur in Animadverſ. ed. 2. & 3. In *Epit.* omiſſa ſunt haec de Protagora. *Ibid.* ὁ μουσικὸς Λάμπρος. De hoc confer quae leguntur apud Noſtrum II. 44. d. *Ibid.* ἐπιλείποι δ' ἂν. Sic ms. *A.* Perperam deerat coniunctio editis.

a καλέσας αὐτὸν φορτικῶς Σάθωνα. &c. Vide ſupra, V. 220. d. ibique not.

AD CAP. CXVI.

Ἡγήσανδρος ὁ Δελφὸς ἐν τοῖς Ὑπομνημ. Ab hoc *HEGESANDRO Delphenſi*, ut ſupra dixi, totam iſtam *in Platonem invectivam* (cuius quidem magna pars, propius ſi ſpectes, merae ſunt calumniae) mutuatus eſſe videtur Athenaeus.

b ἅπαξ μὲν τῶν ῥυάκων χάριν. Ad editam olim ſcripturam ῥυακῶν nihil ex ms. *A.* adnotatum: ſed ῥυάκων penacute ſcriptum recte ms. *Ep.* dedit: a ſing. ὁ ῥύαξ, quo vocabulo de *eruptionibus & igneis ex Aetna monte profluviis* Thucydides, Plato, Ariſtoteles aliique utuntur. Conf. Weſſeling. ad Diodor. XIV. 59. De *triplici Platonis itinere in Siciliam ſuscepto*, videndus Laërt. III. 18 ſqq.

c καὶ Φαίδωνι δὲ &c. »Platonis animi erga omnes maligni »hoc inter caetera affertur argumentum: καὶ Φαίδωνι δὲ »τὴν τῆς δουλείας ἐφιστὰς δίκην ἐφωράθη. *Deprehenſus eſt*, »inquit, *cum inſtitueret actionem vindiciarum contra Phaedo»nem.* Conſtat, hunc philoſophum, duram ſervitutem Athe»nis ſervientem, Socratis familiarium beneficio nactum »eſſe libertatem. Plato, ſi vera haec ſunt, id moliebatur »ut per aliquem ſtatus ei controverſia moveretur, & in »ſervitutem ſententiâ iudicum retraheretur: ſed, ubi pa»tuerunt eius conſilia, ab incepto deſtitit. Hoc auctor vo»luit.« CASAUBONUS.

τὸν Πλάτωνα κορώνην γενόμενον ἐπὶ τὴν κεφ. &c. Ad c hunc locum adnotavit doctiſſimus CORAY: »ἐπὶ τὴν κε»φαλήν μου ἀναπηδήσαντα (forſ. ἀναπηδήσασαν) »τὸ φαλακρόν μου κατασκαριφᾶν, καὶ κρατεῖν περιβλέ»πουσαν. Legendum exiſtimo, καὶ κροτεῖν περιλέ»πουσαν: & *tundendo circumcirca cutim detraheret.* « — Erudite ſane, & ingenioſe. Verumtamen quum ſenſum haud incommodum admittere vulgata ſcriptura videretur, nihil in contextu novare auſus ſum. Nil variant libri, niſi quod in ed. Ven. & Baſ. περιβλέπτουσαν temere ſcribitur. Et ἀναπηδήσαντα, & κρατεῖν, & περιβλέπουσαν tuetur & ms. *A.* & *Epit.* κρατεῖν ſonat *firmiter tenere*, itemque *firmiter manere*, *ſedem ſemel occupatam obtinere & tueri*: quod non videtur ab hoc loco eſſe alienum. *Mox*, ὦ d Πλάτων, dedit ms. codex uterque. *Ibid.* πολλὰ κατὰ τῆς ἐμῆς ψεύδεσθαι κεφαλῆς. ψεύσεσθαι malueram, quod etiam Epitomae ſcriba videtur debuiſſe, cum ψεύσασθαι ſcriberet. Sed, teſte etiam Laërtio III. 35. de Platone dixit Socrates, ὡς πολλά μου κατεψεύδετ' ὁ νεανίσκος.

ὅστις ἔφησεν, ἔσχατον τὸν τῆς δόξης χιτῶνα ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῷ ἀποδυόμεθα. »Pulcherrimum *Platonis* eſt *di»ctum*, quo alludit Athenaeus. Τὴν κενοδοξίαν, inquit Pla»to, ὡς τελευταῖον χιτῶνα ἡ ψυχὴ πέφυκεν ἀποτίθεσθαι. »Tacitus [Hiſtor. IV. 6.] *Etiam ſapientibus cupido gloriae »noviſſima exuitur.* (In ed. Caſ. 2. & 3. hîc adiicitur: Olym»piodorus in Phaedonem: Ἔσχατος χιτὼν καὶ μάλα δυσ»αφαίρετος, κατὰ μὲν ὄρεξιν, ἡ φιλοτιμία· κατὰ δὲ γνῶ»σιν, ἡ φαντασία.) Euagrius Scholaſticus, libro primo, »cap. 21. & ex illo Nicephorus Calliſtus, libro XIV. c. 50. »Sed beatus Chryſoſtomus aliter. Nam, etiam poſt cine»res durare ambitionem, eorum exemplo demonſtrat, »qui ſuperba funera ſibi fieri mandant. Τὰ μὲν ἄλλα παθή»ματα, inquit, καταλύεται τῷ θανάτῳ· ἡ δὲ κενοδοξία καὶ »μετὰ τελευτὴν βιάζεται καὶ φιλονεικεῖ τὴν αὑτῆς ἐπιδεί»κνυσθαι φύσιν ἐν τῷ τεθνηκότι σώματι, ὅταν σήματα λαμ»πρὰ καὶ πᾶσαν αὐτῶν ἀναλίσκοντα τὴν οὐσίαν ἐπισκήπτω»σι τελευτῶντες αὑτοῖς ἀνιστᾶν, καὶ ἐν ταφῇ ἀσωτίαν πολ»λὴν σπουδάζωσι προαποτίθεσθαι. Lege quae ſequuntur, »in morali parte Homiliae XVII. Commentariorum in »Epiſtolam ad Romanos. Atque hoc eſt quod Platoni hîc »ab Athenaeo obiicitur: *ipſum, qui exui tandem gloriae cu»piditatem dixerat, ſuae* φιλοδοξίας *impreſſa veſtigia reliquiſſe*

d »*in iis quae poſt obitum ſibi fieri teſtamenti tabulis cavit.*« CASAUBONUS. — Rurſus in ed. 2. & 3. adiiciuntur haec: »Platonis gnomen fuſius explicat Georgius Piſida, poëta »pius iuxta & elegans; cuius verſiculos ita ſcribe: Ὃν »(nempe ὄγκον: ita vocavit hoc vitium praecedente verſu:)

»Ὃν οὐκ ἀκόμψως, ὡς δοκεῖ μοι, καὶ Πλάτων
»προσεμπεπάρθαι συγγράφει τῇ καρδίᾳ,
»ὧς ἔσχατον χιτῶνα τῆς ἁμαρτίας.«

Adludere Athenaeum ait *Caſaubonus* ad Platonis dictum: ipſum autem Philoſophi dictum adponit, his verbis conceptum, τὴν κενοδοξίαν ὡς τελευταῖον χιτῶνα ἡ ψυχὴ πέφυκεν ἀποτίθεσθαι. Eodem modo LIPSIUS, ad Tacitum l. c. ait: »Plato ad hanc mentem aptiſſime: Τὴν κενοδο»ξίαν, ὡς τελευταῖον χιτῶνα, ἡ ψυχὴ πέφυκεν ἀποτίθε»σθαι. *Cupidinem gloriae velut ultimam tunicam, anima ſolet* »*deponere.*« Vellem vero (quod iam olim in Notis ad Epicteti Differt. I. 25, 21. profeſſus ſum) aperuiſſent nobis doctiſſimi viri, quanam in parte operum Platonis iſta verba legiſſent: quae ego quidem nec usquam apud eum legere memini, nec ſtudioſe iterum iterumque quaerens reperire potui. Unus ex omni antiquitate Graecus ſcriptor, nec vero is ſane antiquus, Euagrius eſt, ab ipſo etiam Caſaubono obiter nominatus, apud quem in Hiſtor. Eccleſ. I. 21. Platonis verba iſto modo concepta leguntur. De Palaeſtinae monachis loquens: Οὕτως, inquit, τὴν κενοδοξίαν καταπατοῦσιν, ὃν τελευταῖον χιτῶνα, κατὰ Πλάτωνα τὸν σοφὸν, ἡ ψυχὴ πέφυκεν ἀποτίθεσθαι. Eamdem ſententiam, non nominato quidem Platone, his verbis ſimul expreſſit, ſimul egregie declaravit Simplicius, Comment. in Epicteti Enchirid. pag. 170. noſtrae edit. Χρήσιμος, inquit, πρὸς τὴν τῶν ἄλλων παθῶν διόρθωσιν ἡ φιλοτιμία. διὸ καὶ ἔσχατος λέγεται χιτὼν τῶν παθῶν ἡ φιλοτιμία· ὅτι τὰ ἄλλα πάθη συνεργούσης αὐτῆς ἀποδυσαμένη ἡ ψυχὴ, ἐσχάτην ἀποδύεται ταύτην, εἰς αὐτὸ λοιπὸν τὸ ἀγαθὸν ἀπογυμνουμένη. Rurſusque idem ibid. p. 440. Πολλῶν μὲν καὶ σφοδρῶν παθῶν κρατοῦμεν διὰ φιλοδοξίαν. — διὸ καὶ ἔσχατος λέγεται τῶν παθῶν χιτὼν, ἡ φιλοδοξία· διότι, τῶν ἄλλων πολλάκις δι' αὐτὴν ἀποδυομένων, αὕτη προσίσχεται μᾶλλον τῇ ψυχῇ. Idem Platonis dictum in animo habens, ut videtur, Epictetus Differrat. lib. I. cap. 25, 21. diverſae ſententiae adcommodavit. De poteſtate loquens quae eſt penes tyrannum nocendi viro bono, quem

ille nempe re familiari exuere, patriâ pellere, ſupplicio d adficere poteſt: Τὸ τελευταῖον, inquit, χιτωνάριον τοῦτ' ἔστι τὸ σωμάτιον· τούτου ἀνωτέρω οὐδενὶ οὐδὲν εἰς ἐμὲ ἔξεστι. *Ultima tunica* (quam mihi exuere tyrannus poteſt) *hoc corpusculum eſt: ultra hoc nemo ullam in me poteſtatem habet.* Athenaeus noſter, ſi illud Platonis dictum in aliquo illius Dialogorum legeretur, quorum iam bene multos nominatim citavit, haud dubie titulum Dialogi fuerat adpoſiturus: nunc quaſi apophthegma, quod in ipſius philoſophi ſcriptis non eſſet conſignatum, ex *Dioscoridis* teſtimonio refert, qui in *Memorabilibus* ſuis dicti illius fecerat mentionem. Ex eodem Dioscoridis libro Solonis apophthegma quoddam retulit Diogenes Laërt. I. 63. Fuit autem *Dioscorides* ille Chryſippi Stoici familiaris, pater Zenonis, qui Chryſippo in Porticu ſucceſſit: de quo videndus Ionſius, lib. II. De Script. Hiſt. Phil. cap. 6. num. 4. Iam vero ipſa Dioscoridis verba ſi ſpectes ab Athenaeo (ex *Hegeſandri*, ut videtur, *Commentariis* paulo ante nominatis) adlata, cum eisque praeſertim ſi conferas quae apud Laërtium, III. 41-43. leguntur, facile intelliges, alienam ab auctoris mente eſſe ſententiam eâ, quam *Caſaubonus* & in Animadverſione expoſuit, & in ipſo Graeco contextu, verba iſta ὅστις ἔφησεν - - ἀποδυόμεθα *parentheſi* includens, indicatam voluerat. Nomina in *plurali* numero poſita, ἐν διαθήκαις, ἐν ἐκκομιδαῖς, (ſic recte ed. Caſ. cum utroque msto; non ἐν κομιδαῖς) ἐν τάφοις, ſatis oſtendebant, non eſſe haec *Dioscoridis* verba, ſuo nomine φιλοδοξίαν Platonis reprehendentis, ſed eſſe partem ipſius apophthegmatis Platonis. Neque ſane in teſtamento huius philoſophi, quod exhibet Laërtius loco citato, quidquam continetur, quod φιλοδοξίαν illius in eo genere arguat, quod ei ex Caſauboni ratione exprobratur. Quare haud dubie delendae fuerunt illae parentheſeos notae, quas ſuo arbitrio tacite adpoſuerat Caſaubonus. Epitomator quidem tantum abfuit ut ea ratione, quae Caſaubono placuit, verba iſta acciperet, ut plane nullâ interpoſitâ orationis diſtinctione poſtrema verba cum proxime praecedentibus coniunxerit, ita ſcribens: Ἦν δὲ πρὸς τῇ κακοηθείᾳ καὶ φιλόδοξος· ὃς ἔφησεν· ἔσχατον τὸν τῆς δόξης χιτῶνα ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῷ ἀποδυόμεθα ἐν διαθήκαις ἐν ἐκκομιδαῖς ἐν τάφοις.

ἐξ ὧν ἐν τῷ Τιμαίῳ λέγει. Exſtat locus haud longe ab ini-

tio illius dialogi, (pag. 284. Opp. T. IX. ed. Bip.) non quidem eisdem plane verbis conceptus.

AD CAP. CXVII.

e ἢ τοῦ Πατρόκλου ψυχὴ ἀΐδοσθε κατῆλθεν &c. Vide Iliad. π'. 856 sq. Nota vero lectionis varietatem, κατῆλθεν, pro βέβηκεν, quod apud Homerum habent vulgo libri omnes: tum ἀνδρότητα, pro quo apud Homerum plerique libri ἀνδρότητα legunt, qui tamen omnes simillimo in loco, Iliad. χ'. 363. in ἀνδρότητα consentiunt.

f ὧν γὰρ μήτ' ἀνάμνησίς ἐστιν οὔ ποτε ἡμῖν. » Lege ὅπου »γὰρ μήτ' ἀναμν. « CASAUBONUS. — μήτ' ἀναμν. elisa ε vocali habent mssti: sed uterque tenet vulgatum ὧν γὰρ. *Mox*, pro eo quod consentiente ms. *A.* editum erat, μήτ' αἴσθησις ἦ, εἰ καὶ &c. recte idem CASAUB. monuit delendum verbum ἦ. Et ignorat illud ms. *Ep.* caeteroquin cum ms. *A.* consentiens. Verissime autem hoc in Platonis rationem explicandae immortalitatis dictum, *nihil nostra referre durationem post mortem, si superioris vitae non futuri sumus conscii.*

a καὶ τὸν Ζάλευκον τοὺς Θουρίους. Qui curatius distinguunt, *Locrorum* Legislatorem *Zaleucum* tradunt; (cf. X. 429. a.) *Thuriorum* vero *Charondam*. Unde orta super hoc loco disceptatio BENTLEII in *Differt. upon the Epistles of Phalaris*, pag. 365 sq. De qua quaestione consulendus HEYNIUS, Opuscul. Academ. Vol. II. pag. 162.

Νόμος γάρ ἐστιν, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης &c. »*Legis definitio Aristotelica* exstat in Praefatione Rhetorices ad Alexandrum: nec multo aliter in ipso opere. « CASAUB.

b μὴ πείθοι δ' ἡμᾶς. Nihil utique erat quod in edita olim scripturâ, μὴ πείθει desiderares; cum praesertim verbum in indicativo praecedat, εἰ ἐστίν. Sed quandoquidem πείθοι uterque codex mstus dedit, recipiendum hoc putavi. *Mox*, οὐ τοῖς οὖσιν, non μὴ, dedere iidem codices.

ἐχρῆν οὖν, ἃ πείσει λέγων, ταῦτα καὶ γράφειν. Speciosa est Epitomae scriptura, ἐχρῆν οὖν, οὗ εἰσὶ, λέγειν ταῦτα καὶ γράφειν. Id est: *Oportebat igitur ibi haec dicere scribereque, ubi sunt tales homines quales ille finxit;* vel, *ubi sunt qui talibus legibus uti velint.* Sed videtur Epitomator de suâ coniecturâ vitiosam scripturam veteris codicis, qui

eodem in errore cum noſtro ms. *A.* verſabatur, in iſtum b
modum correxiſſe. Sub ſcriptura autem vetuſtarum membranarum ἐχρῆν οὖ ἀπεισι, videtur illud ipſum latere, quod ſive ex primi Editoris ingenio, ſive ex docti neſcio cuius viri qui ei praeiverat, editum eſt, ἃ πείσει. Sed pro λέγων, quod cum editis etiam veteres noſtrae membranae (ni fallor) agnoſcunt, utique λέγειν cum *Epit.* malim. Eſt porro ad hunc locum CASAUBONI Animadverſio huiusmodi: » Vetus fuit Graecorum proverbium: » fracta nave non eſſe precibus locum, ſed prehendi de» bere quicquid primum fors obiecerit. Multi enim e nau» fragio arreptâ tabulâ evaſerunt: ut Ulyſſes, κέληθ' ὡς » ἵππον ἐλαύνων. Horſum reſpexit Athenaeus, ſcribens de » *Platone*: Ἔχρην [Ἐχρῆν tenent mssti noſtri cum edd.] » οὖν ἃ πείσει λέγων, ταῦτα καὶ γράφειν, καὶ μὴ ταὐτὰ » ποιεῖν τοῖς εὐχομένοις, ἀλλὰ τοῖς τῶν ἐνδεχομένων ἀντε» χομένοις. «

AD CAP. CXVIII.

Θεόπομπος ὁ Χῖος ἐν τῷ Κατὰ τῆς Πλάτωνος Διατριβῆς. c
DALECAMPIUS: *THEOPOMPUS Chius, libro De Inſtitutis & excercitationibus Platonis.* Rectius IONSIUS, De Script. Hiſt. Phil. I. 9, 4. *libro contra Platonis Scholam.* Vide III. 102. b. ibique not. tum IV. 186. e. V. 188. d. & 211. d. Caeterum de illo *Theopompi* libro confer quae ad Epicteti Diſſert. II. 17, 5. noravimus. *Ibid.* Ad editam olim ſcripturam ἐνίους d δὲ καὶ τῶν Ἀντισθ. monuerat CASAUBONUS: »Scribo, » κἀκ τῶν Ἀντισθ. « — Id ipſum vero nobis uterque mstus codex dedit.

Κἀκ τῶν Βρύσωνος τοῦ Ἡρακλεώτου. *BRYSON* ille *Heracleota* quis fuerit, quidve ſcripſerit, *e cuius disputationibus multa mutuatum eſſe Platonem* Theopompus apud Athenaeum ait, haud ſatis liquet. *Bryſſonem* Iamblichus De Vit. Pyth. ſect. 104. in Pythagoreorum numero poſuit: & cum aliis Pythagoreorum fragmentis apud Stobaeum Serm. LXXXIII. legitur ecloga ex *Bryſonis* Oeconomico. Quem fuiſſe eumdem quem Theopompus dixiſſet cum FABRICIO Biblioth. Graec. T. I. p. 498. coniectaveram: & probabile viſum erat, *Heracleam Italiae* intelligendam eſſe huius patriam. Rurſus vero, ſi idem hic eſt cum illo, quem *Ephippus* comicus nominavit in eis verſibus, quos in fine huius libri adpoſuit Athenaeus; intelligi debebit, ſcholam Athenis ha-

d buisse hunc *Brysonem*, ibique vel philosophiam vel oratoriam omninoque eam artem docuisse, quam qui profitebantur *Sophistae* adpellabantur. Et Βρύσωνα τὸν σοφιστὴν passim ab Aristotele nominatum videmus, cuius patrem fuisse *Herodorum Heracleotam* ait, Hist. Anim. VI. 5. & IX. 11. (Nam priori etiam horum locorum *Herodorum*, non *Herodotum*, esse legendum, cum ex posteriore loco cum Antigoni Carystii Hist. Mirab. cap. 48. collato, tum ex lib. III. De Generat. Anim. cap. 6. & Plutarchi Romulo pag. 23. a. edit. Francof. intelligitur; quo & veterum nonnullarum editionum & veteris Interpretis testimonium eodem ipso loco accedit. Confer Sylburgii notas ad Hist. Anim. VI. 5. & Camus in Var. Lect. ad IX. 11. Quod autem eumdem Herodorum vel Herodotum etiam μυθολόγον ab Aristotele De Gener. lib. III. cap. 5. dictum statuit Ionsius lib. II. De Script. Hist. Philos. cap. 1. num. 5. in eo erravit vir ille caeteroquin doctissimus sagacissimusque: nam Herodotum Halicarnasseum ibi dicebat Philosophus, ad illius Histor. lib. II. cap. 93. respiciens.) Iam Plutarchum l. c. si audimus, non ab *Italicâ Heracleâ*, sed a *Ponticâ*, *Heracleotes* adpellatus fuerit *Bryson:* nam huius patrem *Herodorum*, eumdem quem *Heracleotam* Aristoteles dixerat, *Ponticum* Plutarchus l. c. adpellat. Rursus nude *Brysonem* passim nominat idem Aristoteles; veluti Rhetor. III. 2, 38. & Analyt. Poster. lib. I. cap. 9. (aliis cap. 7.) p. 139. a. ed. Duval. ubi de *quadratura circuli:* quem locum respexit Casaubonus paulo post in Animadv. ad p. 509. c. Quem ad locum conferenda quae ex Alexandro Aphrodiseo Iul. Pacius adnotavit, in edit. quae Morgiis anno 1584. prodiit, p. 411. *Brysonem* porro, nescio an eumdem, Diogenes Laërtius Prooem. sect. 16. in eorum numero Philosophorum retulit, qui adsensum sustulerunt, & qui, ut tradiderunt nonnulli, nihil scriptum reliquerunt. Et Sextus Empiricus, VII. 23. *Brysonem* cum Alexino & Eubulide aliisque nonnullis in eorum numero commemorat, qui toti se ad logicam philosophiae partem retulerunt. *Brysonem* vero *Achaeum* (τὸν Ἀχαιὸν) nominant Diogenes Laërt. VI. 85. & Suidas in Κράτης & in Ἱππαρχία: quem Cratetis Cynici & Hipparchiae praeceptorem fuisse aiunt. Rursus nude *Brysonem*, nescio quem, nominat Suidas, de Theodoro illo loquens, qui Atheus est cognominatus, ubi scribit: ἤκουσε Ζήνωνος τοῦ Κιττιέως, διήκουσε δὲ καὶ Βρύσωνος.

Denique apud eumdem Suidam in Πύῤῥων legitur, Ἤκουσε Βρύσωνος, τοῦ Κλεινομάχου μαθητοῦ: pro quibus apud Laërtium, IX. 61. ſic vulgo ſcribitur, Ἤκουσε Δρύσωνος τοῦ Στίλπωνος. d

Ἀλλὰ τὰ κατὰ τὸν ἄνθρωπον ἅπερ ἐπαγγέλλεται, καὶ ἡμεῖς ζητοῦμεν ἐκ τῶν ἐκείνου λόγων, ὅπερ οὐχ εὑρίσκομεν· ἀλλὰ συμπόσια μὲν &c. »Haec ſi mendoſa non »ſunt, ita interpretor: Caetera, inquit, non melius diſcas »ex Platonis libris, quam ex aliorum ſcriptis: ſed ea ſo»lum quae ad *Socratem* pertinent: quamquam ne illa qui»dem recte ſunt ab eo tradita. Non abeſt mendi ſuſpi»cio.« CASAUBONUS. — Difficilis utique nec admodum perſpicuus locus: quem (eam ipſam fortaſſe ob cauſſam, ut fere ſolet) omiſit Epitomae auctor: ab editis vero nil diſſentit vetus cod. *A*. Nec tamen, quae nobis minus perſpicue dicta videntur, idcirco ſtatim ſuſpecta haberi debent. Teneamus illud, κατὰ τὸν ἄνθρωπον: ſed non cum Caſaubono ad *Socratem* referamus: quae interpretatio prorſus ab hoc loco aliena eſt. τὰ κατὰ τὸν ἄνθρωπον ἃ ἐπαγγέλλεται ſignificare potuerit *ea quae Plato ad hominem ſpectantia & ut homine digna profeſſus eſt*: nempe quae *de hominis praeſtanti naturâ & excellentiâ praedicavit*; unde exſpectaſſes, ex omnibus huius philoſophi ſcriptis eos animi ſenſus eosque mores elucere debere, qui conſentanei eſſent illis tam magnifice de hominis naturâ & dignitate dictis. Qui autem haec apud Athenaeum loquitur, aitque καὶ ἡμεῖς ζητοῦμεν, is non iam *Theopompus* eſt, cuius erant proxima verba: nec ipſe Athenaeus haec ſuo nomine dicere putandus: ſed, ut nobis quidem videtur, pergit haec loqui HEGESANDER ille *Delphus* vel *Delphenſis*, e cuius *Commentariis* tota haec adverſus Platonem disputatio ducta videtur, ut iam ſupra ad pag. 506. c. obiter obſervavimus. Idem *Hegeſander*, niſi nos fallit opinio, & p. 507. d. Dioscoridis verba, & modo nunc Timaei, citaverat: eiusdemque eſt reliqua omnis oratio usque ad finem huius libri; ita quidem ut etiam illam *Ephippi* comici eclogam, quae hunc librum claudit, ab eodem Hegeſandro acceptiſſe Athenaeus videatur: niſi forte ſtatuas, *Hegeſandri* verba finiri in iſtis, καὶ τῶν παρανόμων Νόμων, & reliqua deinde ab Athenaeo ſuo nomine fuiſſe adiecta. Sed ut ad hunc locum redeamus, in quo haerebamus, pro ὅπερ οὐχ εὑρίσκομεν, utique οὗπερ ſcriptum oportuiſſe videtur.

AD CAP. CXIX.

Εὔφραιος μὲν γὰρ &c. »*Euphraeus*, non *Euphratus*, »ſcribi debere iam dictum.« CASAUBONUS. — Vide ad
e pag. 506. e. *Ibid.* Ad editum ἐπίσταται nihil e ms. *A.* adnotatum: recte vero ἐπίσταιτο dedit ms. *Ep.*

καὶ Κάλλιππος δὲ ὁ Ἀθην. &c. De hoc *Callippo* vide Suidam, ſed praeſertim quem is ipſe citavit Plutarchum, in Dione, pag. 981 ſq.

f Εὐάγων δὲ ὁ Λαμψακηνὸς &c. »*Euagon* hîc, aliis eſt »*Euaeon*; ut Diogeni Laërtio. [III. 46. ubi alii Εὐαίων, alii Εὐαίμων. Alius eſt Εὐαίων, Demoſtheni memoratus, in Midiam, pag. 537 ſq.] »Hic *Euagon*, ait Athenaeus, δα»νείσας τῇ πατρίδι ἀργύριον ἐπὶ ἐνεχύρῳ τῇ ἀκροπόλει, καὶ »ἀποστερήσας, τυραννεῖν ἐβουλεύετο. Non facile dictu »quid faciant in hac oratione illa, καὶ ἀποστερήσας. »Nam id verbi Lampſacenis potius conveniat, qui pecu»niam Euagonis detinebant; quam ipſi, cui pignoris loco »arx fuerat tradita. In Excerptis ſcriptum invenimus ἀφυ»στερήσας: quod etiam interpreteris non facile. Forte »ἀφυστερησάσης, aut καθυστερησάσης: id eſt, *cum* »*civitas non reſtituiſſet dictâ die pecuniam ſuam Euagoni.*« CASAUBONUS. — ἀποστερήσας cum editis tenet ms. *A.* ἀφυστερήσας ms. *Epit.* Utique vero aut ἀποστερηθεὶς malebam, aut ἀφυστερησάσης. De poſterioris verbi uſu confer Lexicon Polyb. in Ἀφυστερεῖν & in Καθυστερεῖν. Videndum tamen, ne ἀφυστερήσας ſignificare poſſit, *cum ad tempus non nanciſceretur pecuniam.* Qui paulo ante citantur auctores, *Eurypylus* & *Dicaeocles*, eorum neutrum alibi commemoratum reperire nobis contigit. Spiſſum tamen opus fuerint neceſſe eſt *Dicaeoclis Cnidii* Διατριβαί: quarum non *viceſimus primus*, ut editi libri habebant, ſed *nonageſimus primus* hîc citatur. Nam, quod in cod. *A.* ſcribitur ἐν ἑνηκοστῷ, id haud dubie aut ἐνενηκοστῷ aut ἐν ἐνενηκοστῷ valebat. *Mox*, ἔτι δὲ Δημοχ. dedit codex Mstus, (ſcil. cod. *A.* nam in *Epit.* haec deſunt) non ἔτι δὲ καὶ Δημ. De *Democharis* ſcripto *pro Sophocle contra Philonem* diximus ad V. 187. d.

a Τίμαιος δ' ὁ Κυζικηνός. In *Timaei* nomen conſentit cum editis Athenaei libris codex noſter mstus uterque. At, pro *Timaeo*, apud Laërtium III. 46. in diſcipulorum Platonis numero *Timolaus* Cyzicenus nominatur.

Τοιοῦτοι δ' εἰσὶ καὶ νῦν τῶν Ἀκαδημαϊκῶν τινες &c. Haec de sua aetate dixisse intelligendus est idem, quem paulo ante nominabamus, *Hegesander* Delphensis: quo quidem nonnihil aetate superior fuisse debet is quem mox nominat, *Chaeron Pellenensis*; qui Platonem ipsum etiam, iuvenis quidem senem, audiverat. Caeterum in proxime sequentibus verbis de scripturae veritate addubitare subiit: sententia certe haud satis perspicua nobis videbatur. Nihil tamen in verbis variant libri. Istud παρὰ φύσιν nihil habet quo referatur, nisi παρὰ φύσιν κυριεύσαντες χρημάτων: quibus cum verbis, codicem *Epit.* si sequaris, iungenda fuerint ista διὰ γοητείαν, quae in illo codice prioribus iuncta & interposito commate a sequentibus distincta sunt. Casaubonus vero post κυριεύσαντες posito commate, Dalecampii versionem secutus, ista iunxit διὰ γοητείαν νῦν εἰσι περίβλεπτοι. In ed. Ven. & Bas. itemque in vetere cod. *A.* (ut equidem puto) neutro loco distinguitur oratio.

Χαίρων ὁ Πελληνεὺς &c. Huius hominis, qui a Philippo b rege tyrannus patriae suae constitutus est, meminit Demosthenes, in Oratione de Foedere cum Alexandro, T. I. ed. Reisk. pag. 214. Et ex Demosthene atque Athenaeo corrigendam esse mendam, quae Pausaniae libros, in Achaic. s. lib. VI. pag. 596. occupavit, (ubi perperam ἐν Χαιρωνείᾳ pro τὸν Χαίρωνα δὲ scribitur,) recte monuit Palmerius, Exercit. pag. 415. *Mox*, τὰ κτήματα, pro olim edito χρήματα, commode dedit uterque noster codex mstus.

AD CAP. CXX.

πολυτελῶς ἠσκοῦντο. »πολυτελῶς ἀσκεῖσθαι eleganter, c »quod alii dicerent ἀσκεῖν πολυτέλειαν.« CASAUBONUS. — Immo vero πολυτελῶς ἠσκοῦντο ad verbum sonat, *sumtuose excolebant se, ornabant sese, sumtuoso corporis cultu utebantur.* ἀσκεῖν, *studiose elaborare, excolere, ornare.* Homerus, Iliad. κ'. 438.

ἅρμα δέ οἱ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἤσκηται:

currus ei auro argentoque scite elaboratus, exornatus est. Sic apud Lucian. Imagin. cap. 11. νεὼς λίθοις τοῖς πολυτελέσιν ἠσκημένος, καὶ χρυσῷ καὶ γράφαις δεδυθισμένος. Quare nec male Hesychius ἀσκήσας interpretatur κοσμήσας, cum Scholiaste Iliad. δ'. 110. Idem ἤσκει, ἐκόσμει.

c *Ephippi* eclogam omisit Breviator, in verbis παρανόμων Νόμων claudens hunc librum. *Quinque* priores *versus*, praeeunte msto *A.* sic editi legebantur:

Ἐπεὶ καταστὰς εὔστοχος νεανίας,
τῶν ἐξ Ἀκαδημίας τις ὑπὸ Πλάτωνα, καὶ
Βρύσων ὁ θρασυμαχειοληψικερμάτων
πληγεὶς ἀνάγκῃ ληψιγομίσθῳ τέχνῃ
συνών τις οὐκ ἄσκεπτα δυνάμενος λέγειν.

Ad quos sic commentatus est Casaubonus: »Postremo »recitatur *Ephippi* comici elegantissima ῥῆσις, quâ phi»losophi quidam Platonicae sectae comtuli & venustatis »plus aequo studiosi traducuntur. Multa hîc perperam ac»cepta a viris doctis: velut cum tertium versum emen»dant nescio quo modo. Atqui recte Βρύσων. Ex Aristo»tele & aliis veteribus notus *Bryson;* quem tetragonismi »demonstratio etsi minus recta, tamen nobilitavit. [vide supra, ad pag. 508. d. notata.] »De hoc videtur poëta lo»qui. Hunc igitur vocat θρασυμαχειοληψικερμάτωνα: hoc »est, *insolentem in disputando, & similem Thrasymacho*, de »quo tam multa Plato: [lib. I. de Republ.] *& sordidi lu»celli avidum.* Ingeniosa nimis huius dictionis compositio: »nam quicquid dixit Plato prolixissima illa disputatione, »qua Sophistae naturam investigat, [in dial. qui *Sophista* inscribitur] »id omne hac sola voce complectitur poë»ta. Addit, πληγεὶς ἀνάγκῃ ληψιγομίσθῳ τέχνῃ. Ca»ret analogiâ vox penultima. Legendum ληψιμίσθῳ τῇ »τέχνῃ.« — Cum in ed. Ven. & Bas. operarum errore, omissâ μ literâ (*vs.* 3.) θρασυαχειοληψ. scriberetur, Grotius in Excerptis pag. 677. hanc eclogam exhibens, istud pro θρασυαχρειοληψ. acceperat, indeque versum istum sic constituit:

Βρύσωνα θρασυαχρειοληψικερμάτω:

ut iuncta intelligerentur nomina ὑπὸ Πλάτωνα καὶ Βρύσωνα, & ad hos duo philosophos, quos ambo perinde sophistas esse significat poëta, referatur adiectivum in duali numero positum. Idem Grotius *vers.* 4. λεπτολογομεστοῦ τέχνης scribens, quatuor primores versus latine sic reddidit:

Deinde exsurgens iuvenis ingenio valens,
sectator ex Academia Platonis aut
Brysonis infrugiferaudacilucripetae,
subactus artis vi tenuiverbaucupe.

Istas Grotii emendationes unice veras certasque iudicavit c
LENNEP, Animadv. ad Coluthum, pag. 154. Nos *vers.* 3. id quod in praestantissimi viri ratione praecipuum erat adoptavimus, Βρύσωνα, pro vulgato Βρύσων ὁ, tum terminationem *dualem* adiectivi θρασ- -μάτω: sed in priori eiusdem adiectivi parte θρασυμαχειολιψ. nil mutandum, sed ea notione accipiendum id vocab. censuimus, quae est a Casaubono exposita. *Versu* 4. vero vulgatum λιψιγομίσθῳ leviori medicinâ in λιψολιγομίσθῳ mutandum censuimus, praeeunte CORAYO in Notis msstis: ubi »Τέχνη, »inquit, λιψολιγόμισθος est, *quae parum mercedis capit*, ἢ »λαμβάνουσα ὀλίγον μισθόν.« — Eamdem emendationem ADAMUM adhibuisse *Villebrunius* refert. Iam placeret utique genitivus casus, quo Grotius usus erat, ut legeretur, πλησὶς ἀνάγκῃ λιψολιγομίσθου τέχνης: sed contra membranarum auctoritatem mutandam duorum vocabulorum terminationem non censui; neque admodum necessaria ea novatio videbatur. Itaque interposito *post* ἀνάγκῃ *comma-te*, duo postrema vocabula ad verba δυνάμενος λέγειν retuli.

In *quinto* versu nil mutavit Grotius. Nec tamen adpa- d ret, quo pacto ferri vulgatum συνών τις in ista orationis connexione potuerit. LENNEPIUS l. c. Σίμων τις legendum suspicatus est; *Simonem* illum Athenienscm coriarium intelligens, de quo Laërtius, II. 122. Multo probabiliore ratione CORAY συνοῦσιν proponebat: »id »est, (inquit) δυνάμενος λέγειν τοῖς συνοῦσιν λόγους οὐκ »ἀσκέπτους.« — In eamdem vero sententiam leviori mutatione συνών τισιν scribendum nobis videbatur. οὐκ ἄσκεπτα Grotius reddidit *praemeditata loqui*. Nobis non tam hoc dicere voluisse poëta videbatur, quam *haud inconsiderate dicta, haud absurda, speciosa*. *Vers.* 6. pro ξύστ' ἔχων cod. *A.* suo more ξυστὰ ἔχων habet.

Versu 7. pro eo quod editum erat,

εὖ δ' ὑποκαθιεῖσα τἀμὰ πώγωνος βάθη:

monuerat CASAUBONUS: »Scribe

»εὖ δ' ὑποκαθιείς τε μακρὰ πώγωνος βάθη.«

Pro quo quum GROTIUS ex SCALIGERI emendatione sic posuisset,

εὖ δ' ὑποκαθιεὶς ἄτομα πώγωνος βάθη:

illius emendationis summam probans LENNEPIUS, claudicare istum senarium existimavit: cui vitio medelam ad-

hibiturus idem, ἄτμητα pro ἄτομα ſcribendum cenſuit. Nempe penultimam verbi ὑποκαθιεὶς *neceſſario corripi* putaverat; non cogitans *poſſe* quidem ob vocalem ante vocalem corripi, ſed *naturâ longam* eſſe: quod pluribus exemplis BRUNCKIUS docuit, ad Ariſtoph. Lyſiſtr. vs. 157. Quare recto certoque pede incedit ille ſenarius: atque ipſam illam Scaligeri emendationem veteres noſtrae membranae tuentur, in quibus clariſſima illius veſtigia ſuperſunt: ſic enim in eis ſcribitur, ὑποκαθιεῖσα το μα πώγωνος.

Octavus & nonus verſus adeo corrupte vulgo (conſentientibus membr. & editis libris) ſcribuntur, ut de certâ emendatione propemodum deſperandum videatur. Nam ex his,

εὖ δ' ἐν πεδίλῳ πολλὰ τιθεὶς ὑπὸ ξυρὸν
κνήμης ἱματίων ἰσομέτροις ἐλίγμασιν:

quid quaeſo ſani extundas? — CASAUBONUS, de voce πολλὰ nihil monens, haec adnotavit: »Videbatur *octavo verſu* »deeſſe aliquid ad ſententiae συμπλήρωσιν. Sed poſtea anim»adverti, ὑπὸ σφυρὸν legi debere, non ξυρόν. Loqui»tur de calceis: quos iſtiusmodi homines ornabant lunu»lis, ut & Romani. *Nono*,

»κνήμην ἱματίων ἰσομέτροις ἐλίγμασι·

»belle deſcribit *faſcias tibiales*: de quibus & diximus iam »multa, & dicemus plura, ſi Dei benignitas ſiverit, in »commentariis DE Re Veſtiaria.« — GROTIUS ex SCALIGERI emendatione ſic edidit:

εὖ δ' ἐν πεδίλῳ πόδα τιθεὶς ὑπόξυρον
κνήμης, ἱματίων ἰσομέτροις εἱλίγμασιν
ὀγκῷ τε χλανίδος &c.

Quae latine in hunc modum reddidit:

Bene ſubter imum tibiae figens pedem
udone vinctum, tum palliolo tumidulo
& tunicâ aequiplice loricatus approbe.

Quorum unam emendationem, πόδα pro πολλὰ merito probans LENNEPIUS, de caeteris haud immerito quaerit: »Quid erit ὑπόξυρον πόδα? quid πόδα κνήμης? an ποῦς »pars erat κνήμης? minime vero.« Denique ὑπόξυλον ipſe corrigit, monens id vocab. a Comicis adhiberi ſolere de rebus, *quae externa ſpecie pulcrae, revera tamen & interne deterioris notae* erant: provocans ad Athen. IX. 385. b. & quae ibi adnotavit Caſaubonus. Quae, quamquam haud ſatis video cur *pedem* hominis prae caeteris ὑπόξυλον dixiſ-

set poëta, tamen satis speciosa videri posset emendatio, si d modo consentirent proxime sequentia. Sed in illis quid pro κνήμης reponat non habere se ipse professus est, nisi id ex καινῆς, & hoc rursus ex καινῶν corruptum statueret: quare sequentem versum ille sic emendandum censuit:

καινῶν ἱματίων ἰσομέτροις εἱλίγμασιν.

At mihi, in eodem hoc versu, in voce κνήμης quidem error etiam inesse videbatur, sed maxime suspectum nomen ἱματίων erat: cui vocabulo si hîc locus fuit, primum, non debuit illud in plurali numero poni: nam ἱμάτιον Graecis *pallium* dicitur: nec vero plura simul pallia idem homo gestat; nec hîc sermo est de eo quod iste homo subinde aliud atque aliud pallium gestaverit; sed describitur habitus eius qualis tunc temporis, de quo agitur, fuit. Porro etiam atque etiam dubito, *pallium* dici posse *habere* ἰσόμετρα ἑλίγματα vel εἱλίγματα. Denique quum idem iuvenis (*vers.* 10.) dicatur χλανίδα indutus, quae est *laena mollior & delicatior*, (conf. IV. 166. a.) quae tunicae superinduitur; intelligi debet, qui χλανίδα gestet, eum non simul *pallium* (ἱμάτιον) gestare. Cuius difficultatis aliquid sensisse Grotius videtur, eâque causâ cum Dalecampio ἱμάτιον *tunicam*, χλανίδα vero *palliolum* reddidisse: quod quidem, quantum scio, sermonis usui prorsus repugnat. Quid multa? Mihi istis verbis, quae mirum in modum depravata a librariis sunt, plane id ipsum dixisse poëta visus erat, quod *Villebrunius*, ADAMO praeeunte, Gallico sermone sic expressit: *& se rendoit la jambe fine en bas par les circonvolutions des bandes placées à égales distances & avec art.* Nempe pro ἱματίων non quidem ἱμαντίων, ut voluerant illi, sed ἱμάντων scriptum oportuerat: & pro κνήμης oportebat vel κνήμην vel κνήμας: denique in ὑπὸ ξυρὸν haud dubie latebat participium aliquod: sed, quodnam id fuerit, minus in promtu est definire. ὑποξυρῶν, quod statuerant Gallici interpretes, non video quo pacto eam, quam volumus, efficiat sententiam: nam illud quidem *subradens* vel *subtus radens* significat. De verbo ὑποξύνων cogitaveram: sed hoc quidem, ut praecipiunt artis metricae doctores, penultimam producit, quae corripi hoc loco debet. Quare suspicatus sum, minus usitatâ verbi formâ ὑποξύων eâdem notione (scilicet, *inferne acuens, in acutum desinere faciens*) usum hîc esse poëtam. Quae si doctis viris minus sese adprobaverit

d ratio, lubens ab his meliora, ſi obtulerint, accipiam. Non multum vero a noſtra ſententia abfuiſſe Caſaubonum intelliget, qui eius ad hunc locum Animadverſionem ſupra relatam relegerit.

Verſ. 11. Σχῆμ' ἀξιόχρεων ἐπικαθεὶς βακτηρίᾳ.

»Nihil fere eorum praetermittit Ephippus, quae propria »iis erant, quos φιλοκαλία & cultus faciebant notabiles »cum ſimulatâ quadam gravitate. σχῆμ' ἀξιόχρεων eſt »*vultus triſtis* [*gravis* certe] eorum hominum, quos cum »videas putes quantivis eſſe pretii. Atque, hos *ſcipionem* »ſolitos in manu habere, indicat: prorſus ex more Athe»nienſium, ut pridem ad Theophraſtum [pag. 170 ſq.] »demonſtravimus. Antiphanes delicatum philoſophum ita »deſcribebat in Antaeo: [apud Athen. XII. 545. a.]

»Λευκὴ χλανὶς, φαιὸς χιτωνίσκος καλὸς,
»πιλίδιον ἁπαλὸν, εὔρυθμος βακτηρία,
»βαιὰ τράπεζα. τί μακρὰ δεῖ λέγειν; ὅλως
»αὐτὴν ὁρᾶν γὰρ τὴν Ἀκαδημίαν δοκῶ.

»Ἐπικαθεῖναι σχῆμα ἀξιόχρεων βακτηρίᾳ eſt, *vultus triſti»tiam praeferentem, baculo incumbere.* Nihil dici poterat ele»gantius.« CASAUBONUS.

Verſ. 12. ἀλλότριον, οὐκ οἰκεῖον. Videtur hoc utique ad σχῆμα referendum; quam in ſententiam etiam DALECAMPIUS acceperat: *geſtu gravi ac venerando, ementito quidem, non, ut opinor, ſuo.* GROTIUS vero ad verbum ἔλεξεν retulit:

Verba haec, non credo ſua, ſed adoptatitia
coepit profari. —

e Μέχρι τούτων καὶ ἡμῖν. Omnino aut *delenda* hîc incommoda καὶ particula, aut in δὲ mutanda fuit, quod nobis veriſſimum viſum erat. *Ibid.* Ad mendoſum πεπαιρώσθω, quod cum editis tenet vetus codex mſtus, recte CASAUBONUS monuit: »Scribe πεπεραιώσθω καὶ ἥδε ἡ »συναγωγή.«

ANIMADVERSIONES IN ATHENAEUM.

IN LIBRUM DUODECIMUM.

AD CAP. I.

De *Argumento* huius libri haec praecepit CASAUBONUS: p. 510 a
» Convivalium sermonum contenta Libro duodecimo pars,
» ad tria capita potest referri. Primum, de *Voluptate* disse-
» ritur: quam auctor hic & oppugnat initio libri leviter,
» & statim propugnat idem, molli item brachio. Deinde,
» ex antiquâ historiâ, *catalogus Gentium voluptuosarum* in-
» stituitur: postremo, *virorum*: si viri sunt dicendi, qui-
» bus amor voluptatum & luxus mollitiesque, non vera
» virtus, nomen peperit. Orditur autem Athenaeus ab ex-
» cusatione. Ait, Timocratem suum compellans, non fuisse
» se hos de voluptate & voluptati deditis Deipnosophista-
» rum sermones in literas relaturum, si sui arbitrii res fuis-
» set: nunc *vinci se assiduis ipsius Timocratis precibus.*«

Ἄνθρωπος εἶναί μοι Κυρηναῖος δοκεῖς &c. De *Cyrenensium* luxu conf. III. 100. f. & ibi notata. Regionis ubertatem, quae facile luxuriam parit, laudat Strabo, lib. II. p. 131. a. ed. Cas. & XVII. 837. b. In *ALEXIDIS verf.* 3. τε particulam, ad metrum necessariam, commode adiecerunt editores. In ms. *A.* plane abest coniunctio: in *Epit.* neglecto metro scribitur καὶ συνωρ. πεντεκ. De veterum editionum mendosa scriptura *verf.* 2. monuerat CANTERUS, Nov. Lect. IV. 6. in Gruteri Thes. Crit. T. III. p. 596.

ἀλλ' ἐπεὶ πάνυ λιπαρῶς ἡμᾶς ἀπαιτεῖς. »Notemus ve- b
» nustam ellipsin in his verbis. Familiaris est scriptoribus
» Atticis huiusmodi ellipsis ante voculas εἰ δὲ μὴ, ut lib.

b »V. cap. 2. [ad V. 187. c.] dicebamus. Hîc eadem eſt fi-»gura poſt ἀλλ' ἐπεί. Nam ita fuit dicendum: ἀλλ' ἐπεὶ »ἀπαιτεῖς λόγον &c. ἀποδώσομεν καὶ τοῦτον. Sed auctor, »animum intendens ad voluptatis naturam de qua dicere »parabat, ab inchoatâ necdum finitâ periodo ad aliam fer-»tur.« CASAUBONUS. — Si revera ſtatuenda ellipſis eſt, ſupplendum equidem e ſuperiori oratione cenſeam verbum προστίθημι. Sed fortaſſe ἀλλ' ἐπεὶ (ut in latina verſione indicavimus) idem fere valet ac latinum *niſi quod:* ut ἀλλ' ἐπεὶ ἀπαιτεῖς perinde dicatur ac ſi dixiſſet εἰ μὴ ἀπήτεις. *Etiam mihi optimum foret tacere, niſi tu ita obnixe flagitares.*

AD CAP. II.

Ἡ γὰρ ἀπόλαυσις δήπου μετ' ἐπιθυμίας πρῶτον, ἔπειτα μεθ' ἡδονῆς. »Ex Ariſtotelis Nicomacheis accuratius diſce-»re licet quid ſit ἐπιθυμία, quid ἡδονὴ, quid ἀπόλαυσις: »item quae voluptates ἐπιθυμίᾳ ſint coniunctae, quae con-»tra ἄνευ λύπης καὶ ἐπιθυμίας contingant nobis. *Perceptio-»nem rei cupitae*, ſive illa vere ſit bona, ſive opinione ſo-»lum, Graeci ἀπόλαυσιν dixerunt. *Hanc* ait Athenaeus »*fieri primo cum adpetitu* ſeu *concupiſcentiâ*, ut vulgus lo-»quitur; *deinde cum voluptate:* ſignificans obſcure, ut vi-»detur, duabus de cauſſis expeti voluptates a voluptuo-»ſis hominibus: primum quidem, ut deſiderio ſatisfiat, »quod in omnibus mortalibus naturâ excitatur: eſt enim »quidam appetitus naturalis edendi, bibendi, Veneris &c »caeterarum voluptatum quae ad reliquos ſenſus perti-»nent. Huic cauſſae alia accedit poſtea, non iam natura-»lis, aut non ita certe ut illa prior: amor ipſe voluptatum »propter ipſas, non propter illum finem, cuius gratia il-»lae φυσικαὶ ὁρμαὶ nobis ſunt inditae. Haec eſt illa fruitio »voluptatum, quam peculiari nomine ἡδονὴν vocat, vel »ἀπόλαυσιν μεθ' ἡδονῆς. Subtilius iſta & accuratius tractari »poterant: ſed memor philologus noſter ſuae profeſſionis, »non tam quid ſit voluptas inquirit, quam quid de ea pri-»ſcis ſcriptoribus dictum ſit commemorat. Eius veſtigia »ſequemur nos, & recenſendo huic voluptuario libro tem-»poris aliquid, pro inſtituto noſtro, impendemus.« CA-SAUBONUS.

Σοφοκλῆς γε ὁ ποιητὴς - - - ἀπηλλάχθαι αὐτῶν ὥσπερ τινὸς δεσπότου. Adiectum malles tale aliquid, quale apud

Platonem de Rep. I. haud longe ab initio & apud Plutarch. T. II. pag. 1094. extr. nempe ὥσπερ τινὸς λυττῶντος καὶ ἀγρίου δεσπότου. Conf. Cic. de Senect. c. 14.

καί μοι δοκεῖ καὶ ὁ καλὸς ἡμῶν Ξενοφῶν – – – πεπλα- c
κέναι. Atqui satis notum est, *Prodico* auctori fabulam illam ab ipso XENOPHONTE tribui, Memorab. I. 2. Operarum errore in ed. Cas. 3. bis positum est nomen Ξενοφῶν.

κατὰ γὰρ τὸν Ἐμπεδοκλέα &c. »EMPEDOCLIS locum [uno versu a fine auctum] » habes etiam apud Porphyrium »Περὶ Ἀποχῆς ἐμψύχων, lib. II. [cap. 21.] Inde scribas »melius, [*vers.* 7.] ξουθῶν τε σπονδὰς μελιτῶν. Poë- d
»ticum est ξουθὸς, pro ξανθός: & μέλιτα, pro μέλιττα. « CASAUBONUS. — Similiter ξουθῆς μελίττης νάματα dixit Antiphanes apud Nostrum, X. 449. c. & Sophocles, ξουθῆς μελίσσης κηρόπλαστον ὄργανον, i. q. ἔργον: in fragm. 4. ex Polyido. Sed hoc loco editam scripturam tenent veteres membr. *A.* (Epitoma nonnisi tres priores versus habet.) Quod *vers.* 5. poëta ait, γραπτοῖς δὲ ζώοισι, id DALECAMPIUS vertens *animalium picturis*, notavit in orâ: »Columbis ad currum iunctis.« Sed ζώοισι rectius, puto, interpretaberis *formis, figuris*: de qua notione illius vocabuli, praeeunte VISCONTIO, monuimus ad V. 196. e.

Μένανδρος – – περί τινος μουσικευομένου λέγων. Verbum λέγων, cum deesset editis, e ms. *A.* adscivimus. In *MENANDRI vers.* 2. pro ἀεὶ, reclamante metro αἰεὶ habet a
ms. *A.* Pro qua voce GROTIUS in Excerpt. pag. 729. suo arbitrio ἅμα posuit.

AD CAP. III.

ὡς εἴπερ οὐχὶ καὶ δειλίας καὶ φόβου &c. ὡς εἴπερ (sic scriptum) dedit ms. *Ep.* commode; nisi sic malis, ὥσ-
εί περ. Sed & ὥσπερ fortasse, eâdem sententiâ, ferri potuerat.

ὅσα μὲν γὰρ ἀγρυπνῶν ὁ Ζεὺς ἐφρόντιζεν &c. ἐφρόντιζεν, b
non ἐφρόντισεν dedit uterque codex ms. Utique autem adiectum vocab. νυκτὸς malles; cui responderet dein istud μεθ' ἡμέραν, i. e. *interdiu, mediâ luce.* Respicitur autem historiola, quae narratur Iliad. ξ'. vs. 159 & seqq. *Mox*, ὤφλεν, pro edito ὄφελεν, recte dedere ambo codices. Quod autem dein ait Deipnosophista, φησὶ γοῦν πρὸς τοὺς θεοὺς &c. id est, *dicit autem*, (scil. Mars) *ad Deos*: id qui-

dem non modo ei repugnat, quod apud Poëtam legitur, Odyſſ. Ψ'. 328. ubi *Deorum alius ad alium iſta dicit;* verum etiam per ſe perquam eſt incommodum. Sed incommodiſ-
c ſimum iſtud poſtremum, ζωάγρι' ὀφέλλει: quod, ſtructuram orationis ſi ſpectes, ad *Vulcanum* videri poſſit referendum, de quo proxime dicebat χωλὸς ἐὼν, cum tamen vere ad *Martem* referatur. Taceo quod pro μοιχάγρια, quod eſt apud poëtam, h. e. *adulterii poenam*, hîc ζωάγρια habemus; quod cum aliàs ſignificet *ſervatae vitae praemium*, ridicule prorſus dictum videri debet, ubi de *immortali Deo* agitur: quare, ſi modo ita ſcripſit Athenaeus, *redemtionis pretium* intelligendum videtur cum Dalecampio. Ad editam olim ſcripturam, quae ſic habebat,

χωλὸς ἐὼν τέχνῃ· τῷ καὶ ζωάγρι' ὀφέλλει:

monuerat CASAUBONUS: »Melius in Homeri verſu ſcri»bas:

»χωλὸς ἐὼν τέχνῃσι· τὸ καὶ μοιχάγρι' ὀφέλλει.

»Homericum eſt, τὸ, pro eo quod alii τῷ: ut, [Iliad. »Ψ'. 547.]

— »ἀλλ' ὤφελεν ἀθανάτοισιν

»εὔχεσθαι. τό κεν οὔτι πανύστατος ἦλθε διώκων.«

Et τέχνῃσι quidem, & τὸ, ut ſcribuntur haec in Homericis libris, ſic & apud Athenaeum ſcripta dedit optimus noſter codex *A*. (In *Epit.* deſunt Homerici verſus.) Sed ζωάγρι' tenet idem vetuſtiſſimus codex: quod, quamquam minus commodum, tamen cum non adpareat quo pacto per librariorum errorem in Athenaei libros invehi potuerit, in huius ſcriptoris editione non mutari a nobis debuit.

Οὐδεὶς δὲ λέγει τὸν Ἀριστείδου βίον ἡδὺν, ἀλλὰ τὸν Σμινδυρίδου τοῦ Συβ. καὶ τὸν Σαρδαναπάλλου. »Sic eſt: »cum ſint animi, ſint corporis voluptates, uſus loquendi »obtinuit, ut illae quae tactu & caeteris corporeis ſenſi»bus percipiuntur, κατ' ἐξοχὴν ἡδοναὶ & *voluptates* no»minentur. Ergo etiam illa proprie ἡδέα, *quae huiusmodi* »*voluptatem participant.* Sic, cum bonorum tria genera ſint, »animi, corporis, & quae fortunae vocant; tacite tamen »omnium prope populorum conſenſu, *bona* ἁπλῶς cum »dicimus, non animi ornamenta intelligimus, quae prae»ſtantiſſima ſunt omnium; neque etiam corporis, quae ſunt »illis proxima: ſed τὰ ἐκτὸς, quae ſunt poſtremiſſima om»nium. Melius autem & verius vitam illorum de quibus

» Athenaeus loquitur, ἀτολμιστιὴν cum philoſopho, quam » ἥδειαν, appellaveris. « CASAUB. — Nomen Σαρδαναπάλλου hîc, ut conſtanter alibi, geminatâ λ literâ ſcriptum dedit ms. *A*. De *Smindyride* vide VI. 273. b. c. & XII. 541. b. c.

ἀλλὰ μᾶλλον, εἰ ἔτυχεν, τὸν Ἀνάριος, οὕτως ἀοράτου κατὰ δόξαν ὄντος. » Quis hic *Ananis?* Equidem non ſcio: » ac vereor ne nimis ineptum ſit velle hodie lucifugam » tenebrionem e latebris in lucem protrahere; quem *ne-* » *gat* auctor *ullum nomen dum viveret unquam eſſe adeptum:* » hoc enim eſt, ἀοράτου κατὰ δόξαν ὄντος. Fruſtra eſt vir » eruditus, [*Dalecamp.*] qui de *Anaco* veteriſſimo rege ne- » ſcio quid hîc muginatur. In Excerptis nulla varietas. In » membranis ſic: τὸν Ἀνανίωνος ἀοράτ': neque ſane vox » οὕτως locum hîc habet. « CASAUBONUS. — Et Ἀνάνιος & οὕτως abſque ulla varietate tenet cum noſter codex *Epit.* tum vereres membr. *A*. Facile tamen mihi perſuadeam, (quod PURSANO & *Villebrunio* video placuiſſe) οὕτως hîc, ut paſſim alibi vidimus, ex ὄντως eſſe corruptum. ὄντως ἀοράτου, *revera, prorſus, obſcuri.*

ἀκατάσκευος καὶ καθάπερ ἀνάρτυτος ἦν. Nullius fru- d gis erat vulgatum ἀνεύρετος, quod tenet quidem cum editis vetus codex *A*. (In *Epit.* deeſt tota ῥῆσις, ab iſtis καὶ τοῦτ' εἰκότως, usque διαγωγάς.) Quam nos adhibuimus emendationem, non minus certam illam, quam elegantem, doctiſſimi CORAYI ingenio debemus. » Lego ἀνάρ- » τυτος: (inquit:) *ſine condimentis, ſimplex;* ut patet ex » oppoſito ἐξηρτυμένος. καθάπερ valet *quaſi, ut ita dicam;* » propterea ſcilicet quod τὸ ἀνάρτυτος, vocabulum culi- » nare, proprie quidem de *cibis*, metaphorice vero de *vi-* » *ta* dicitur. « — Quod adiicit auctor, οὔτ' ἐπιμιξίας οὔσης, DALECAMPIUS reddidit *nec varius*, nempe *victus:* adiectâ Notâ: » ἀμικτος. Huius vocabuli ſignificatus referri » poteſt ad condimentorum mixtiones & praeparationes. « Similiter Gallicus interpres: *ſans les mélanges confus des mets.* At iſtis verbis οὔτ' ἐπιμιξίας οὔσης, οὔτε τῶν τεχνῶν διακριβωμένων, ſi quid video, ratio continetur, cur vita victusque priſcorum hominum fuerit ἀκατάσκευος & ἀνάρτυτος: nempe, *quoniam commercium* (hoc enim ſonat ἐπιμιξία) *nondum exiſtebat*, quo e terris peregrinis varietas cibariorum & condimentorum inveheretur, *nec dum ſubtilius excultae eſſent artes.*

AD CAP. IV.

Πλάτων δὲ ἐν τῷ Φιλήβῳ. Exſtat *PLATONIS* locus, pag. 318 ſq. edit. Bip. *Ibid.* ἀλαζονίστατον. Hanc ſuperlativi formationem, pro iſta quae ex vulgatis Platonis libris huc invecta erat, revocavi ex ed. Ven. cum qua facit uterque codex mstus: ac fortaſſe eadem Platoni fuerit reſtituenda: cuius formationis plura exempla collegit Euſtathius ad Od. β'. pag. 90. & Maittaire in Dialectis, p. 31.

Ibid. ἃ δὴ μέγιστα δοκοῦσιν εἶναι. »Scribe αἷ δὴ μέγισται.« CASAUBONUS. — Utique rectius hoc videri debet, quod eſt apud Platonem: ſed apud Athenaeum ferendum iſtud putavi, quod cum editis tenent ambo veteres mssti.

e καὶ τὸ ἐπιορκεῖν συγγνώμην εἴληφε. »Quod ait de *impunitis amantium periuriis*, apud eundem Platonem in Convivio ſic Pauſanias: ὃ δὲ δεινότατον, ὥς γε λέγουσιν οἱ »πολλοὶ, ὅτι καὶ ὀμνύντι μόνῳ συγγνώμη παρὰ θεῶν ἐκβάν»τι τῶν ὅρκων. Ἀφροδίσιον γὰρ ὅρκον οὐ φασιν εἶναι. Mitto »quae paſſim poëtae utriusque linguae.« CASAUBONUS. — Adnotaverat DALECAMPIUS Ovidianum illud, *Iuppiter ex alto periuria ridet amantum* &c. & Eraſmum conſuli iuſſerat in Adagio, *Venereum iusiurandum.*

ὥσπερ, καθάπερ παίδων, τῶν ἡδονῶν οὐδὲ τὸν λογισμὸν κεκτημένων. Sic uterque mstus cum editis. Facile autem credam, eſſe haec a librariis ex eis corrupta quae in Platonicis libris in hunc modum leguntur, ὡς, καθ. παιδ. τῶν ἡδονῶν νοῦν οὐδὲ τὸν ὀλίγιστον κεκτημ. Poſt ἡδονῶν quam facile intercidere vox νοῦν potuerit adparet: quo ſemel commiſſo, conſentaneum erat ut deinde ὀλίγιστον in λογισμὸν mutaretur.

Alterum *PLATONIS* locum, *de Republica libro VIII.* habes p. 196. Tom. II. edit. Maſſey. Iſtum locum praetermiſit Epitomator. *Ibid.* τὸ ὑπὸ τῶν Ἐπικουρείων θρυλλούμενον. Vide *Epicuri* Κυρίας δόξας, num. XXXI. apud Laërt. X. 149. *Ibid.* ὅτι τῶν ἐπιθυμιῶν αἱ μὲν &c. Sic recte ms. *A.* omiſſâ priore loco μὲν particulâ, quam bis poſitam habebant editi. *Ibid.* καὶ αὐταῦ σίτου καὶ ὄψου. Sic ms. *A.* ut apud Platonem: non καὶ τοῦ σίτου.

f ἥ τε ὠφέλιμος, ἥ τε παῦσαι πεινῶντας δυνατή. Recte ἥ τε - - ἥ τε apud Noſtrum ſcribebatur, non ἥ τε - - ἥ τε, ut vulgo apud Platonem. Deinde vero tem-

perare mihi non potui quin certissimam, quae videbatur, f
CORAYI adoptarem emendationem. Nam cum παῦσαι ζῶντα apud Athenaeum, ut apud Platonem, vulgatum esset; apud Platonem quidem hoc interpretantur vulgo, *quia sine ipso vita non sufficit:* at Graecam dictionem si cogites, nihil aliud illa Latine sonat, nisi, *quatenus enecat hominem:* quare, ne absurda prorsus prodeat sententia, pro ζῶντα necessario πεινῶντα legendum videri perspecte CORAYUS monuit. Cui etiam Dalecampius praeiverat, sic vertens: *Cibi vero appetentia num est necessaria duplici ratione, & quod ad sanitatem conducat, & quod animalium famem sedet?* Quoniam vero, ad vocem ζῶντα, e nostro codice *A.* pluralem terminationem τας adnotatam videram, commodius putavi, si παῦσαι πεινῶντας in plurali numero scriberemus. Quod cum iam sic a nobis positum esset, inspectâ dein Venetâ editione illud ipsum παῦσαι πεινῶντας eodem modo ibi legi observavimus; sive quod ex editoris ingenio id ibi ita correctum, aut e iunioris alicuius librarii emendatione receptum fuerit, sive quod eadem sit etiam vetustarum nostrarum membranarum scriptura, cuius priorem partem enotare neglexerit explorator noster: de quo olim, cum ipsum venerandum antiquitate librum coram inspicere licuerit, certius iudicare dabitur. Interim, undecumque ducta sit ea scriptura, illud certum est, ζῶντα istud, quod apud Athenaeum ex editione Basileensi in Casaubonianam transierat, ipsius editoris Basileensis iudicio ex Platonicis libris in Athenaeum fuisse translatum. Porro, ubi vulgo scribitur ἢ μὲν γέ που τοῦ σίτου κατ' ἀμφότερα, ibi fortasse τοῦ σίτου οὐ κατ' ἀμφ. & deinde, pro ἢ δὲ ὄψου εἴ πη τινὰ ὠφελ. fortasse ἦ που aut ἦ πη scribendum coniectaverat idem doctissimus CORAY. Quod dein apud Nostrum scribitur, δυνατὴ δὲ κολαζομένη ἐκ νέων ἀπαλλάττεσθαι, praeter necessitatem in ed. Bas. & Cas. post ἐκ νέων ex Platone inserta erant verba καὶ παιδ. ἐκ τῶν πολλῶν, quae ignorat ed. Ven. cum vetustis membranis.

AD CAP. V.

Ἡρακλείδης δὲ ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ Ἡδονῆς. Huius scri- a
pti mentionem omissam esse a Laërtio in librorum *HERACLIDIS* catalogo, adnotavit Menagius, ad Laërt. V. 88.

a At librariorum culpâ intercidiſſe iſtum titulum colligas ex his, quae diſerte ibidem in fine catologi leguntur: Τούτων τὰ μὲν κωμικῶς πέπλακεν, ὡς τὸ περὶ Ἡδονῆς, καὶ περὶ Σωφροσύνης &c. id eſt, *Ex his alia quidem comice finxit: ut ea* DE *Voluptate, &* DE *Temperantia.* Quibus e Laërtii verbis coniectare etiam poſſis, non ſuo nomine & ſerio iſta ita dixiſſe *Heraclidem*, quae ex eo Athenaeus noſter talia adpoſuit, ut Ariſtippum aliquem aut Epicurum audire diſſerentem tibi videaris, non Platonis & Ariſtotelis alumnum.

b ἀλουργῆ μὲν γὰρ ἠμπίσχοντο ἱμάτια &c. Eisdem paene verbis haec ipſa, & quae ſequuntur, legas apud Aelianum, Var. Hiſt. IV. 22. cuius conſuli poſſunt Interpretes.

c Σιμωνίδης μὲν οὕτωσί λέγων· Τίς γὰρ ἀδονᾶς ἄτερ &c. Tenui librorum noſtrorum ſcripturam, nihil diſſentientium. Verſiculos distinxi, ut praeiverat BRUNCK, Analect. T. I. pag. 123. num. 12. Quos FIORILLO, Obſerv. in Athen. pag. 103. ſic distinguendos cenſuit:

Τίς γὰρ ἀδονᾶς ἄτερ
θνατῶν βίος ποθεινός;
ἢ ποία τυραννίς; τᾶς δ' ἄτερ
οὐδὲ θεῶν ζαλωτὸς αἰών.

d Πίνδαρος παραινῶν Ἱέρωνι &c. Habet SCHNEIDER in Pindari Fragm. n. 3. p. 10. *Ibid.* καὶ Ὅμηρος δὲ &c. Reſpicit Od. ι'. 5 ſeqq. Vide mox pag. 513. b. *Dein*, θεοὺς ῥεῖα ζώοντας habes Iliad. ζ'. 138. Od. δ'. 805. & ε'. 122.

AD CAP. VI.

e Διόπερ καὶ Μεγακλείδης ἐπιτιμᾷ τοῖς μεθ' Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον ποιηταῖς &c. Libelli titulum in quo iſta, & quae p. ſeq. ſubiiciuntur, ſcripſerat *MEGACLIDES*, ex Suida diſcimus, voce Ἀθηναίας: ſcilicet περὶ Ὁμήρου. Fuiſſe autem *Megaclidem* Peripatericum philoſophum, ex Tatiani Orat. ad Graecos & Euſebii Praepar. Evang. lib. X. cap. XI. docuit IONSIUS, DE Script. Hiſt. Phil. lib. IV. num. 35. unde etiam de aetate qua vixit *Megaclides* conſtat: nam eos qui DE Homeri Poëſi ſcripſerunt ordine chronologico ſe nominaturum profeſſus Tatianus, hunc proxime ante Chamaeleontem poſuit, qui fuit Heraclidae Pontici aequalis. Eumdem memorari a Scholiaſte Veneto ad Iliad. χ'. 36. & 205. nuper adnotavit Vir doctus *Car. Frid.* HEINRICH,

in Praef. ad Heſiodi Scutum Herculis, pag. 63. Nec fere dubitari debet, *Megaclem* illum *Athenienſem*, qui in antiquo ad Heſiodi Scutum Herculis ſcholio nominatur, non alium eſſe niſi hunc ipſum *Megaclidem*. Caeterum ad hoc caput ſpectat quod notavit CASAUBONUS: »Quae de *Her-*»*cule* mox dicuntur, libro nono & decimo fuſe proba-»ta ſunt.«

εἴποι γὰρ ἄν τις πρὸς τοὺς οὐ ταῦτα παραδέχ. Sic recte ms. *A.* cum editis.

Τοῦτον οὖν, φησὶν, οἱ νέοι ποιηταὶ κατασκευάζουσιν — — f ξύλον ἔχοντα καὶ λεοντῆν καὶ τόξα. Eſſe iſtum cultum Herculis, *recentiorum poëtarum inventum*, Strabo etiam monuit lib. XV. pag. 688. ed. Caſaub. ξύλον intelligitur hîc, quod vulgo ῥόπαλον dicunt. Confer VALCKENARII Diatr. Euripid. pag. 204.

Ξάνθος — — πρεσβύτερος ὢν Στησιχόρου. Ex hoc loco cor- a rigendum Aelianum, Var. Hiſt. IV. 26. monuerunt viri docti, cum ibi perperam πρεσβευτὴς pro πρεσβύτερος vulgo legatur. *Ibid.* οὐ ταύτην αὐτῷ περιτίθησι τὴν στολὴν, ἀλλὰ τὴν Ὁμηρικήν. »Στολὴν Ὁμηρικὴν intellige, *quam He-*»*merus tribuit Heroibus ſuis.* Nam de ornamentis *Herculis* »nihil poëta, neque in eius Hymno, neque usquam ali-»bi.« CASAUBONUS.

πολλὰ δὲ τῶν Ξάνθου παραπεποίηκεν ὁ Στησίχορος. Non nude, *mutuatus eſt*; ut vertit Dalec. Sed, *dum mutuatus eſt, mutavit & corrupit.* *Ibid.* τὴν Ὀρεστείαν καλουμένην. Vide Schol. ad Ariſtoph. Pac. 797. & ad Eurip. Oreſt. 41. & 268. & conf. Wyttenbachii Animadv. pag. 54. ad Plutarch. de Sera Num. Vind.

Ἀντισθένης δὲ, τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι φάσκων, &c. Temere loco *Antiſthenis*, *Antiphanem* poſuit Dalecampius: quem incaute, ut ſaepius alibi, ſecutus eſt Gallicus interpres. Caeterum licet haud incommodam interpretationem admittat iſtud praeceptum: tamen utique non ſatis adparet, quo pacto cum reliqua *Antiſthenis* ſeveritate conſentiat.

AD CAP. VII.

Οὐ γὰρ ἔγωγε &c. Odyſſ. ι'. verſ. 5. ſqq. Quo de loco b iam ſupra disputatum eſt, lib. II. pag. 40. d. ubi vocab. τέλος de *ſacrificio* exponebatur: quod hîc paulo inferius

b (lit. e.) exponitur τέλος τοῦ βίου. Conſule notata ad II. 40. d. Rurſus eumdem locum tetigit Noſter, V. 192. c. τὸν Ὀδυσσέα καθομιλοῦντα τοὺς καιρούς. » Καθομιλεῖν τοὺς » καιροὺς, quod feciſſe dicitur Ulyſſes, cum apud Phaeacas fingeret ſe voluptati deditum, eſt, ut poëtae interpretes loquuntur, κολακεύειν καιρίως, *ſcire uti foro*, & » πολύπου ὀργὴν ἰσχειν, *accommodare ſeſe eorum ingenio qui buscum verſeris.* Graeci hoc dicunt καθομιλεῖν τοὺς καιροὺς, » vel τοῖς καιροῖς, ut obſervatum nobis eſt non uno loco » apud paroemiographos, explicantes cur Theramenes Cothurnus fuerit dictus. Athenaeus alibi, καθομιλεῖν Φαρ- » νάβαζον, [XII. 535. e.] *aſtu demereri Pharnabazum.* « Casaubonus. — Καθομιλεῖν τοῖς καιροῖς legitur apud Scholiaſt. Ariſtoph. ad Ran. 47. & 546. ſed & καθομιλεῖν τοὺς καιροὺς ex Didymo apud eumdem, ibid. ad Ran. 1101. Apud Paroemiographos vero, in Prov. Εὐμεταβολώτερος κοθόρνου, quo reſpexiſſe videtur Caſaubonus, dictionem iſtam fruſtra quaeras.

c προπυθόμενον τοῦ Ἀλκίνου. Sic, non Ἀλκινέου, habet ed. Ven. cum utroque msto. Neutrum quidem male. Qui ſubiiciuntur verſus, Αἰεὶ δ' ἡμῖν &c. ſunt ex Od. θ'. 248 ſq. Τοιοῦτός ἐστιν καὶ ὁ παραινῶν Ἀμφιλόχῳ &c. *Amphiaraus* loquens inducitur: poëta autem, quem non nominat Athenaeus, Pindarus eſt, ut ex Plutarcho novimus, de Solertia Animal. pag. 978. e. Vide omnino Schneideri Fragm. Pind. num. XVI. p. 61. & conf. Athen. VII. 317. a. Eclogam in verſiculos tribuere auſus non ſum, Pindarici metri ignarus. In poëtae verbis, recte πολίεσσιν dedit uterque codex ms. Pro τῷ παρέοντι δ' ἐπαινήσαις, monuit Casaubonus: » Scribe, τὸ παρεὸν δ' ἐπαι- » νήσας, vel τὰ παρεόντα. « — Potuerat ſimul monere, ira ſcribi in Epitomâ: nam in noſtro quidem cod. *Epit.* ſic ſcribitur, τὸ παρεὸν δ' ἐπαινήσας. At nihil idcirco mutandum. Breviator commentatoris vice fungi voluerat; veterem ſcripturam, ab uſu communi paulo remotiorem, (quam cum editis tuentur vetuſtae membr. *A.*) permutaturus cum faciliori, ἐπαινήσαις eſt Dorica vel Aeolica formatio participii, idem ſonans ac ἐπαινήσας vel ἐπαινέσας. Vide Pindar. Pyth. IV. 336. Tum ἐπαινεῖν τινι (ut apud Homer. Iliad. σ'. 312.) idem valet ac συναινεῖν, *adſentiri alicui, & laudare quae ille dicit.*

d Σοφοκλῆς ἐν Ἰφιγενείᾳ. &c. Quum ſic vulgo legeretur,

Νόει πρὸς ἀνδρὶ σῶμα πουλύπου, ὅπως d
πέτρᾳ τραπέσθαι γνησίου φρονήματος:

recte BRUNCKIUS, in Fragm. *SOPHOCLIS* iudicavit, intricata & male ſtructa verba corruptelam prodere. Deſperans iſtos verſus Breviator prorſus omiſit. Nos nonnihil iuvit vetus ms. *A.* πουλύπους exhibens: quam ſcripturam nunc maxime animadverto etiam in ed. Ven. recte ſervatam; nec ibi importune poſt hanc vocem distinguitur oratio. Iam, ſi pro γνησίου φρονήματος eſſet γνήσια φρονήματα, ſatis perſpicua reliqua forent. Neſcio vero an etiam hoc ipſum γνησίου φρονήματος ferri fortaſſe poſſit, intellectâ ἕνεκα vel περὶ praepoſitione.

καὶ Θέογνις. Integrum diſtichon adpoſitum eſt ſupra, VII. 317. a. Qui ſequuntur *Homerici verſus*, quatuor priores ſunt ex initio libri quarti Iliados: tum Οὐδέ κεν ἡμέας &c. e ex Od. δ'. 178 ſq. denique Ἥμεθα &c. habes in Od. ι'. 162. & 557. item in κ'. 184.

AD CAP. VIII.

Διαβόητοι δὲ ἐπὶ τρυφῇ ἐγένοντο πρῶτοι – – Πέρσαι &c. f
»Inter *voluptarios populos* notiſſimi iidemque nobiliſſimi *Per-*
»*ſae* fuerunt. Iure igitur in albo gentium ἀπολαυστικῶν
»primi *Perſae* recenſentur. De his loquens Athenaeus,
»ait, σοῦσον γὰρ εἶναι τῇ Ἑλληνικῇ φωνῇ τὸ κρίνον. *Suſon*
»*enim Graecâ linguâ* (id eſt, Graece loquentibus) τὸ κρί-
»νον *eſſe*. Poteſt ſcribi, τῇ ἐκείνων φωνῇ: *ſuſum enim ipſorum*
»(Perſarum) *linguâ eſſe* κρίνον: ſed contra librorum con-
»ſenſum nihil mutandum. Nimis rudes ſunt harum litera-
»rum, qui ſimiles ἀμφιβολολογίας inter legendum veteres
»non obſervarunt. Interpretes cui perſuadebunt, σοῦσον *li-*
»*lium* dici Graecis? Hebraei *lilium*, *ſchuſchan*, quaſi *folio-*
»*rum ſenorum florem*, dixerunt.« CASAUB. — Non aliud, puto, quam quod ipſe Caſaubonus ſenſit, voluerat *Dalecampius*, cum in verſione ſic ſcriberet, *σοῦσον enim Graeco ſermone lilium appellari*: quamquam aliquanto commodius id quod voluerat exprimere potuiſſet. Si quid mutandum eſſet, placeret CORAYI coniectura, τῇ Μήδων, pro τῇ Ἑλλήνων: aut τὸ τῇ Ἑλλήνων φωνῇ κρῖνον. Sed non ſolicitandum videtur vulgatum, quod ambo mssti tuentur. Pro κρίνον vero, quod habebant editi cum Epitoma, rectius κρῖνον ſcribitur in ms. *A.* Caeterum videtur & ipſum

f nomen σοῦσον in Graecorum etiam linguam quodammodo fuisse adoptatum. σούσινον certe *unguentum* Theophrastus apud Athen. XV. 689. d. dixit, *ex liliis paratum.* De *mutatâ per vices regiâ sede Persarum* conf. Xenoph. Cyrop. lib. VIII. cap. 6. sub fin.

χειμάζουσι δὲ ἐν Βαβυλῶνι &c. »Mutilus est locus de »*Parthorum regiis.* Οἱ Πάρθων βασιλεῖς, ait, ἐαρίζουσι μὲν »ἐν Ῥαγαῖς, χειμάζουσι δὲ ἐν Βαβυλῶνι . . . . τὸ λοιπὸν »τοῦ ἐνιαυτοῦ. De opinione explendum censeo, διάγουσι δ' ἐν Ἑκατομπύλῳ τὸ λοιπὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ. Ha»beo enim auctorem Strabonem, qui libro XI. [p. 514. d.] »*Hecatompylon regiam Parthorum* fuisse indicat. Diodorus »Siculus lib. XVII. [c. 75.] urbem appellat εὐδαίμονα, »in quâ magna sit copia omnium eorum quae ad beate vi»vendum solent expeti. Tres-ne *Parthorum* regias, an »quatuor, (tot enim *Persarum* sunt relatae) Athenaeus »recensuisset hoc loco, deficientibus libris, θεὸς ἂν εἰδείη. « CASAUBONUS. — Post verba ἐν Βαβυλῶνι primus *lacunae signum* adposuit editor Basileensis. Eam lacunam, FREINSHEMIUM si audias ad Curtium, VI. 2, 15. ipsi mssti libri Athenaei sic supplent, διάγουσι δ' ἐν Ἑκατομπύλῳ. Deceperat virum doctissimum, quod ista verba in orâ edit. Cas. 2. & 3. adposita sunt praefixâ notâ γρ'. Quâ notâ quum aliâs *diversae manuscriptorum lectiones* soleant signari, in illis Casaubonianis editionibus quaslibet etiam *Editoris coniecturas* insigniverunt ii qui illud opus recudendum curavere. In ed. Ven. & in utroque nostro codice nullum lacunae indicium comparet; sed continuo tenore scripta ista verba, χειμάζουσι δ' ἐν Βαβυλῶνι τὸ λοιπὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ. Strabo, ex professo de mutatâ diversis anni tempestatibus sede regiâ Parthorum loquens, lib. XVI. pag. 743. d. non diserte quidem meminit *Hecatompyli*, sic scribens: Εἰώθασιν ἐνταῦθα (nempe *Ctesiphonte*) τοῦ χειμῶνος διάγειν οἱ βασιλεῖς (τῶν Παρθυαίων) διὰ τὸ εὐάερον· θέρους δὲ ἐν Ἐκβατάνοις καὶ τῇ Ὑρκανίᾳ: sed sub nomine regionis *Hyrcaniae* intelligere *Hecatompylon* potuit, in Hyrcania sitam: videndum vero ne in supplemento lacunae, quae hîc obtinebat, *Ecbatana* urbs cum *Hecatompylo* fuerit nominanda. Caeterum quod in eisdem Strabonis verbis non *Babylon*, ut apud Athenaeum, sed *Ctesiphon* dicitur *hiemalis* esse *regum Parthorum sedes;* non idcirco pugnare inter se existimandi sunt auctores: nam, post eversam veterem *Baby-*

Ionem, eodem hoc nomine recentiores in vicinâ urbe *Seleuciam* & *Cteſiphontem* ſaepe indigitari novimus.

Καὶ τὸ παράσημον δὲ - - - κατεσκευάζετο γὰρ, ὥς a
φησιν Δίνων, ἐκ σμύρνης καὶ τοῦ καλουμένου λαβύζου. εὐώδης δ' ἐστὶν ἡ λάβυζος &c. »DINONIS locum de *cidari* »*Perſarum* pluribus deſcriptum habes in Heſychii gloſſis. »Conferant ſtudioſi. « CASAUBONUS. — Apud Heſychium haec leguntur: Κίδαρις· πῖλος βασιλικὸς, ὃν καὶ τιάραν. - - ἔστι δὲ ἐκ σμύρνης καὶ λαβύζου. ἡ δὲ λάβυζος, ἐστὶ πολυτιμοτέρα αὕτη τῆς σμύρνης, καὶ ὄζει ἥδιστον, καὶ θυμίαμά ἐστι κάλλιστον παρὰ βασιλεῖ. ἐκ τούτων ἡ κίδαρις πέπλασται. ἢ ἐκ τριχῶν ὕφασμα, ἢ περικράνιον &c. Quorum partem etiam Suidas habet in Κίδαρις. Mira vero res: *pileus*, ex *myrrhâ* & aliâ neſcio qua aromaticâ materiâ, quam *labyzum* vocant, *confectus*: ſi modo verbum κατεσκευάζετο cum Dalecampio *conficiebatur* exponi debet. Pro eo verbo apud Heſychium habes alia, ἐστὶ & πέπλασται, quae quidem in iſta connexione haud ſane faciliorem habent explicationem: neque dubitationem noſtram levavit BRISSONIUS, loca illa citans lib. I. De Regno Perſarum, ſect. 53. Equidem, ne nimis abſurde locutus auctor videretur, verbum κατεσκευάζετο magis generali verbo latino *inſtruebatur* interpretari conſultum duxi. Sed lucem huic loco illuſtrando etiamnum a doctioribus exſpecto. Illud ego docere lectorem debeo, in mirâ etiam iſtâ ſcripturâ, τοῦ καλουμένου λαβύζου· εὐώδης δ' ἐστὶν ἡ λάβυζος &c. nihil ab editis differre veterem cod. *A.*; quam ſcripturam ſuo iudicio Epitomator cum expeditiore permutavit. Caeterum recte πολυτιμοτ. per ο breve ſcribitur in utroque codice.

διὰ τῆς τῶν μιλοφόρων αὐλῆς &c. »Ait, *Reges Perſarum* b »*trecentas mulieres ſolitos habere* in aulâ ſuâ; *quae totam noctem canentes pſallentesque ad lucernas eum oblectent.* Et ad- »dit: χρῆται δὲ αὐταῖς καὶ πολλάκις ὁ βασιλεὺς διὰ τῆς »τῶν μιλοφόρων αὐλῆς. In multis loquendi generibus prae- »poſitiones διὰ & ὑπὸ eleganti ſermonis compendio vim »habent participii ad perficiendam ſententiam neceſſarii: ut »διὰ μαρτύρων κλαίειν, id eſt, *praeſentibus teſtibus.* Sic igi- »tur hoc loco, χρᾶσθαι γυναιξὶ διὰ τῆς αὐλῆς, *uti foemi- »nis per aulam admiſſis:* vel, *per aulam ad eas adeuntem.* »Vel, διὰ accipe pro ἐν: ut cum dicimus, διὰ τῆς πρώ- »της βίβλου, *libro primo:* paullo poſt, [p. 520. d.] ἱστορεῖ »Ἀριστοτέλης διὰ τῆς Πολιτείας αὐτῶν, *in tractatu de Re-*

»*publica illorum.* Sed de hoc loco ſtatuat eruditus Lector. [Utcumque accipiendum ſtatuas, fatendum fuerit parum commode expreſſum eſſe.] »*Malophori* Perſarum, inter»pretibus *clavatores* inepte dicuntur; nam Graeca vox erat »retinenda. *Mille numero* erant *ſatellites regis*, ſic appellati »a *colore veſtis melino*; incedebant enim πορφυρᾶς καὶ μι»λίνας ἠσθημένοι στολὰς, ut legimus apud Aelianum, [IX. »3.] & infra quoque in Athenaeo; [pag. 539. e. ex Phy»larcho.] etſi hîc cauſſa alia affertur. « CASAUBONUS. — Loca veterum, quibus de *Melophoris* ſive *Malophoris* agitur, collecta habes apud BRISSONIUM, de Regno Perſarum, libro I. ſect. 194 ſqq. Idem ibid. ſect. 191 & ſeqq. de *decem millibus* diſſeruit, quos *Immortales* illi adpellabant.

ὑποτιθεμένων φιλοταπίδων Σαρδιανῶν. Confer II. 48. b. ibique not. & VI. 255. e. *Ibid.* ἐνίοτε δὲ καὶ ἐφ' ἵππου. BRISSONIUS hunc locum citans, de Regn. Perſ. I. 122. ἐφ' ἵππους legebat. Sed nihil mutandum. Intellige ἐνίοτε δὲ ἐπέβαινε ἵππου. Quin & ἀναβαίνειν ἐφ' ἵππου dixere Graeci: ſic ἀναβάντας δ' ἐφ' ἵππων, *conſcendentes equos*, Xenoph. Cyrop. III. 3, 27. parique ratione auctor Epitomae hoc loco etiam ἀνέβαινεν ἐφ' ἅρματος ſcripſit. Denique, id ſi minus placet, poſſis etiam ad ſequens verbum ἐωράθη referre: ἐνίοτε δὲ καὶ ἐφ' ἵππου ἐωράθη, πεζὸς δὲ οὐδέποτε.

εἰ δ' ἐπὶ θήραν ἐξίοι. »Subiicit, εἰ δ' ἐπὶ θύραν »ἐξείη. Lego non dubitans, ἐπὶ θήραν, ut in ſimili »loco apud Xenophontem, primo Παιδείας: [I. 2, 9.] »ὅταν δ' ἐξίῃ βασιλεὺς ἐπὶ θήραν, ἐξάγει τὴν ἡμίσειαν τῆς »φυλακῆς. Neque aliter Excerpta. « CASAUBONUS. — Et θήραν & ἐξίοι recte nobis non modo *Epitoma* dedit, ſed & vetus cod. *A*.

AD CAP. IX.

1 Κλέαρχος – – ἐπιφέρει καὶ τὴν παρὰ Μήδων γενέσθαι Πέρσαις μηλοφορίαν μὴ μόνον ὧν ἔπαθον τιμωρίαν, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν δορυφορούντων τρυφῆς, εἰς ὅσον ἦλθον ἀνανδρίας, ὑπόμνημα. Obſcura iſta verba, ut ſunt fere *CLEARCHI*, ſic converterat DALECAMPIUS, *Clearchus – – ſubiungit, Perſas a Medis uſum clavas geſtandi accepiſſe, non ſolum ut iis iniurias propulſarent, & ulciſcerentur, ſi quis inferret, ſed velut inſigne quoddam luxus ſatellitum, quantum a priſtina ſua virtute degeneraviſſent.* Quo ſpectans CASAUBONUS, ait: »In-

» terpretes hîc ſani nihil. *Clearchus* hoc voluit: Perſas, d
» cum Medos coëgerunt ſibi ſatellites eſſe malophoros,
» non ſolum ſuas iniurias eſſe ultos, quas a Medis acce-
» perant dum illis parebant: ſed ipſos etiam tali ſervitio
» monuiſſe ſui priſtini luxus, & quo deveniſſent ignaviae.
» ἀγύρτας ἀποφαίνειν, membranarum eſt lectio: qui-
» dam tamen codices, ἀργυρίτας. « — At ſi hoc voluit *Clearchus*; primum, plane contradixerit ille aliis omnibus ſcriptoribus, qui (ut modo etiam diſerte Athenaeus docebat) in eo conſentiunt, *malophoros regum Perſarum* non e *Medis*, ſed *e nobiliſſimis Perſarum lectos fuiſſe*: tum vero etiam rem per ſe oppido abſurdam dixerit; nec eſt enim conſentaneum, ut ex his, quos ob illatas iniurias punire vult, ſatellitium ſibi rex eligat & corporis cuſtodiam. Mihi ſcriptor ille (frigidi quidem & contorti adfectatique ſcribendi generis nimium ſtudioſus) id potius voluiſſe viſus erat: Perſarum reges, ſuis ſatellitibus more quidem *a Medis* accepto & nomen & inſigne *malophororum* tribuentes, ſed illos e *Perſarum* nobiliſſimis fortiſſimisque legentes, ſimul his uſos eſſe ad ulciſcendam acceptam a Medis iniuriam, ſimul id eſſe ſecutos, ut cum pudore viderent Medi, quantum inter ſuperiores ipſorum malophoros & inter hos intereſſet; hos quippe *viros* eſſe *fortiſſimos*, (conf. Diodor. Sicul. XVII. 15.) illos vero fuiſſe homines, ut *evirato corpore*, ſic *effeminatis animis*. Quo etiam pertinere videtur, quod eosdem cum *agyrtis* comparat, id eſt, eviratis hominibus, qui, Cybeles nomine ſtipem mendicantes, non niſi ſuae ignaviae fere ac mollitiei indulgent. Scripturam enim ἀγύρτας cum editis libris tuentur vetuſtae noſtrae membranae: nec ſatis cauſſae eſſe videtur, cur cum Sylburgio & Lederlino ad Briſſon. lib. I. ſect. 196. ἀργοῦντας malimus.

Τοῖς γοῦν πορίσασί τι αὐτῷ ἡδὺ βρῶμα δίδους ἆθλα τοῦ e
πορισθέντος, οὐχ ἑτέραις ἡδύνων ταῦτα τιμαῖς παρετίθει, πολὺ δὲ μᾶλλον αὐτὸς ἀπολαύειν αὐτῶν, νοῦν ἔχων· τοῦτο μὲν γάρ ἐστιν ὁ λεγόμενος, οἶμαι, καὶ Διὸς ἅμα καὶ βασιλέως ἐγκέφαλος. » *Clearchi* verba *de praemio dari* » *ſolito ei qui novum aliquem cibi paratum regi Perſarum in-* » *dicaſſet*, vitio omnium exemplarium intelligi a nobis non » ſunt quita: etſi mentem utcumque per nebulam vide- » mus. Sed deſunt, opinor, nonnulla. νοῦν ἔχων valet, » *ſi mentem haberet.* Scripti tamen quidam, [non hîc; ſed

e »infra, pag. 529. d.] *νοῦν οὐκ ἔχων.* Non ſemel dolui »elegantiſſimum locum ita male acceptum eſſe ab imperi»tiſſimis hominibus. Nam quod iterum hoc libro idem »Clearchi locus tangitur ab Athenaeo, nihil admodum id »nos iuvat.« CASAUBONUS. — Mihi, quidquid obſcuritatis illa verba habent, id non tam librariorum culpae, quam ipſius *Clearchi* ſtylo tribuendum videbatur. In iſtis quidem verbis, *οὐχ ἑτέραις ἡδύνων ταῦτα τιμαῖς παρετίθει*, errarunt fortaſſe aliquid librarii: ſed fieri poteſt, ut etiam ipſe ita ſcripſerit Clearchus; cuius mirum dicendi genus cum alibi obſervavimus, tum praeſertim in illa Paphii adoleſcentuli hiſtoriola, lib. V. cap. 57 ſeqq. moxque rurſus cap. XI. huius libri obſervare licet. Quae modo adpoſuimus verba, ea ſic reddidit DALECAMPIUS: *at caeteris quos honorat, id rex non impertitur;* adiectâ Adnotatione: »Solebant Perſarum reges de ferculis appoſitis par»tem aliquam ad eos mittere quos in pretio habebant, vo»lebantque ſua benignitate honoratos videri.« Recte, quod ad ſententiae ſummam. Graeca ad verbum hoc ſonant: *non adpoſuit haec, condiens illa aliis honoribus:* id eſt, neſcivit condire tales cibos honore aliis habito, quibus illos ſimul ſecum adponi iuberet. Infinitivus vero *ἀπολαύειν* nulla utique ratione ferendus videtur: ſed aut intercidiſſe exiſtimandum verbum aliquod finitum, aut *ἀπολαύει* vel *ἀπέλαυε* ſcribendum. *νοῦν ἔχων* recte ſcriptum arbitror: nec vero eâ quam Caſaubonus voluit ſententiâ, *ſi mentem haberet;* ſed ita ut ironice dixerit, *mentem habens*, quaſi diceret, *nempe pro ſua ſapientia ita faciebat.* Quo pertinet quod continuo ſubiicit & ipſum ironice dictum: *nam hoc eſt, puto, quod dicitur, Iovis & Regis cerebrum:* id eſt, *Nam, ſicut in proverbio delicatiſſimus quisque cibus Iovis cerebrum ſolet dici,* (cf. Suid. & Heſych. in Διὸς ἐγκέφαλος) *ſic haud infeſtive etiam dicas, Regis cerebrum in eo maxime cerni, ut delicatum cibum pro merito aeſtimare, & praemio dato inventori honorare; caeterum nemini alii quidquam de eo impertiens, ſolus eo frui ſciat.* De toto iſto CLEARCHI teſtimonio Epitoma nil aliud niſi haec verba habet: Κλέαρχος δέ φησι, τοῖς πορίσασί τι τῷ βασιλεῖ ἡδὺ βρῶμα δίδοσθαι ἆθλον τοῦ πορισθέντος.

Χάρης δ' ὁ Μιτυλ. Sic recte uterque cod. ms. cum ed. Ven. & Baſ. Operarum erratum Χάρις, itemque mox Ἱστορία, ex ed. Caſ. 1. in ed. 2. & 3. migravit. Recte

Ἱστοριῶν ms. *A.* cum ed. Ven. & Baſ. De *vite aurea*, quae f
mox commemoratur, & de *uva ex gemmis compoſita*, conf.
infra, pag. 539. d. & Briſſon. DE Regn. Perſ. lib. I. ſect. 77.
De *aurea* quam vocabant *aqua*, vide eumdem Briſſon. I. 83. a
Confer vero quae Noſter ex Herodoto ſupra adtulit, lib.
II. pag. 47. a. b.

AD CAP. X.

Ξενοφῶν δὲ &c. Exſtat XENOPHONTIS locus, *Cyropaedíae libro VIII.* cap. 8. Epitomae auctor locum iſtum breviter ſic expedivit: Ἐν δὲ ὀγδόῳ Παιδείας Ξενοφῶν πολλὴν αὐτῶν ὑπογράφει ἁβρότητα. Καὶ ζήτει τὸ βιβλίον. Scripturam, πρῶτον μὲν οὐκ ἔτι τὰς εὐνὰς μόνον, ex ed. Ven. & b
membranis reſtitui: quam nil opus fuerat, ut ex Xenophonteis libris mutaret editor Baſileenſis.

»τὰ πεττόμενα ἐπὶ τράπεζαν, periphraſis eſt *panis* &
»eorum omnium *quae locum panis obtinent*, ut placentae.«
CASAUBONUS. — Mox ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ χειμ. absque μὴν, c
habent membr. *A.* cum ed. Ven. In eisdem membr. & in
ed. Ven. dein ſcribitur αὐτοὺς ἀρκεῖ: ubi recte αὐτοῖς ed.
Baſ. & Caſ.

»*Perſae*, inquit Xenophon, *non contenti, caput, corpus*
»*& pedes tectos habere*, ἀλλὰ καὶ περὶ ἄκραις ταῖς χερσὶ
»χειρίδας δασείας καὶ δακτυλήθρας ἔχουσι. Neque Grae-
»ci neque Romani habuere in uſu *manuum tegumenta*; qui-
»bus etiam ruſtici hodie utuntur. Ideo inter caetera lu-
»xus & *mollitiei Perſarum* argumenta hoc quoque Xeno-
»phonti recenſetur, quod *digitabulis contra frigus manus ſuas*
»*munitent.* Chaldaei iam olim, ut videtur, iis uſi. Nam
»in Lexico Talmudico, *magubh* exponitur *manuum indu-*
»*mentum.* Graeci veteres, ut dixi, & horum & tibialium
»uſum ignorarunt. Poſtea, corruptâ antiquâ diſciplinâ,
»coepere etiam apud illos, qui erant molliores, & manibus
»extremis & pedibus conſulere: non ſine ſapientum in-
»dignatione. Muſonius: Οὐδαμῶς καλὸν οὔτε ἐσθήσεσι πολ-
»λαῖς κατασκέπειν τὸ σῶμα, οὔτε ταινίαις κατειλεῖν, οὔτε
»χεῖράς τε καὶ πόδας περιδέσει πίλων ἢ ὑφασμάτων τινῶν
»μαλακύνειν, τούς γε μὴ νοσοῦντας. Romani temporibus Pli-
»nii iam eorum uſum didicerant. Nam de ipſo ſcribit Pli-
»nius iunior: [lib. V. Epiſt. 3.] *In itinere, quaſi ſolutus*
»*caeteris curis, huic uni vacabat. Ad latus notarius cum libro*

» *& pugillaribus : cuius manus hieme manicis muniebantur,* » *ut ne coeli quidem aſperitas ullum ſtudiis tempus eriperet.* « CASAUBONUS.

αὐτοῖς παρεστᾶσιν recte ms. *A.* ut apud Xenoph.

» Sequitur ex eodem Xenoph. Νῦν δὲ στρώματα πλείω » ἔχουσιν ἐπὶ τῶν ἵππων, ἢ ἐπὶ τῶν εὐνῶν. *Stragula nunc ha-* » *bent ſuper equis plura quam ſuper cubilibus.* Quis credat? » equidem falſum puto. Nam ſi in altero luxus Perſarum » crevit, cur non & in altero? aut quae ratio cur ſedere » in equo mollius ſtuderent, quam in lecto iacere? Lego, » ἢ τότ' ἐπὶ τῶν εὐνῶν, vel ἢ πρίν : etſi aliter hodie in li- » bris mellitiſſimi ſcriptoris. « CASAUB. — Ab editis apud Noſtrum nil diſſentiunt veteres membranae.

d » Demum ait Xenophon, *habere Perſas ſuos* κοσμητὰς, » οἳ ὑποχρίουσί τε καὶ ἐντρίβουσιν αὐτοὺς καὶ τἆλλα ῥυθμί- » ζουσι. Refer ad oculorum pigmenta & intritos colores » ex more Medorum : nam illi ſoliti ornari ὀφθαλμῶν ὑπο- » γραφῇ καὶ χρώματος ἐντρίψει, ait Xenophon idem ali- » bi. Vide infra in ſermone de Sardanapalo. Eadem con- » ſuetudo foeminarum terrae Graeciae : quibus tribuit Phi- » loſtratus non ſolum oculorum ὑπογραφὰς, verum etiam » ζωγραφίας παρειῶν & χειλέων βαφάς. Multa de his nobis » obſervata in Commentariis DE Re Veſtiaria. Apud Iu- » lium Pollucem leges στίμμιν ὀμματογράφον. Habes etiam » apud Galenum titulos tractatuum quos olim Crito me- » dicus ediderat in libris περὶ τῆς Κομμωτικῆς, indices ſi- » milis ſtudii in mulieribus Romanis ; quarum gratia vi- » detur Crito eos commentarios conſcripſiſſe, medicum » agens Imperatoris. Eiusmodi ſunt tituli, ὀφθαλμῶν ἐπί- » χριστα : & στιμμίσματα ἔγχριστα. « CASAUBONUS. — Apud Xenophontem periodus quae ab his verbis incipit νῦν δὲ τούς τε Συρωροὺς, non deſinit in iſta, καὶ τἆλλα ῥυθ- μίζουσι : ſed ſequitur, τούτους πάντας ἱππέας οἱ δυνάσται πεποιήκασιν &c. Quare in fine apud Noſtrum puncta non- nulla adieci : in latinâ verſione tamen, ut aliquo modo compleretur ſententia, verbum *habent* ſupplevi.

AD CAP. XI.

Λυδοὶ δὲ εἰς τοσοῦτον ἦλθον τρυφῆς, &c. » Perſas *Lydi* » ſequuntur : de quorum deliciis multa veteres auctores. (*In edit. Caſ.* 2. & 3. » Initio obſervat auctor, *primos Ly-*

» *dos* γυναῖκας εὐνουχίσαι, *foeminas caſtraſſe : eiusque inven-* d
» *ti primum* facit *auctorem A n d r a m y t e n* regem; ſed me-
» lius ſcriberetur ſine ν, Ἀδραμύτην. Nam *Adramyten* re-
» gem Lydum, conditorem Adramytii oppidi in Lydia,
» commemorat Graeca hiſtoria. Stephanus, in Ethnicis,
» filium ait fuiſſe Alyattae notiſſimi regis Lydiae. Sed mi-
» rum, in libello Heſychii Illuſtris De Sapientibus, auc-
» rem huius inventi ex eodem ſcriptore *Xantho* prodi non
» *Adramyten* regem, ſed ipſum *Gygen*, de quo Herodotus.
» Ξάνθος, inquit, [Heſychius] Λυδὸς ἱστορικὸς ἐν τῇ δευτέ-
» ρᾳ τῶν Λυδιακῶν αὐτοῦ Ἱστοριῶν φησιν, ὅτι πρῶτος Γύγης
» ὁ Λυδῶν βασιλεὺς γυναῖκας εὐνούχισεν, ὅπως αὐταῖς χρῷ-
» το ἀεὶ νεαζούσαις.) Quin etiam *ſpectaculorum* hi primi in-
» ventores fuiſſe crediti: unde Latinum vocabulum *ludi* eſ-
» ſe dictum, praeter Latinos ſcriptores etiam Graeci ad-
» notarunt.« Casaubonus. — Licet in ſcripturam Ἀνδρα-
μύτην uterque noſter codex conſentiat, tamen corrigere non dubitavi. Nihil frequentius, quam in eiusmodi praeſertim propriis nominibus, quae cum communi aliquo nomine ſimilitudinem habent, errantes videre librarios. De *Dionyſio* Mitylenaeo, *Scytobrachione* cognominato, videndus Voſſius lib. IV. De Hiſtoricis Graec. pag. 451 ſq. & Meurſius ad Hellad. pag. 39. *Caſtrandarum foeminarum* rationem miram intellexerat Dalecampius: » Caſtratas, in-
» quit, illas foeminas fuiſſe putant muliebribus infibulatis;
» ut equarum, quas concipere & parere nolunt, ferreis
» circulis ordine traiectis naturalia clauduntur: quod Gal-
» li vocant *boucler.*« — Modum anatomicis explicandum relinquens Sevinus, in Actis Academ. Inſcript. T. V. pag. 264. effectum quem ſecutus ſit huius inventi auctor, ſterilitatem mulierum eſſe ſtatuit: quod ipſum etiam verbum εὐνουχίσαι indicare videtur. Prorſus vero in contrariam partem Villebrunius, de illa circumcidendarum puellarum ratione accepit, iam olim apud Aegyptios atque etiam nunc uſitatâ, quae foecunditati potius favet, quam ſterilitatem adfert: de quo more conſulendus prae caeteris Niebuhr in Arabiae deſcriptione. De utrâque ratione loca veterum auctorum huc ſpectantia collegit Brodaeus, Miſcellan. lib. V. cap. 3. in Gruteri Theſ. Crit. Tom. II. p. 532 ſq.

Κλέαρχος – – Λυδοὶ, φησὶ, διὰ τρυφὴν παραδείσους κα- e
τασκευασάμενοι, καὶ κηπαίους αὐτοὺς ποιήσαντες ἐσκιατρο-

e φοῦντο. »*Lydi*, ut ex *Clearcho* narratur, *prae luxu con-*
»*structis viridariis, & ad hortorum similitudinem redactis*, ibi
»*in umbrâ degebant.* Et Hebraeorum *pardès*, & Graecum
»παράδεισος proprie *septum locum arboribusque consitum* si-
»gnificant. Fere tamen Graeci *paradisos* vocarunt *vivaria*,
»id est, *septa ubi vivae ferae alebantur.* Sive in hac, sive in
»priore significatione accipias, differunt παράδεισος, &
»κῆπος sive *hortus*: sicut Hebraeis aliud *gàn*, aliud *pardès.*
»In veris κήποις, aut *pomariis*, non erant nisi ἥμερα δέν-
»δρα, quemadmodum scribit auctor inferius: in paradi-
»sis, ubi ferae pascebantur, arbores pangebantur omnis
»generis. Haec eo dicimus, ut intelligantur illa verba,
»κηπαίους αὐτοὺς ποιήσαντες. Nam Dalecampius legit αὐ-
»τοὺς, & interpretatur longe aliter.« Casaubonus. —
Nec vero male fortasse ille interpres vel αὑτοὺς legerat,
vel αὐτοὺς pro ἑαυτοὺς acceperat: ut κηπαίους αὐτοὺς ποιή-
σαντες valeret *& in hortis viventes.*

f καὶ τέλος πόρρω προάγοντες ὕβρεως. Sic uterque cod.
mstus: non προαγαγόντες. *Ibid.* εἰς τὸν τόπον τὸν διὰ
τὴν πρᾶξιν Ἀγνεῶνα κληθέντα συνάγοντες. »Ἀγνεῶνα
»vocem frustra quidam habent suspectam, propter sequen-
»tem ἀγκῶνα. Tuentur membranae, Excerpta, & Eusta-
»thius.« Casaubonus. — Ἀγνεῶνα, ut in ed. Ven. & Bas.
& in Animadv. Casaub. sic & in msstis scribitur: temere
Ἀγνεῶνα in contextu ed. Cas. 1. (In ed. Cas. 2. & 3. spiri-
tus primae vocali non est adpositus.) Eustathius ad Iliad.
π'. p. 1108. l. 46. Ἀγνεὼν ἐκαλεῖτο, ait, ὁ τόπος, παικτι-
κῶς ἀντιφραζόμενος· ἀληθῶς γὰρ ἄναγνος ἦν. — Pergit Ca-
saubonus: »Brevis & σύντομος est oratio, cum ait: καὶ
»τέλος τὰς ψυχὰς ἀποθλυνθέντες, ἠλλάξαντο τὸν τῶν γυναι-
»κῶν βίον. Nam accipiendum, quasi esset scriptum ἠλλά-
»ξαντο τὸν τῶν ἀνδρῶν εἰς τὸν τῶν γυναικῶν βίον: *virilem*
»*vitam muliebri commutarunt.* Legunt omnes libri, quà scri-
»pti, quà editi, τὸ γὰρ ὑπὸ γυναικὸς ἄρχεσθαι ὑβριζο-
»μένους, σημεῖόν ἐστι βίας: non, ut video emendari,
»ὑβριζομένης: [nempe sic *Dalecampius* reddiderat, *in-*
iuriam passae foeminae:] »etsi eam emendationem stabiliunt
»praecedentia, quibus dicitur, *Omphalen foeminam regnum*
»*Lydorum occupasse*, μίαν τῶν ὑβρισθεισῶν. Vulgata lectio
»sententiam hanc habet: *Est enim signum coactae nec spon-*
»*taneae subiectionis, quod imperio foeminae parerent quotidianis*
»*contumeliis ab ea affecti.*« — Quae de *Omphale* hîc & in

seqq. narrat *Clearchus*, alia pro lubitu (ut videtur) fingens, alia miro modo miscens, & suo more frigide exornans, ea nemo aliorum, qui hodie supersunt, scriptorum novit. Vide Sevinum, loco paulo ante citato, p. 245 sq. Quod ait γυναῖκα τύραννον ὁ βίος εὕρετο αὐτοῖς: placet verbum εὕρατο in aoristo primo positum, quod habet Epitoma. De usu vocabuli βίος, quod idem valet ac *aetas hominum*, *aevum*, & metonymice ipsi *homines* vel *hominum genus*, monuit Casaub. ad XV. 675. d. & 692. a. Conf. Lexic. Polyb. hac voce.

οἱ Λυδοὶ τὸ πικρὸν τῆς πράξεως ὑποκοριζόμενοι, τὸν τόπον καλοῦσι Γυναικῶν ἀγῶνα, Γλυκὺν ἀγκῶνα. »Nihil »mutandum in istis; etsi habent Excerpta γλυκὺν ἀγῶνα, »perperam & exscriptoris vitio: nam etiam Eustathius »utramque agnoscit vocem ἀγκὼν & ἀγών: neque aliter »paulo post.« Casaubonus. — Noster codex *Epit.* cum editis & ms. *A.* ἀγκῶνα tenet. Sed oborta nobis suspicio est de istis prioribus verbis γυναικῶν ἀγῶνα, quae vereor ne ex *pravâ scripturâ*, aut ex *temere* ab imperito homine *invectâ correctione*, in vetusto quodam codice locum horum ipsorum γλυκὺν ἀγκῶνα occupaverint; ita ut deinde duae diversae scripturae (altera vera, altera falsa) imperite iunctae fuerint: quod in vetustis nostris membranis haud raro factum observavimus. Unum quidem posterius nomen memoratur infra, pag. 540. f. itemque apud Hesychium ex eodem, a quo haec Athenaeus habet, *Clearcho*: Κλέαρχος δέ φησι, τοὺς Αἰγυπτίους (sic quidem ibi perperam vulgo legitur pro τοὺς Λυδοὺς) ἐξυβρίζειν εἰς τὰς τῶν καταδεεστέρων γυναῖκας καὶ παρθένους· καὶ τὸν τόπον, ἐν ᾧ ταῦτα ἔδρων, ὀνομάσαι Γλυκὺν ἀγκῶνα. Caeterum suo de ingenio *Clearchus* denominationem illam huc transtulisse videtur; quae vetus est paroemialis dictio, qua iam & Platonem Comicum & Platonem philosophum usos esse novimus: de qua videndus & Suidas in Γλυκὺς ἀγκών, & Hesychius, in his quae sub eodem vocab. praemittuntur istis verbis, quae modo citavimus, & Zenobius Paroemiarum Cent. II. 92. & quae ibi ab Andr. Schotto notata sunt; denique consuli potest, qui pleraque huc spectantia collegit, Erasmus in Adagio, *Dulcis cubitus*. Ex Aegypto derivari solet illud proverbium, a Nili quodam brachio cuius navigatio difficilis admodum & laboriosa fuit, unde ipsum brachium per antiphrasin & euphemis-

a

mum Γλυκὺς ἀγκὼν dictum. Inde factum, ut apud Hesychium in verbis supra adpositis, pro Λυδοὺς, temere a nasutulo aliquo scriba Αἰγυπτίους inveheretur. Plato vero Comicus, apud Suidam, ἀγκῶνα, *cubitum*, metonymice pro *amplexu* acceperat: quam notionem in animo habuisse Clearchus videtur. Conf. Dammii Lexic. Etym. in Ἀγκὼν, pag. 1333.

Λυδῶν γυναῖκες ἄφετοι οὖσαι τοῖς ἐντυχοῦσιν. Confer Herodot. I. 93.

b τῇ παρ' αὐτοῖς (nempe, τοῖς Λυδοῖς) Μίδου βασιλείᾳ. *Midam, Phrygiae* regem, novimus omnes: eumdemque in animo habuisse Clearchum intelligitur ex his quae mox subiiciuntur. Nusquam vero idem *Midas Lydiae* etiam *imperasse* & quidem *simul cum Omphale* reperitur, quod sciam, nisi in ista Clearchi fabulosa narratione. *Ibid.* ὑπ' ἀναισθησίας. Praetuli hanc scripturam, quam dedit ms. *Ep.*

ἀμφοτέρους ἐκόλασε· τὸν μὲν, ὑπὸ ἀπαιδευσίας κεκωφημένον, τῶν ὤτων ἐξελκύσας, – – – τὴν δὲ * *. »Non erat »attendenti arduum cognoscere, quod etiam Excerpta & »membranae quaedam [non membranae, sed virorum doctorum coniecturae aut Adnotationes ex Epitomâ petitae] »me docuerunt, post ista, τὴν ἐπωνυμίαν ἔσχε, deesse ali»quid. Nam *de amborum* (Midae & Omphalae) *suppliciis* »dicere aggressus, in Omphala nostram expectationem elu»dit. Recte igitur in Excerptis post illa, quae diximus, »verba erat additum, τὴν δὲ . . . . . Forte, τὴν δὲ κτεί»νας.« Casaubonus. — In vetustis membr. *A.* sicut in editis vulgo, post ἐπωνυμίαν ἔσχε· continuo sequuntur ista, πρῶτοι δὲ Λυδοὶ &c. absque ullo lacunae indicio. In nostro vero cod. *Epit.* sicut in Hoescheliano, post ἔσχε· scribitur τὴν δὲ & dein *vacuum spatium* relictum *duorum fere digitorum latitudine.* In praecedentibus verbis Dalecampius genitivum τῶν ὤτων cum κεκωφημένον coniunxerat, & ἐξελκύσας pro ἐξελάσας acceperat, sic vertens: *hunc vero prae ignorantia captum auribus, & surdum, regno eiiciens.* In orâ idem commendavit *Erasmum*, in Prov. *Midas auriculas asini.* Nos, quum in superioribus editionibus nulla post κεκωφημένον distinctio esset interposita, curatiorem codicis nostri *Epit.* rationem sequentes, post τὸν μὲν & post κεκωφ. *commata* interposuimus; quo fiebat, ut iuncta intelligerentur ista τῶν ὤτων ἐξελκύσας, quod interpretati sumus *aures in longum extrahens:* proprie dicen-

dum erat, *hunc diducens* (sive, *distrahens*) *auribus*: aut, *hunc auribus prehendit, easque ei in longum extraxit*: quasi esset τὸν μὲν λαβὼν ὦτων καὶ αὐτὰ ἐξελκύσας αὐτῷ.

AD CAP. XII.

τὴν καρύκην ἐξεῦρον. καρύκην simplici κ literâ in medio scribitur h. l. in utroque msto, sicut in edd. Sic & apud Suid. & apud Polluc. VI. 56. Alibi geminatâ κ, ut IV. 173. d. & apud Hesychium, cuius interpretationem vocabuli adponemus: Καρύκκη, περίεργος ζωμός. βρῶμα Λύδιον ἐξ αἵματος καὶ ἄλλων ἡδυσμάτων (ἐδεσμάτων apud Suid.) συγκείμενον. Quo loco plurimi alii auctores ab Interpretibus laudati sunt. c

οἱ τὰ Ὀψαρτυτικὰ συνθέντες εἰρήκασι, Γλαῦκός τε ὁ Λοκρὸς, &c. »In accurata eorum Scriptorum enumera»tione qui Ὀψαρτυτικὰ ediderant, omittitur *Paxamus*; »nisi vitium est in nostris codicibus. Sed causa huius »praetermissionis esse potuit, quod de antiquis solum lo»quitur Athenaeus, non de aequalibus suis, ut hic fuit; »ut ex ipsius testimonio cognoscitur libro nono. [p. 376. »d.] At Pollux in simili catalogo eum non praetermisit; »etsi paullo natu grandior, sicut existimamus nos, Athe»naeo. Locus est libro sexto, cap. 10. [sect. 70.] ubi »quosdam reperies, qui tantae lectionis virum, Athe»naeum dico, fugere potuerunt. *Criton*, qui in hoc albo »nomen suum profitetur, non est opinor alius ab eo qui »περὶ κομμωτικῆς κακίας, ut loquitur Galenus, accura»tissime scripserat: sunt enim adsinia argumenta & τοῦ »αὐτοῦ ἤθους.« CASAUBONUS. — Quod *Paxamum Athenaei aequalem* statuit Casaubonus, lubrico fundamento atque plane nullo niti illam sententiam supra ostendimus in Animadv. ad IX. 376. d. Itaque etiam in Artis Culinariae scriptoribus nominatus est hic auctor non modo a Polluce, qui haud dubie paulo superior fuerat Athenaeo, verum etiam a Columella, qui sub Claudio imperatore vixit, DE RE RUSTIC. XII. 4. Quod autem illum in hoc albo non nominaverit Athenaeus, caussa esse potuerat quod eius oblitus esset: sed fortasse etiam, quod *Lydiacae carycae* non meminisset ille scriptor. Sic &, quos hic silentio praeteriit, Ὀψαρτυτικῶν & Μαγειρικῆς διδασκαλίας scriptores, *Heracleonem Ephesium*, *Philotimum*, & *Parmenonem*

c *Rhodium*, nominaverat lib. VII. pag. 308. f. Rurſus alios nonnullos, qui de conficiendarum placentarum maxime ratione ſcripſere, memorat XIV. 643. f. Quod vero in eodem albo *bis* nominatur *Dionyſius*, id non poteſt quin mendi moveat ſuſpicionem: nam ſi revera duos nominavit Athenaeus, debuerat ſaltem alterum ab altero a patriâ aut ab alio quodam adiuncto discernere: quare etiam Breviator (reliquos nominans usque ad *Archytam*, poſt cuius nomen ſatis habuit καὶ ἄλλοι ſcribere) *Dionyſii* nomen nonniſi ſemel poſuit. *Dionyſii* liber Ὀφαρτυτικὸς citatur a Noſtro, VII. 326. f. ubi videtur dici *Uticenſis* ille *Dionyſius*, cuius *Georgica* laudantur, XIV. 648. e. f. Sic & alii qui de *Arte Coquinaria* ſcripſerunt, iidem etiam *Georgica* ediderunt: velut ipſe ille *Paxamus*, de quo proxime agebamus. Pro duobus *Heraclidis Syracuſiis*, qui hîc commemorantur, nonniſi unus nominatur a Polluce, VI. 71. & *Heraclidae Syracuſii* (quaſi nonniſi unus hoc nomine cognitus fuiſſet) Ὀφαρτυτικὸς paſſim laudatur a Noſtro, veluti II. 58. b. III. 105. c. & alibi. Scripturam Συρακόσιοι, ut aliâs, ſic & hîc dedit ms. *A*. Alius eſt *Heraclides Tarentinus* qui Συμπόσιον conſcripſit, paſſim citatus Noſtro. Φιλιστίων, qui hîc nominabatur, eius nomen rectius Φιλιστίων ſcriptum erat, III. 115. d. unde eamdem ſcripturam huc transtuli. Vide FABRICII Bibl. Graec. T. XIII. pag. 366 ſq.

d μνημονεύει δ' αὐτοῦ Ἄλεξις ἐν Παννυχίδι &c. »ALEXIDIS de *candaulo* ῥῆσις non integre deſcripta eſt, & multis modis corrupta. Poteramus multa reſtituere nullo negotio; ſed malumus integrum negotium iis relinquere, »quibus vires ingenii hîc periclitari libitum fuerit; nam »otium maius nonnulla deſiderant.« CASAUBONUS. — Nobis in eâden ῥήσει oppido pauca, non dico emendare poſſe, ſed vel intelligere contigit: ita ſunt turbata & corrupta pleraque, non minus in vetuſtis membranis, quam in editis. Quare etiam Epitomae auctor, nonniſi haec verba adpoſuit: Ἄλεξις· Κάνδαυλον ἐὰν παραθῶ σοι, προσκατεδεῖ τοὺς δακτύλους. *Verſu* 1. pro Ὅτι δέ σοι, quod eſt in membranis, tenui Ἔτι δέ σοι, quod editum erat: quod ſententiae quidem, nec vero metro ſatisfacit. Mox & iſtud, παρὰ τοῦτο, mendoſum videtur. *Verſus* 3. cum ſic decurtatus ſcriberetur,

ἀλλ' οὐδὲ ἀκήκο' οὐδέποτε:

PIERSONUS ad Moerin pag. 461. in hunc modum corri- d
gendum integrandumque cenſuit:

ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἀκήκο᾽ αὐτὸν οὐδεπώ ποτε.

Poſſis vero etiam ex DALECAMPII ratione ita ſcribere:

ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἀκήκο᾽ οὐδεπώ ποτε, νὴ Δία.

Sic enim ille latine interpretatus erat:

Ac ne audivi quidem, vel ita me amet Iuppiter.

Sed ſilentio praeterire non debeo, particulam ἀλλ᾽ *non comparere in vetuſtis* noſtris *membranis:* ſed ex iuniorum conie-
ctura eſſe adiectam.

Verſus 4. & 5. ſic ſcribebantur, diſtinguebanturque:

Θαυμαστὸν ἐμὸν εὕρημα πάνυ. πολὺν δ᾽ ἐγὼ
ἐὰν παραθῶ σοι, προσκατέδῃ τοὺς δακτύλους. e

Quo ſpectans CASAUBONUS ait: »Ita conceptos iſtos ver-
»ſus velim:

»Θαυμαστὸν ἐμὸν εὕρημα· πάνυ πολλὴν δ᾽ ἐγὼ
»ἂν καὶ παραθῶ σοι, προσκατεδεῖ τοὺς δακτύλους.

»*Mirus ſum artifex*, inquit, *parare candaulum: cuius ſi vel*
»*maximam copiam tibi appoſuero, tu* nihilominus, quantum-
»cumque fuerit appoſitum, totum comedes, & *tuos inſu-*
»*per tibi digitos arrodes.*« — πολλὴν, puto, imprudens ſcri-
pſit Animadverſor; pro πολὺν, quod recte editum erat: cum quo adiectivo iungendum eſſe adverbium πάνυ ad-
ſenſus ſum docto viro. Pro πολὺν δ᾽ ἔγω, CORAY in Notis msstis ὃν νῦν δ᾽ ἐγὼ malebat. προσκατεδεῖ, Atticâ terminatione, recte ſcribitur in utroque msto: & quidem cum accentu in ultimâ, non (ut Brunckius ad Comici Concion. 595. & ad Pac. 717. maluerat) in penultimâ. Et quamquam in primâ perſonâ κατέδομαι Attici dixere pro κατεδοῦμαι, potuerunt tamen ſecundam κατεδεῖ ultimâ circumflexâ formare.

Verſ. 6. σαυτοῦ γε pro σαυτῷ γε cum CORAYO malim: ſed & hoc ferendum cenſui. Quae hoc verſu & tribus proximis ſequuntur, ea pro deſperatis habui. De vocab. βατανίων (*verſ.* 8.) vide IV. 169. d. e. f. Quod *vs.* 9. ait ὠὸν ἐπιτετμημένον, ſimiliter ὠὰ ἡμίτομα memorata vidimus, II. 60. a. Ad *verſ.* 10. vide quae monuit PIERSON ad Moer. pag. 363. Quid ſit vero ὀξύβαφον ἀπὸ ταγάνου, aut quo pacto vel iungenda vel ſeparanda aut omnino conſtituenda ſint verba, minime nobis liquet. Dalecampius iungebat μέλιτος ὀξύβαφον, *mellis acetabulum*; tum ἀπὸ ταγήνου τυροῦ, *frixi caſei*.

Verſ. 12. βοτρύδιόν τι χορεῖον. Ad ſcripturam χορεῖον hîc nihil e msto enoratum, ſed in extremâ eclogâ, pro edito χορεία ex eodem notatur χόρια: & ſimiliter fortaſſe hîc χόριον oportuit: de quo vocabulo vide Animadv. ad III. 105. f. Quid dicat vero coquulus βοτρύδιόν τι χόριον vel χορεῖον, non liquet nobis. In fine verſus *comma* poſt ποτηρίῳ erat in ed. Baſ. & Caſ. quod rectius ignorat ed. Ven. Conſentaneum certe videtur, ut ἐν ποτηρίῳ ad ſequens γλυκὺν referatur. Dalecampius: *e poculo dulce vinum affundemus.* Niſi forte γλυκὺ oportuit, ad μέρος referendum.

f Pro *poſtremo verſu* haec verba legebantur,

καυδαύλους λέγων καὶ χορεῖα καὶ βατάνια.

quibus ſi metrica ratio aeque bene, atque ſententia, conſtaret, non auſus eſſem tria ſequentia adiicere verba; quae ſenarium utique iambicum nec incipere nec claudere poſſunt. Sed utcumque haec apud poëtam digeſta aut enunciata fuerint; illud certum habui, male iſta vulgo pro Athenaei verbis ſic edita fuiſſe: Πᾶσαν τὴν ἡδονὴν μνημονεύει τοῦ καυδαύλου καὶ Φιλήμων &c. Nam in *Philemonis* ῥήσει quae ſubiicitur nonniſi uno verbo memoratur *candaulus*: de eius *deliciis* vel *condimento* (nam utroque modo ἡδονὴν intelligere poſſis) nihil quidquam; non magis quam in *Nicoſtrati* & *Menandri* teſtimoniis, quae cum illo iunguntur. Quare iſta tria verba πᾶσαν τὴν ἡδονὴν non dubitavi ad *Alexidis* verba adiungere.

Φιλήμων ἐν Παριόντι. Probabilior videtur titulus, quo iſta fabula apud Noſtrum lib. IV. pag. 170. f. inſignitur, Παρεισιόντι. Verſus ab Athenaeo hîc adlati, quum nullâ prorſus metri habitâ ratione diſtributi eſſent, digeſſi ut praeivit Bentley, in Emend. in Philem. p. 115. Cum eodemque tertium verſum adiectâ particulâ δαὶ vel δὲ integrandum exiſtimavi. Aliud Toupio placuit, & ſenſui & ſenario ſe proſpexiſſe autumanti, ἐν στενωπίῳ pro ἐν στενῷ legendo. De *thrio* notavit Clericus in Philemonis Fragm. pag. 319. fuiſſe edulium in uſu apud Athenienſes, ſic dictum quod θρίῳ ſeu *folio ficus* eſſet involutum. Frequens huius cibi vel condimenti mentio apud Noſtrum: vide Animadv. ad IX. 379. e. Saepe acuto accentu ſignatum nomen reperitur, quemadmodum & hîc editum erat; neſcio an conſentiente ms. *A.* e quo nil enotatum: in *Epit.* autem deeſt Philemonis teſtimonium. Sed recte θρῖον circumflexo accentu ſcripſit *Bentley* l. c. quem-

admodum desiderabat metri ratio. Constanter enim producitur prima huius vocab. syllaba; de quo etiam BRUNCKIUS monuit ad Aristoph. Acharn. 1102. Sic apud Nostrum, IX. 405. d. Et sic apud eumdem Nostrum, cum alibi scriptum malim, tum praesertim scribi debuerat IV. 170. b. & 172. b. ubi producendam syllabam manifeste versus declarat. In *NICOSTRATI versu* 2. rursus θρίον erat editum, a quod ibi & ms. *Ep.* tenet, puto etiam membr. *A.* Et metri quidem caussâ perinde & productae & brevi syllabae locus erat: sed quum de quantitate ex reliquo poëtarum usu satis constet, etiam hîc mutare non dubitavi.

Μένανδρος, Τροφωνίῳ. Ἰωνικὸς πλούταξ· ὑποστάσεις ποιῶ, &c. »*MENANDRI* locum alibi exposuimus.« CASAUBONUS. — Vide Animadv. ad IV. 132. f. Quam ibi in contextu ponere non ausus eram sagaciſſimam CORAYI emendationem, eamdem nunc non potui quin reciperem, & ibî receptam velim.

οἱ Λυδοὶ παρατάττονται μετὰ συρίγγων καὶ αὐλῶν, ὡς φησιν Ἡρόδοτος. Vide *HERODOT.* I. 17. *Ibid.* καὶ Λακεδαιμόνιοι δὲ μετ' αὐλῶν ἐξορμῶσιν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, καθάπερ Κρῆτες μετὰ λύρας. Lubens tenui ἐπὶ τοὺς πολεμίους, quod tacite sic CASAUBONUS posuit pro eo quod libri dederant, ἐπὶ τοὺς πολέμους. Lacedaemonios a Cretensibus, ut alia, sic illam partem disciplinae militaris accepisse referunt auctores: &, *Cretenses aeque ac Lacedaemonios tibiam & rhythmum ad bella adhibuisse*, ait Polybius Historiar. IV. 20, 16. *Lyrâ* etiam eodem consilio *usos esse Cretenses* nemo, quod sciam, nisi auctor noster tradidit: id ipsum tamen diserte repetit infra, lib. XIV. p. 627. d.

AD CAP. XIII.

Ἡρακλείδης δ' ὁ Κυμαῖος, ὁ τὰ Περσικὰ συγγράψας, ἐν b τοῖς ἐπιγραφομένοις Παρασκευαστικοῖς &c. »De *HERACLIDIS Paraſceuaſticis* ante dictum.« CASAUB. — Vide IV. 145. a. quem ad locum quae cum de hoc *Heraclide*, tum de aliis cognominibus adnotavit Casaubonus, ea in *Indice Auctorum*, quibus usus est Athenaeus, a nobis referentur. Ibi τὰ Παρασκευαστικὰ DALECAMPIUS intellexerat librum *De Epulorum apparatu* conscriptum, idque etiam in Auctorum Indice eodem modo repetiit: at hîc tamen re-

ctius in verſione poſuit, *in Libris quos Praeparantes nuncupat.*

ὁ ἐν τῇ λιβανοφόρῳ χώρᾳ βασιλεὺς αὐτόνομός τε ἐστὶν, καὶ οὐδένος ὑπήκοος. Haec quum perabſurde interpretatus eſſet Dalecampius, monuit CASAUBONUS: »*Rex* ille *Ara-*»*biae thuriferae*, qui dicitur hîc αὐτόνομος καὶ οὐδενὸς ὑπή-»κοος, *ſui iuris fuit, & nemini parebat:* nempe [nulli] »maiori Regi, ut infiniti alii in Oriente reguli.«

διατρίβει τε γὰρ ἀεὶ ἐν τοῖς βασιλείοις. Obſequendum exiſtimavi doctiſſimis duumviris, pro vulgato βαλανείοις ſic corrigendum monentibus, WESSELINGIO ad Diodor. Sicul. III. 41. & VALCKENARIO ad Eurip. Phoen. p. 618. Quod ſubiicitur, δικαστὰς αὐτὸς ἀποδεικνύει, malebam αὐτοῖς: ſed vulgatum tenet mstus codex uterque.

c *Mox*, ubi (conſentientibus eisdem libris) ſcribitur καὶ αὐτὴ ἀλύσει δέδεται, equidem καὶ αὕτη malebam.

AD CAP. XIV.

d Παρὰ δὲ Τυρρηνοῖς &c. »Lydis ſubiiciuntur orti Lydis »*Etrusci* veteres. Olim magnae eius populi opes, ut ſci-»mus ex hiſtoria Romana: luxus igitur & deliciae pro »opibus. Atque ecce exemplum in mundo reipublicae a »Platone multo poſt inſtitutae. Ait enim, τρέφειν δὲ τοὺς »Τυρρηνοὺς πάντα τὰ γινόμενα παιδία, οὐκ εἰδότας ὅτου »πατρός ἐστιν. Sed eripiamus nos ex his cloacis.« CASAUBONUS. — Nec nobis immorari his animus eſt. Pauca ſunt, quae de ſcripturâ monere debemus.

πολλάκις καὶ μετ' ἀνδρῶν. Sic ms. *A.* Paulo aliter *Ep.*

e πρὸς ἑαυτάς τε καὶ μετ' ἀνδρῶν. *Dein*, παρ' οἷς ἐὰν τυχ. & οἷς ἐὰν βουληθ. uterque dedit codex mstus: a qua ſcripturâ nil opus erat ut discederent editores. Paulo inferius, ubi legebatur, ἐπιχώριον γὰρ καὶ τοῦτο παρ' αὐτοῖς. ἐπεὶ καὶ τοσούτου &c. ibi vocem ἐπεὶ ignorant ambo mssti; ſed pro ea in ms. *A.* ſcribitur παρ' αὐτοῖς ἐστίν, ut edidimus: in *Epit.* vero abeſt verbum ἐστίν. In eadem *Epit.* finitur disputatio de *Etruſcis* in hisce verbis, καὶ τοσούτου δέουσιν αἰσχρὸν ὑπολαμβάνειν, ὥστε καὶ ὁμολογοῦσιν.

f In his quae ſequuntur, tria verba ἢ κατὰ συγγενείας adiecta dedit ms. *A.* Dein eodem praeeunte ἔτι καιομένων edidimus. Poſt αὖθις vero verbum εἰσάγουσι ex

coniecturâ adiiciendum & e ſuperioribus repetendum exiſtimavimus.

παρὰ Σαυνιτῶν utriusque codicis mssti auctoritate b reſtituimus auctori. Sic ſolent nomen illius populi efferre Graeci ſcriptores. Vide quae notavimus ad Appiani Praefationem Hiſtoriis Romanis praefixam, cap. 14. & ad Polyb. I. 6, 6. Suo arbitrio editores Σαμνιτῶν hîc poſuerant.

AD CAP. XV.

αἱ τῶν Σικελῶν τράπεζαι. Vide I. 25. e. & ibi not. Ad- c de COGNATI Adagia, inter Eraſmiana, pag. 446.

Ibid. τὴν παρ' αὐτοῖς ϑάλατταν. Sic recte mssti ambo; non αὐτῶν.

λουτροχόοι καὶ παραχύται. Confer Caſauboni Animadv. ad XI. 484. b.

ἀνὴρ Συβαρίτης, -- ἔφη, ἰδὼν τοὺς ἐργάτας σκάπτοντας, d αὐτὸς ῥῆγμα λαβεῖν. » Homo delicatulus cum videret qui » agrum foderent, ita offenſus eſt aſpectu laborantium, » ut *ſibi ipſe videretur fodi.* Id dixit auctor, ῥῆγμα λαβεῖν: » ſic enim maluit, quam ὄρυγμα. Cedo autem, quid aliud » eſt ῥῆγμα λαβεῖν, niſi ὀρύττεσθαι? Non aſſentior eru- » ditiſſimo medico, [Dalecampio,] qui ῥῆγμα hîc ex arte » ſuâ aliter interpretatur. Proxima narratiuncula [de eo qui » pulverem in palaeſtrae uſum fodiebat] noſtram expoſi- » tionem ſatis firmat.« CASAUBONUS. — Immo vero (de quo etiam PALMERIUS monuit pag. 520 ſq.) optime DALECAMPIUS in verſione poſuerat, *ruptam ſibi fibram;* adiectâ Notâ in orâ: » ῥήγματα & σπάσματα, uſitata Medicis » vocabula, *fibrarum carnis, venarum, arteriarum, nervorum* » *diruptiones, effractiones, eliſiones,* ob lapſum corporis ex » alto, incuſſa quae gravia ſunt, vehementes conatus ſal- » tandi, onera geſtandi, feriendi, & eiusmodi alios.« — Confer FOESII Oeconom. Hippocr. p. 551 ſq. Narratiunculas, quas hîc tradit Auctor, easdem habes apud Senecam, lib. II. DE Ira, cap. 25. ubi nomen etiam hominis editur *Mindyrides*, idem qui Noſtro *Smindyridas*, XII. 511. c. VI. 273. b. & XII. 541. b.

ἐν Κρότωνι. Sic ms. *Ep.* conſtanter cum edd. a recto caſu Κρότων, quae eſt maxime legitima in hoc nomine forma, quam & ſubinde membr. *A.* tenent: ſed in his

d ſicut hîc Κροτῶνι, ſic pag. 528. b. in accuſativo caſu Κροτῶνα ſcribitur, tamquam a recto Κροτών.

Ibid. σκάπτοντί τινι τὴν τῶν ἀθλούντων κόνιν. Iſtum τὴν articulum, adiectum dedit uterque codex mstus: quem malles quidem poſt ἀθλούντων reiectum, ut (quemadmodum in ſuperiorum editionum ſcripturâ) arctius cohaererent verba τινὶ τῶν ἀθλούντων, intelligereturque fuiſſe eum qui *arenam fodiebat*, liberum hominem, *unum ex illis ipſis qui in palaeſtra exerceri conſueviſſent.* — » De *Athletarum* ae» mulatione in *fodiendâ terrâ*, ſatis in Theocriticis Lectioni» bus. « Casaubonus. — Vide Theocriti Interpretes ad Idyll. IV. vs. 10. & praeſertim Caſauboni Lection. Theocrit. cap. 6. Adde quae cum ab aliis, tum a nobis, notata ſunt ad Epicteti Diſſert. III. 15, 4. Ἀφὴν a Graecis proprio nomine vocari ſolitum *pulverem*, quo ſe invicem conſpergere nitebantur athletae, monuerat etiam hoc loco Dalecampius.

e Ἄλλος δὲ Συβαρίτης παραγενόμενος εἰς Λακεδαίμονα &c. Eamdem rem iam narraverat Noſter libro IV. p. 138. *d. e.* Conf. Meurſii Miſcell. Lacon. lib. I. cap. 10. & Petr. Victor. Var. Lect. III. 15.

AD CAP. XVI.

πλουαμίδας. Sic, cum *acuto* accentu, ſcribitur id nomen in utroque cod. ms. *Ibid.* ἐπιχωριάζειν δὲ παρ' αὐτοῖς. Unde pendeat hic infinitivus, haud adparet. Parum quidem commode ad id, quod ſuperiori ῥήσει legitur, ἔθος δὲ referas: nam ipſum hoc verbum ἐπιχωριάζειν idem fere valet ac ἐν ἔθει εἶναι, *in uſu eſſe*, *uſitatum eſſe in aliqua regione*, ut apud Noſtrum, XI. 484. f. & apud Polyb. VI. 46, 3. Itaque ſic ſcribere potuiſſet auctor, ἐπιχωριάζει δὲ παρ' αὐτοῖς διὰ τρυφὴν τρέφειν ἀνθρωπάρια &c. ſed vulgatum tenent ambo mssti codices. Quae ſcriptura ſi ab Athenaei manu eſt, ſubintelligendum fuerit verbum φασὶ, ut frequenter aliâs. Suſpicari etiam poteras, in verbis paulo poſt ſubiectis, ὥς φησιν ὁ Τίμων, *abundare* ὡς particulam, ex terminatione praecedentis vocabuli perperam invectam; tum vero, pro ὁ Τίμων coniectare poſſis Τίμαιος ſcriptum oportuiſſe: ut a verbis φησὶν ὁ Τίμαιος penderet ille infinitivus ἐπιχωριάζειν cum ſuis accuſativis. Sed merae hae hariolationes

ſunt: rurſus in illam ſcripturam ὡς φησιν ὁ Τίμων ambo mssti conſentiunt; videnturque haec verba ad unum vocabulum σκωπαίους referenda, & *Timon* intelligendus *Sillographus*. Verumtamen paulo ante (lit. *d.*) diſerte *Timaeus* auctor citatus eſt: rurſusque pag. ſeq. *b.*

ἀνθρωπάρια μικρὰ, καὶ τοὺς σκωπαίους, ὡς φησιν ὁ Τίμων, τοὺς καλουμένους παρά τισι στίλπωνας. Ad ſcripturam olim vulgatam σκοπαίους, monuit CASAUBONUS: »*Nani* σκοπαῖοι in antiquis per ω magnum ſcribun- f »tur, σκωπαῖοι, recte. Euſtathius: [ad Odyſſ. ε'. p. 207. »l. 46.] Ἴσως δὲ τῶν σκώπων (id eſt nomen avis imitatri- »cis & ſaltatricis) παρώνυμοι καὶ οἱ παρὰ τῷ Τίμωνι σκω- »παῖοι, παρὰ Λάκωσιν ἐπιχωριάζοντες· ἀνθρωπάρια ἐκεῖνοι »μικρὰ, καλούμενα παρά τισι στίλπωνες. Incogitantiâ di- »xit παρὰ Λάκωσι, cum debuiſſet παρὰ Συβαρίταις.« — Quos *antiquos* codices dixit Caſaubonus, in quibus σκωπαίους per ω magnum ſcribatur, non ſunt illi codices quibus plenius Athenaei opus continetur; ſed *codices Epitomae:* nec aliunde eam ſcripturam Euſtathius noverat; cuius error etiam, quod de *Lacedaemoniis* hîc agi putavit, ex eâdem Epitomâ repetendus: nam cum ibi poſt id quod *Spartae* accidiſſe narravit Athenaeus, omiſſis iſtis ex opere pleniore de *pueris purpuram indutis*, continuo hoc de *pumilis* ſubiiciatur, ad Spartanos haec pertinere Euſtathius exiſtimavit. Codices plenius opus exhibentes & vetus noſter *A.* cum editis σκοπαίους tenent. Nusquam vero alibi hodie nec hoc vocabulum, nec alterum, στίλπων, de eo prodigiorum genere, de quibus hîc agitur, uſurpatum reperitur. Praetuli autem ſcripturam a Caſaubono commendatam, quoniam ea probabilem ſaltem aliquam nominis rationem (eam nempe ipſam, quam ſpectaverat Euſtathius) oſtendere videbatur: quae ratio etiam probabilior fit ex eis quae de *ſcope* ave *Conradus* GESNERUS (qui *aſionem* illum latine nominat) adnotavit, Hiſtoriae Animal. lib. III. de Avibus, pag. 223 ſq. Caeterum priſcum illum *Sybaritarum* morem, quem hîc narrat Athenaeus, longo poſt tempore aemulati ſunt Romani, & mulieres praeſertim Romanae, quibus *pumilos & contortos & alia id genus prodigia* in deliciis fuiſſe paſſim apud Romanos ſcriptores legimus. Vide quae ad Suetonii Auguſt. cap. 83. cum a CASAUBONO, tum a GRAEVIO adnotata ſunt: poſt quos conſuluiſſe iuvabit quae de eodem argumento nu-

per BOETTIGERUS disputavit in libro reconditae eruditionis pleno, qui *Sabina* inſcriptus eſt. Vocabulum σκοπαῖος vel σκωπαῖος HERMOLAUS BARBARUS ſuſpicatus erat latere in illius homuncionis nomine, quod *Conopas* vulgo editur apud Plinium, Hiſt. Nat. VII. 16, 16. Nanos στίλπωνας fortaſſe eo dictos fuiſſe coniectavit DALECAMPIUS, quod *Stilpo* philoſophus ſic puſillus fuiſſet: at de hoc quidem nemo tale quidpiam memoriae prodidit. Euſtathius, loco citato, στίλπωνας, quaſi στίλβοντας, *nitentes, pulcros*, dictos ſtatuit, in memoriam revocans id quod de *ſimilis* Pindarus dixit, Pyth. II. 132. καλὸς τοι πίθων, παρὰ παισὶν ἀεὶ καλός.

Μασανάσσης. Sic fere efferunt Graeci ſcriptores *Maſiniſſae* nomen, ut ex *Epit.* editum erat. Caeterum & Μασσανάσσης reperitur, ut habet ms. *A*. De cuius nominis variâ ſcripturâ paſſim ad Appianum & ad Polybium diximus. Παρ' ὑμῖν, ὦ οὗτος, αἱ γυναῖκες οὐ τίκτουσι παιδία; »*Maſſaniſſae* apoththegma, ſive ut auctor vocat »ἀπόκρισιν, imitatus eſt Caeſar eo dicto quod refertur a »Plutarcho in vita Periclis.« CASAUB. & DALECAMP. — Vide ipſum initium vitae Periclis apud Plutarch.

a Καὶ γὰρ πόσῳ &c. »Distingue verſus *EUBULI*,

»Καὶ γὰρ πόσῳ κάλλιον, ἱκετεύω, τρέφειν
»ἄνθρωπον ἔστ' ἄνθρωπον, ἂν γ' ἔχῃ βίον.

»*Quanto honeſtius eſt, obſecro, hominem alere hominem, ſi cui* »*opes ſuppetant!*« CASAUB. — Nempe *verſu* 1. verbum ἱκετεύω commatibus vulgo non erat interceptum. Eodem verſu, quum in voce κάλλιον penultimam conſtanter corripiat Homerus, in eo eram ut complendae verſus menſurae cauſſâ ἱκετεύω σε ſcribendum cenſerem; cum produci eamdem ſyllabam ab Atticis poëtis animadverti. Sic ſane Ariſtoph. Plut. 938. Sophocl. Oed. Tyr. 55. &c.

Verſu 2. nude ἂν ἔχῃ ſcribitur in membr. *A*. ut in edd. Ubi tutius utique videri debebat, aut ἄν γ' ἔχῃ corrigere cum Caſaub. aut ἢν ἔχῃ cum GROTIO in Exc. pag. 657. Denique etiam ἐὰν ſcribere poteras. Sed & nudam ſcripturam ἂν ferri poſſe exiſtimavimus. Vide Animadv. ad VII. 289. a. vs. 26. & ad VIII. 336. c. T. IV. Animadv. pag. 510. Verba ἂν ἔχῃ βίον praetermiſit Breviator.

Verſ. 3. »Addit *EUBULUS*, ἢ χῆνα πλαταγίζοντα »καὶ κεχηνότα. Anſerum πλαταγισις ſive πλατύγισις, »ſonus ille eſt quem in lacu edunt aut ſtagno, aquas alis

»tundentes. Nam quando gratitant aut gingriunt, παπτάζειν Graecis dicuntur, si modo recte scriptum in libris »Pollucis: quod alibi considerandum. « CASAUBONUS. — Vide Polluc. VI. 90. πλατυγίζοντα, non πλαταγ. dedit mstus cod. uterque, recte. Suidas: Πλατυγίζει· τοῖς πτεροῖς κρούει. Inde metaphorice pro ἀλαζωνεύειν, apud Aristoph. Eq. 827. Est tamen in usu & vicinum verbum πλαταγεῖν: quod κροτεῖν interpretatur Hesychius.

Ἀθηνόδωρος δὲ ἐν τῷ περὶ Σπουδῆς καὶ Παιδιᾶς. Sic b editiones omnes, id est, *De Seriis & Iocis*, ut commode latine reddidit VOSSIUS lib. II. DE Historic. Graec. cap. 5. pag. 184. sive, *De Studio & Ludo*, ut PERIZONIUS ad Aelian. Var. Hist. XII. 15. DALECAMPIUS vero, *De Studiis & Institutione disciplinarum* vertens, de suâ coniecturâ καὶ Παιδείας legerat: quam ipsam licet scripturam veteres membranae tueantur, tamen tenendam illam putavi quae sive ex iunioris alicuius librarii sive e primi editoris ingenio edita erat. Quemadmodum veteri nostro librario nihil solennius vocalium ι & ει permutatione, sic sigillatim illa ipsa nomina παιδεία & παιδιὰ cum in aliis libris, tum in nostris frequenter inter se permutata reperiuntur.

Quae sequuntur, sic edita erant: Ἀρχύτην φησὶ τὸν Ταραντῖνον πολιτικὸν ἅμα καὶ φιλόσοφον γενόμενον, πλείστους οἰκέτας ἔχοντα, ἀεὶ τούτοις παρὰ τὴν δίαιταν ἀφιεμένοις εἰς τὸ συμπόσιον ἥδεσθαι. Ibi CASAUBONUS: »Lego (inquit) cum Excerptis, πλείστους οἰκέτας ἔχοντα »ἀεὶ, τούτοις παρὰ τὴν δίαιταν ἀφικνουμένοις εἰς τὸ »συμπόσιον ἥδεσθαι. *Archytam cum plurimos semper haberet »servos, solitum oblectari, si ipso cibum sumente, illi in coena»tionem venirent.* Haec ita in Excerptis. Vulgo ἀφιεμένοις »εἰς τὸ συμπ. Sed, quorsum hoc? iure quaerat aliquis. »Nam agit hîc auctor non de moderatione clementis do»mini erga servos: verum de *oblectatione quae ex infantibus »capitur honestius, quam ex pumilis aut simiis.* Constat no»bis, quaesito verborum compendio depravatum esse hunc »locum. Nam de eodem loquens Aelianus [Var. Hist. XII. »15.] ita narrat, Archytam vernulis suis plurimum esse »oblectatum. Sic ille, verbis prope iisdem: Ἀρχύτας ὁ »Ταραντῖνος, πολιτικός τε καὶ φιλόσοφος ἀνὴρ γενόμενος, »πολλοὺς ἔχων οἰκέτας, τοῖς αὐτῶν παιδίοις πάνυ σφόδρα »ἐτέρπετο, μετὰ τῶν οἰκοτρίβων παίζων. μάλιστα δ' ἐφίλει »αὐτοῖς τέρπεσθαι ἐν τοῖς συμποσίοις. Sive igitur institutum

b »ab Athenaeo ſermonem ſpectes, ſive Aeliani teſtimo-
»nium, ſcribendum paret hoc modo: τοῖς τούτων παι-
»δίοις παρὰ τὴν δίαιταν ἀφικνουμένοις εἰς τὸ συμ-
»πόσιον ἥδεσθαι: *ſolitum oblectari, ſi ipſo cibum ſumente, eo-*
»*rum nati in coenationem venirent.* Convenienter huic nar-
»rationi addit auctor: Ἀλλ' οἱ Συβαρῖται ἔχαιρον τοῖς Με-
»λιταίοις κυνιδίοις, καὶ ἀνθρώποις οὐκ ἀνθρώποις. Appel-
»lat *homines non homines*, non ut in vetere gripho, [X.
»452. c.] eunuchos, ſed *pumilos:* quos, & ſimiles ipſis,
»Auguſtus [apud Sueton. c. 83.] vocabat *ludibria naturae*
»*& mali ominis.* De his ad Suetonium. « — Nos Epitomae
ſcripturam adoptavimus; non quod certiſſimam iudicare-
mus, ſed quod certior non ſuppeteret. Fortaſſe vero *plu-
ra quaedam verba* hîc iam in vetuſtiore quodam codice, e
quo & noſter cod. *A.* derivatus eſt, & ille quo Breviator
uſus erat, *interciderant:* & quum ἀφιεμένοις in ſuo quo-
que codice Breviator reperiſſet, id ille ſuâ coniecturâ in
ἀφικνουμένοις mutaſſe videtur. ἀφιεμένοις vero, quod ve-
teres membranae habent, ex ἀφειμένοις corruptum
mihi videbatur, id eſt, *ſi remiſſioribus animis eſſent, ſi libe-
rius agerent:* ac fortaſſe utrumque hîc iunctum legebatur,
delectari ſolitum Archytam, & cum ſervos ſuos, cibum
capientes, remiſſioribus eſſe animis & liberius agere vide-
ret, & cum illorum parvuli ſuis epulis interverirent: qua
occaſione *crepitaculum*, parvulorum ludicrum, a philoſo-
pho inventum eſſe probabiliter coniectavit Perizonius l. c.
KÜHNIO vero (in Notis ad Aelian. l. c.) probabiliter quidem
ἀφιεμένοις apud Athenaeum in ἀφειμένοις mutandum cen-
ſenti, ſed iſta verba, παρὰ τὴν δίαιταν ἀφειμένοις εἰς τὸ
συμπόσιον, ſic accipienti, *illis inter coenandum prandendum-
ve in convivium admiſſis*, aegre adſentiaris. ἀφίεσθαι enim
dimitti vel *remitti* ſonat, *admitti* ſignificare non poteſt. Cae-
terum parum commode *Caſaubonus* adverbium ἀεὶ ad ſu-
periora relatum voluerat, quod peraptâ orationis diſtin-
ctione in noſtro ms. *Epit.* haud ambigue cum ſequentibus
iungitur. Sic enim in hoc codice ſcribitur: Καὶ Ἀρχύτας
δὲ ὁ Ταραντῖνος πλείστους οἰκέτας ἔχων πολιτικὸς ἅμα καὶ
φιλόσοφος γενόμενος, ἀεὶ τούτοις παρὰ τὴν δίαιταν ἀφικ-
νουμένοις ἥδετο. Ubi omiſſa ſunt verba εἰς τὸ συμπόσιον:
quae ex interpretatione verborum παρὰ τὴν δίαιταν videri
poſſent irrepſiſſe, niſi vocabulum συμπόσιον non modo
convivium, ſed etiam *coenaculum* ſignificaret, ſicut V. 205. f.

& alibi; quâ notione etiam hîc rectè Casaubonus accepit, *coenationem* latine reddens. Scripturam olim vulgatam sic reddiderat Dalecampius: *voluptatem semper inde cepisse, si quando praeter consuetum victum eos convivatum dimitteret.* At παρὰ τὴν δίαιταν haud dubie nil aliud sonat, nisi *inter coenandum.* Quod deinde ait auctor, *homines non homines:* id non tam ad *pusillam* nanorum *staturam*, quam eo referendum, quod in illo genere *monstrosissimâ* etiam quâque *corporis formâ* maxime delectarentur, quâ fiebat ut isti homunciones satyris aut simiis aut cuivis prodigio similiores quam hominibus essent. Conf. Reinesii Var. Lect. lib. I. c. 23. cuius verba etiam Potterus ad Clementis Alex. Paedag. lib. III. cap. 4. adposuit.

AD CAP. XVII.

εἰς τὰ τῶν Νυμφῶν ἄντρα τῶν Λουσιάδων. *Lusiades Nym-* c
phae nusquam alibi, quod sciam, memoratae reperiuntur. A *lavando* (ἀπὸ τοῦ λούσασθαι) nomen habere certum videtur. Ceres Λουσία, indidem sic dicta, commemoratur Pausaniae, VIII. 25. p. 649. Commodeque ad voc. Λουσιάδων hîc adnotavit Dalecampius: »Sic vocabant, quod ex »illis speluncis scaturirent fontes in quibus lavarentur.«

προσκηρύττοντες οὐκ εὔνοιαν. »*Sybaritae*, inquit, *publica* d
»*convivia saepe agitare soliti:* καὶ τοὺς λαμπρῶς φιλοτιμηθέν»τας χρυσοῖς στεφάνοις τιμῶσι· καὶ τούτους ἀνακηρύττουσιν »ἐν ταῖς δημοσίαις θυσίαις καὶ τοῖς ἀγῶσι, προσκηρύττοντες »οὐκ εὔνοιαν, ἀλλὰ τὴν εἰς τὰ δεῖπνα χορηγίαν. In aliis »Graeciae civitatibus, maxime autem Athenis, si quis de »republica bene esset meritus, huic *corona* praemium dari »solita; quae eius capiti imponebatur cum vel sacrorum »vel ludorum caussâ maxima undique turba hominum con»veniret. Accedebat *praeconis elogium*, & ut dicam cum »Iurisconsultis *superdictum*, proclamantis, *haberi* τῷ δεῖνα »*hunc honorem* εὐνοίας ἕνεκα τῆς εἰς τὸν δῆμον. At *Syba*»*ritae*, cum lautos convivatores donarent coronis, usita»tam formulam, quae fuit eorum vaesania, in istam mu»tarunt: χορηγίας ἕνεκα τῆς εἰς τὰ δεῖπνα: *magni*»*ficentiae ergo, quam in epulis publicis exhibuissent.* Inter»pres cum non animadverteret quam vim haberet prae»positio πρὸς in verbo προσκηρύττειν, totam sententiam »corrupit. Atqui manifesta est allusio ad formulam a prae-

d » cone ſolitam coronandis *ſuperdici*. In Cteſiphontis decre-
» to, quo decernebatur corona Paeanieo oratori, fuit ſcri-
» ptum: Κτησιφῶν εἶπεν, ὡς δεῖ στεφανῶσαι τὸν Δημοσθένην
» τοῖς Διονυσίοις, ἐν τῷ τοῦ Διονύσου θεάτρῳ καὶ πᾶσι τοῖς
» Ἕλλησι· καὶ τούτων ἐναντίον ἀνειπεῖν τὸν κήρυκα, ὅτι στε-
» φανοῖ Δημοσθένην Δημοσθένους Παιανιέα ἡ πόλις ἀρετῆς συμ-
» πάσης ἕνεκα καὶ εὐνοίας τῆς πρὸς αὐτήν. Cicero ver-
» tit: [De Opt. gen. Orator. c. 7.] *Cteſiphon ſcitum fecit,*
» *ut coronâ aureâ Demoſthenes donaretur, eaque donatio fieret*
» *in theatro populo convocato, atque ita praedicaretur: Eum*
» *corona* [*donari*] *virtutis ergo benevolentiaeque quam er-*
» *ga populum Athenienſem haberet.* Sic in Senatusconſul-
» to quo decernitur ſtatua Demetrio Diodoti F. Syracu-
» ſano ita ſcriptum: Ἔδοξε τὸ δόγμα τόδε κολάψαντας ἐς
» χαλκώματα δύο, τὸ μὲν ἓν ἀναθέμεν εἰς τὸ βουλευτήριον,
» τὸ δὲ ἄλλο ἀποδόμεν Δημητρίῳ Διοδότου Συρακουσίῳ ὑπό-
» μναμα τᾶς ποτὶ τὸν δᾶμον εὐνοίας. Et in altero decreto
» in eiusdem honorem facto a Melitaeis: Ἀρετῆς ἕνεκα καὶ
» εὐνοίας ἣν ἔχων διατελεῖ εἰς τὸν ἡμέτερον δῆμον. Alluſit
» apud Ariſtophanem in Philonida, [apud Noſtrum XI.
» 472. d.] qui de hero dicebat, ἐμοὶ ὁ δεσπότης θηρίκλειον
» ἔδωκεν, οἶμαι χρηστότητος ἕνεκα. « Casaubonus. — In
Graeco contextu fortaſſe intercidit nonnihil: certe ſic ſcri-
ptum malles, προσκηρύττοντες οὐκ εὔνοιαν εἰς τὸν δῆμον,
ἀλλὰ τὴν εἰς τὰ δεῖπνα χορηγίαν. Continuo dein, ſi
vera eſt ſcriptura, quam cum editis tenent membranae *A.*
e ἐν οἷς στεφανοῦσθαι καὶ τῶν μαγείρων &c. ſubintelligi
debebit verbum φησὶ, ſcil. ὁ Τίμαιος.

πύελοι – – ἐπυριῶντο. » Sequitur aliud luxus argumen-
» tum: Παρὰ Συβαρίταις δ' εὑρέθησαν καὶ πύελοι ἐν αἷς κα-
» τακείμενοι ἐπυριῶντο. Non ſunt πύελοι *coenacula*, [ut ver-
» tit Dalec.] ſed *balneorum ſolia* aut *cellae*. Neque aliud
» voluit auctor quam fuiſſe inventam a Sybaritis novam
» cellarum formam, prioribus Graecis incognitam. Intel-
» ligit autem πυριατήριον, ſive *cellam ſudatoriam:* aut ſolii
» machinoſam aliquam formam, quae eſſet ἀντὶ πυριατη-
» ρίου. « Casaubonus. — Vide H. Steph. Theſ. T. III. p.
630. & Foeſii Oeconom. Hippocr. voce Πυρία.

πρῶτοι δὲ καὶ ἀμίδας ἐξεῦρον. » De *matulis tricliniaribus*
» dictum libro primo. « Casaubonus. — Vide I. 17. e. &
ibi notata. *Ibid.* γεγηρακέναι ἐπὶ ταῖς τῶν ποταμῶν γε-
φύραις. *Inter duos fluvios, Crathin & Sybarin*, ſita erat *Sy-*

baris. Illi fluvii pontibus iuncti fuisse videntur commode e & magnifice constructis, in quibus convenire & deambulare consuessent cives.

AD CAP. XVIII.

Huius capitis primora verba quum sic vulgo scripta essent, Δοκεῖ δὲ μέγα τῆς εὐδαιμονίας αὐτῶν εἶναι, ὅτι ἐκ τῆς χώρας &c. monuit hoc loco CASAUBONUS: »Deesse aliquid videtur in istis, Δοκεῖ δὲ μέγα &c. puta »σημεῖον aut τεκμήριον: & periodi eiusdem postrema verba sunt corrupta, nisi ita concipias, συμπαροξύναι πάντας ἐκτρυφῆσαι, καὶ πᾶν ποιῆσαι ὡς ζῆσαι ὑπὲρ τὸ μέτρον ἐκλελυμένως. Sed meliorum librorum expecto hîc »auxilium.« — Priora verba in eam sententiam, quae Casaubono placuit, etiam DALECAMPIUS acceperat, vertens: *Eorum quidem felicitatis magnum hoc argumentum, quod* &c. Sed in sequentibus verbis miro quodam modo a perspicuâ auctoris sententiâ idem aberravit interpres: de cuius erroribus iam nihil adtinet dicere. In *Epit.* tota deest periodus. Vetus codex *A.* nihil ab editis dissentit, nisi quod μετὰ τῆς εὐδ. habeat, (quam scripturam etiam ex Aegianis lectionibus e codice Vatic. adnotatam a Casauboni manu video in Athenaei exemplo, quod olim ipsius fuerat) & quod συμπαροξῦναι penultimâ circumflexâ scribat: quorum utrumque verum est. Sed orationis progressionem connexionemque turbant duo verba, εἶναι & ὅτι: quae aut ex uno quodam alio (nescio quo) corrupta fuerint, aut temere invecta ab homine, qui, totam periodi comprehensionem non perspiciens, deesse aliquid eo loci suspicaretur. Sed quoniam insertis illis verbis tamen ne sic quidem vel tantulo commodior existit gressus orationis, immo multo etiam magis turbatur; perquam mihi fit probabile, non tam consulto intrusa a sciolo quodam esse ista verba, quam casu & per errorem nata ex alia quadam voce, quam eo loci scripsisset auctor; quae quidem talis fuisset, ut eâ etiam prorsus omissâ tamen vel sic ratio constaret reliquae orationi. Itaque duo illa verba, εἶναι, & ὅτι, ut suspecta uncis includens, & scripturam μετὰ restituens auctori, reliqua omnia sana atque integra esse existimavi; in eam sententiam accipienda, quam in latina nostra versione satis puto perspicue expressimus. μετὰ cum

genit. casu *praeter* significat, vel *iuxta cum*, quemadmodum
f X. 413. c. & saepe aliâs. *Ibid.* ἡ δὲ πόλις αὐτῶν ἐν κοίλῳ κειμένη. Particula δὲ notione explanativâ intelligenda, *scilicet*: vel causali, ut item fere ac γὰρ valeat; *est autem*, pro, *est enim*. Dicit autem *in cavo* sitam urbem; scilicet quae a septemtrione praealtos montes planitiei praetentos haberet. Conf. HEYNE, Opusc. Acad. Vol. II. pag. 128. Scripturam πρὸς ὑγίειαν dedit ms. *A*.

a ὅθεν καὶ ῥηθῆναι. Ad hunc infinitivum rursus (ut paulo ante) intelligere possis φησὶν ὁ Τίμαιος: possis vero etiam ad praecedentem particulam ὥστε referre; quasi dixisset, καὶ ὥστε ῥηθῆναι ἐκ τούτου. *Ibid.* οὔτε δυόμενον οὔτε ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον ὁρᾶν. Conf. VI. 273. c.

ὧν ἦν εἷς Ἄμυρις. »Corrupte, ἔπεμψαν δέ ποτε καὶ »εἰς Δεοῦ τοὺς χρησομένους, ὧν ἦν Ἰσάμυρις. Nam scri»bendum, ὧν ἦν ὁ Ἄμυρις: vel ὁ Θάμυρις. Hic est »qui proverbio celebratur, Ἄμυρις μαίνεται, aut Θάμυ»ρις: nam utroque modo scribitur. Consule Eustathium, »& Paroemiographos.« CASAUBONUS. — Vide Suidam voce Ἄμυρις, & ibi Küsterum, qui & ad Diogeniani Adag. Cent. 3. num. 26. provocavit, & Eustathii verba ex Comment. ad Iliad. β'. pag. 225, 27 sqq. adposuit, quae ille e Pausaniae Lexico Rhetorico transcripserat. Diversum est proverbium, Θάμυρις μαίνεται, ad alium hominem aliamque historiam spectans: de quo vide Zenobii Adag. Cent. IV. num. 27. & Suidam in Θάμυρις. *Sybaritae* huic Ἄμυρις nomen fuisse videtur: &, quod apud Athenaeum corrupte scribebatur ὧν ἦν Ἰσάμυρις, id haud dubie ex ὧν ἦν εἷς Ἄμυρις erat corruptum, de quo perspecte monuit doctissimus CORAY in Notis msstis. Eodem modo corrigendum hunc locum iam olim ADAMUS viderat, teste Villebrunio. Ipsa ista verba desunt *Epit.* In ms. *A*. ει & ι quavis occasione inter se permutari novimus. Totam historiam in hunc modum contraxit Breviator: Πυνθανομένοις δὲ Πυθῶδε μέχρι τίνος εὐδαιμονήσουσιν, ἡ Πυθία ἔφη, μέχρι τότε εὐδαιμονῆσαι (εὐδαιμονήσειν puto debuerat librarius) ἔστ' ἂν πρότερον ἄνητὸν Δεοῦ ἄνδρα σεβίσωσι. Καὶ οἱ μὲν ἐδόκουν οὐδέποτε παύσεσθαι τρυφῶντες &c.

καὶ ἡ Πυθία ἔφη· Εὐδαίμων &c. »Versus primus *sortis* »*editae Sybaritarum legatis*,

»Εὐδαίμων σὺ ἔσῃ τιμῶν γένος αἰὲν ἐόντων,

»ex duobus conflatus est. Nam alibi scriptum:

» Εὔδαιμον Συβαρῖτα, πανευδαίμων σὺ μὲν αἰεὶ a
» ἐν θαλιῇσι θεῶν τιμῶν γένος αἰὲν ἐόντων. « CASAUBONUS. — Speciem integritatis habebat primus verſus, qualis vulgo editus erat. Et quamquam *alibi*, (ut ſuo more vage & obſcure Caſaubonus ſignificavit) nempe apud Stephanum Byzant. voce Σύβαρις, loco unius duo illi verſus leguntur, quos adpoſuit Animadverſor, tamen licuerat Athenaeo duos in unum contrahere. At, non ita, ut editus ille verſus erat, ſcriptum reliquiſſe auctorem, docuerunt nos noſtrae veteres membranae, in quibus ſic ſcribitur: Εὐδαίμων σὺ μὲν αἰεὶ ἐν θαλίῃσιν ἔσῃ τιμῶν γένος αἰὲν ἐόντων, &c. Quâ ex ſcripturâ, collatâ cum eâ quae eſt apud Stephanum, perquam probabile videri debet, eo modo quo nos edidimus ſcripſiſſe Athenaeum.

Verſ. 3. Ad editam ſcripturam εὖτ' ἂν δὴ προτ. quae eadem apud Stephanum edita eſt, nihil ex ms. *A.* adnotatum. At ſi probum eſt εὖτ' ἂν, id eſt, *Quando, quum;* tum utique εὖτ' ἂν δὲ, non δὴ, videtur ſcriptum oportuiſſe, *quando vero* &c. ut ab his verbis incipiatur nova periodus, cuius protaſis tertio verſu contineatur, apodoſis autem quarto. Atque ſic ſcriptum malim. Si genuina ſcriptura δὴ eſt, pro εὖτ' ἂν praeſtabit ἔστ' ἄν, (id eſt, *usque dum, donec,*) quod, quemadmodum paulo ante docuimus, habet Epitoma. Sic vero tertius verſus non *maiori* diſtinctione, ſed *minori*, a ſecundo fuerit diſtinguendus.

ἐγένετ' οὖν αὐτοῖς τῆς τύχης ἡ μεταβολὴ &c. » Inſignis b
» eſt hiſtoria, quam & alii narrant, deletae Sybaridis irâ
» Deûm, unius ob culpam. Πολλάκι γὰρ ξύμπασα πόλις
» κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ. Ea culpa fuit: reverentia erga patrem quam erga numen maior. Simillima cauſſa & Co-
» riolanum perdidit: plus enim apud illum matris nomen,
» quam patriae maieſtas aut Deorum religio valuit. Scri-
» be γινομένων αὐτοῖς σημείων πολλῶν τῆς ἀπολείας. « CA- c
SAUBONUS. — Poſtrema deſunt Epitomae, εἶτα - - - διεφθάρησαν. Codex *A.* vero vulgatum tenet, σημείων πολλῶν καὶ ἀπωλείας: quod equidem non ferendum ratus, τῆς ἀπωλ. ut voluit Caſaub. correxi. Suſpicor tamen, transpoſitis verbis Athenaeum fortaſſe ſic ſcripſiſſe, σημείων καὶ πολλῶν ἀπωλείας vel τῆς ἀπωλείας. Dein quum ſic vulgo ſcribatur, περὶ ἧς νῦν οὐκ ἔτ' ἐπείγει &c. non invitus equidem caream particulâ ἔτι, quam delendam Co-

RAYUS cenſuit. Poterat tamen adiectâ iſtâ particulâ ſignificare Athenaeus, ſe, priusquam *de Sybaritarum exitio* loquatur, (quod argumentum deinde pag. ſeq. extr. breviter quidem tangit) adhuc nonnulla documenta luxuriae eorumdem commemoraturum. Vulgatam ſcripturam tenuit TOUP, hunc locum citans ad Longin. pag. 233. edit. in formâ quadratâ.

AD CAP. XIX.

d ἐνέδοσαν τοῖς ἵπποις τὸ ὀρχηστικὸν μέλος. Videtur muſicis uſitatum verbum fuiſſe ἐνδιδόναι τινὶ μέλος, *canticum incinere, praecinere, praeire.* Eodem verbo uſus eſt in eâdem hiſtoriolâ Aelianus DE Nat. Anim. XVI. 23. qui argumento ex ipſo Athenaeo noſtro (ut videtur) deſumto caeteroquin ſuum ſtylum adhibuit. Sic pro eo quod paullo poſt Athenaeus ait, τοὺς ἀναβάτας ἔχοντες ηὐτομόλησαν, Aelianus ſcripſit, ἀπεσείσαντο μὲν τοὺς ἀναβάτας, ἐσκίρτων δὲ καὶ ἐχόρευον, καὶ τὴν τάξιν συνέχεαν.

ὁ Λαμψακηνὸς Χάρων ἐν δευτέρῳ Ὡρων. Vide ſupra, ad XI. 475. b. *Ibid.* ἡγεμὼν δὲ τῶν Βισαλτέων ἦν Ὄναρις. Pro mendoſo ναρις, quod hîc cod. *A.* habet, mox deinde idem in Ὄναρις conſentit cum editis. Ducis nomen utrobique omiſit Breviator. Genitivus pluralis Βισαλτέων videri poterat a ſing. ὁ Βισαλτεὺς derivatus: ſed non erat in uſu haec forma nominis gentilis. Ionicâ formatione Βισαλτέων CHARON ſcripſerat, pro communi Βισαλτῶν a ſing. ὁ Βισάλτης, τοῦ Βισάλτου: quemadmodum & Καρδίην, & Καρδίῃ, & Καρδιηνὸς, pro Καρδίαν, Καρδίᾳ, Καρδιανὸς, & e ὑπίξονται pro ἀφίξονται. Mox deinde, περὶ τούτου commode dedit ms. *A.* non περὶ τούτων.

τοῖς προσθίοις ὠρχοῦντο ἐξεπιστάμενοι τὰ αὐλήματα. Incommode Dalecampius: *ac ſtantes, prioribus pedibus, modorum intelligentiâ, ad ſaltationem uterentur.* Commodius Gallici interpretes: *marquant par les geſtes de leurs pieds de devant la meſure des airs de la flûte.* Nempe, ſi *poſterioribus pedibus inſiſtentes* revera *ſaltarunt*, neceſſario eisdem poſterioribus pedibus *motus ſaltatorios* exſequi debuerunt: quod autem dicit auctor ὠρχοῦντο τοῖς προσθίοις ἐξεπιστάμενοι τὰ αὐλήματα, (id eſt, ὠρχοῦντο τὰ αὐλήματα ἃ ἐξηπίσταντο) in hac dictione verbum ὠρχεῖσθαι de *geſticulatio-*

ne intelligi debet, *pedibus anterioribus ad praeeuntes tibiae modos peractâ.* Vide I. 21. a. & 22. a. & X. 454. f.

ἐφ' ᾧ οὔτε ῥαντισθήσεται. »Elegans hiſtoria eſt de Sy- a »baritâ illo, qui Sybari Crotonem navigaturus, condu- »cto navigio, pactus dicitur cum navis magiſtro ἐφ' ᾧ οὐ »ῥανθήσεσθαι, *ne aquae guttis aſpergeretur.* Recte Dalec. ac- »cipit de aquâ palmulis remorum tunſa: illud non recte, »quod navigationem hanc in fluvio factam cenſet, neque »ad locorum ſitum, neque ad auctoris ſui verba atten- »dens.« CASAUBONUS. — Ne exiſtimes corrigendum ῥανθήσεσθαι: probum eſt ῥαντισθήσεται, quod tuentur veteres membr. cum editis. Caeterum *feſtiva* fortaſſe videri haec narratiuncula poterat: *elegans* vero cur dicatur docto Animadverſori, non admodum video.

μόλις ἂν σου ὑπήκουσα, εἰ παρὰ τὴν θάλασσαν ἔμελλες πεζεύειν, καὶ μὴ παρὰ τὴν γῆν πλεῖν. Haud ſatis adparet, qua in re potiſſimum aut acumen reſponſi inſit, aut ſtoliditas & mollitiei ſignificatio, quam videtur notare voluiſſe auctor. DALECAMPIUS interpretatus erat: *reſpondit ille, vix ſe pariturum ac obſecuturum fuiſſe, ſi ſecus mare pedibus ingredi vellet, aut iuxta terram navigare.* Adieceratque hanc Adnotationem: »Stolidi & veſani utrumque: nimi- »rum pedibus iter facere in litore, cum navis ad manum »ſit: fluvioque navem ac ſe committere, cum tuta per »terram eunti via eſt.« Qua in interpretatione mireris, nihil aliud, quod reprehendi mereretur, reperiſſe Caſaubonum, niſi quod interpreti excidiſſet, ut *fluvio ſe committere* ſcriberet, cum *fluctibus* ſcribere voluiſſet. Equidem, ſicut prorſus non intelligo quaenam inſit illi reſponſo ſententia ex Dalecampii verſione, ſic illud perſpicue mihi videor videre, Gallicos interpretes plane contrarium dicentem facere auctorem eius quod verba illius manifeſte ſonant. Sic quidem VILLEBRUNIUS, neſcio an *Adamo* praeeunte: *Fort bien, car j'aurois eu bien de la peine à vous accorder votre demande, ſi vous aviez eu deſſein de ſuivre la côte à pied, & non dans cette barque.* At ſatis aperte profitetur hic homo, *minime ſe velle maritimi itineris ſocium eſſe.* Prior ille delicatulus, navi Crotonem traiecturus, pactus erat cum naviculatore, ut operam daret ne ſibi in traiectu ullum moleſtiae genus crearetur: alter vero tam mollis eſt, ut *navi ſeſe committere nullo pacto* audeat. *Fortaſſe*, inquit, *ſed & hoc ipſum aegre, comitaturus te eram, ſi terreſtri itinere proficiſ-*

ſci voluiſſes. Difficultas huius loci inde naſcebatur, quod verbum πεζεύειν nimis ſtrictâ notione acceperint interpretes, *pedibus ire* intelligentes. Atqui, Sybari pedibus ire Crotonem, (quae ducenta ſtadia, id eſt, XXV. millia paſſuum, inde aberat) id vero homini Sybaritae adeo portentoſum inceptum videri debuerat, ut de eo ne cogitare quidem ſuſtineret. Equo aut vehiculo illud iter ſuscipere, id ipſum iam nimis laborioſum moleſtumque homini noſtro videbatur. (Vide pag. 519. *c.* & *e.*) Iſta quidem, ni fallor, huic loco ſententia ineſt. Verbum πεζεύειν non ſolum valet *pedibus ire;* ſed & omninò *terrestri itinere proficiſci*, (quod ipſum latine nonnumquam *pedestre iter* dici ſolet,) licet equo veharis aut in carpento ſedens iter conficias. Vide Lexicon noſtrum Polybianum, voce Πεζεύειν, item in Πεζικὸς, in Πεζομαχία, & in Πεζός.

AD CAP. XX.

b ἀνθινὰ φορεῖν. Intellige ἱμάτια. Sic ποικίλα, λευκὰ, μέλανα, &c. Vide TOUP, in Suid. Part. III. p. 357.

ἐὰν μή τις αὐτῶν συγχωρῇ ἑταίρα εἶναι κοινή. »*Syracu-*»*ſanae legi*, qua fuit cautum *ne qua mulier veſtem geſtaret flo-*»*ridi coloris, aut purpurâ praetextam, niſi quae inter publica* »*ſcorta nomen profiteri vellet*, addit Euſtathius, [ad Iliad. τ'. »pag. 1252. l. 40.] velut interpretans: καὶ οὕτω οἰκεία εἶ-»ναι τῇ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ, τῇ καὶ ἑταίρᾳ: *& ita pertinere ad* »*auream Venerem, quae etiam ἑταίρα cognominatur.* Eſt au-»tem, *pertinere ad Venerem*, cenſeri inter mulieres illi ſa-»cras, quae corpore in eius templis merebant & Corin-»thi & alibi. Strabo ἱεροδούλους vocat. « CASAUBONUS.

ἄνευ τῶν γυναικονόμων. Conf. VI. 245. a. & (quem ibi laudavimus) Meurſium, Lection. Atticar. II. 5. Illud ἄνευ τῶν γυναικονόμων non cum Dalecampio & Gallicis interpretibus intelligendum *ſi abeſſent, ſi non comitarentur gynaeconomi;* ſed, *illis inſciis & invitis.* Vide Reiskii Indicem Graecitatis Demoſthenicae, pag. 66.

c Συβαρῖται – – ἔγραψαν νόμον &c. »Huic legi (Syracu-»ſiae,) frugalitatis magiſtrae, ſubiicitur *Sybaritarum lex* »contraria, vere nepotina. Συβαρῖται, inquit, ἔγραψαν »νόμον, τὰς γυναῖκας εἰς τὰς ἑορτὰς καλεῖν, καὶ τοὺς εἰς »τὰς θυσίας καλοῦντας πρὸ ἐνιαυτοῦ τὴν παρασκευὴν ποιεῖ-»σθαι, ἵνα ἀξίως ποιούμενοι τοῦ χρόνου τῶν δ' ἱματίων καὶ

» τοῦ λοιποῦ κόσμου προάγωσιν οὕτως εἰς τὰς κλήσεις. Ne- c
» mo harum rerum peritus aeſtimator negabit, poſtquam
» attenderit diligentius, corrupta eſſe in iſtius legis verbis
» nonnulla. Quoquo enim te vertas, nunquam recte illa
» exponas, ἵνα ἀξίως ποιούμενοι &c. Non clam me eſt,
» quid de hoc loco magni viri ſcripſerint: quorum ſen-
» tentia eſt, verborum aliquot traiectione depravatum eum
» eſſe, neque alius indigere medicinae. Nobis tamen aliter
» videtur: nam & detractione & mutatione vocum non-
» nullarum cenſemus hîc eſſe peccatum. Sic autem ſcri-
» bimus: καὶ τοὺς εἰς τὰς θυσίας καλοῦντας, πρὸ ἐνιαυτοῦ
» τὴν κλῆσιν ποιεῖσθαι, ἵνα ἀξίως ποιούμενοι τοῦ χρόνου
» τὴν παρασκευὴν τῶν τε ἱματίων καὶ τοῦ λοιποῦ κόσ-
» μου, προάγωσιν οὕτως εἰς τὰς κλήσεις. Id eſt: *ſanxerunt,*
» *mulieres ad feſtorum epulas vocandas: & ut ii qui illas ad ſa-*
» *crificia vocaturi eſſent, anno prius invitarent: ut pro ſpatio*
» *temporis digne praeparatis veſtibus, & caeteris ornamentis, ſic*
» *prodirent ad convivia.* Omnino ita ſcribendum eſſe omnes
» mihi aſſentientur viri cordati, ſi legis, de qua auctor
» loquitur, non aliam fuiſſe ſententiam probaverimus. Eſto
» igitur mihi eius rei teſtis Plutarchus, qui in Septem Sa-
» pientum Convivio [Opp. T. II. ed. Francf. pag. 147. e.]
» ita ſcribit: Συβαρῖται, ὡς ἔοικε, πρὸ ἐνιαυτοῦ τὰς κλή-
» σεις ποιοῦνται τῶν γυναικῶν, ὅπως ἐκγένοιτο κατὰ σχο-
» λὴν παρεσκευασμέναις ἐσθῆτι καὶ χρυσῷ φοιτᾷν ἐπὶ τὸ
» δεῖπνον. *Sybaritae ante annum mulieres ad convivia vocant;*
» *ut per otium inſtructae veſtibus auroque ad coenam veniant.*
» En ſententiam hoc loco reponendam: nam ex lege, quam
» PHYLARCHUS hîc commemorat, morem illum manaſ-
» ſe, quem ait Plutarchus, ne dubitandum quidem eſt. Ve-
» ra ergo & firma emendatio, quam proferimus. Quod au-
» tem putarunt doctiſſimi viri, ad vocatores deſignatores-
» que epuli ſacri haec pertinere, probarem, ſi probari
» poſſet ſolitum aliquando fieri ἐν ταῖς δημοσίαις ἑορταῖς,
» ut mulieribus invitatis de publico veſtes darentur. Quo
» loco ſcribimus, πρὸ ἐνιαυτοῦ τὴν κλῆσιν ποιεῖσθαι, poſ-
» ſumus ſervatâ lectione editâ ita emendare, πρὸ ἐνιαυτ.
» τὴν παρασκευὴν καὶ τὴν κλῆσιν ποιεῖσθαι. Quod di-
» xit Plutarchus φοιτᾷν ἐπὶ τὸ δεῖπνον, Phylarchus, προά-
» γειν ἐπὶ τὰς κλήσεις. Eſt enim προάγειν, *progredi, prodi-*
» *re:* atque haec vox appoſitiſſime hîc uſurpatur: nam,
» ut ait Comicus, χαλεπαὶ αἱ τῶν γυναικῶν ἔξοδοι: id eſt

» autem προάγειν: ut cum προάγειν agmen dicitur.« CASAUBONUS. — Quem doctiſſimum virum commemorat Animadverſor, is *Joſephus* SCALIGER eſt, qui ſub nomine *Yvonis Villiomari* latens in libello Genevae anno 1597. edito, cui titulus *In locos controverſos Roberti Titii Animadverſorum liber*, libro II. c. 1. ſic legendum hunc locum cenſuerat: καὶ τοὺς εἰς τὰς θυσίας καλοῦντας πρὸ ἑαυτοῦ τὴν παρασκευὴν ποιοῦντας τῶν θ' ἱματίων καὶ τοῦ λοιποῦ κόσμου, ἵνα ποιούμενοι ἀξίως τοῦ χρόνου, προάγωσιν οὕτως εἰς τὰς κλήσεις. Id eſt, ipſo interprete: *Sybaritae in luxum lapſi lege ſanxerunt, mulieres ad ſolennia vocari, atque uti deſignatores ſacrificiorum anno priori comparent quae veſtitui quaeque ornatui ſunt, ut illud pro dignitate temporis exequentes poſtmodum producant eas in convivium.* Cuius rationem cum Caſauboni ratione quisquis contulerit, non dubitabit cum HEYNIO, Opusculor. Acad. Vol. II. p. 150. Caſaubono potius quam Scaligero adſentiri. Nec tamen ita expedita certaque mihi videbatur illa emendatio, ut in contextum recipere auderem; cuius vulneri fortaſſe, nullo verbo mutato, unâ voculâ τὴν ante τῶν τε ἱματίων inſertâ, mederi poſſis. Epitomator ea ipſa verba, quibus difficultas ineſt, ἵνα ἀξίως - - - εἰς τὰς κλήσεις, praetermiſit. Codex *A.* ab editis nihil discrepat, niſi quod τῶν τε ἱμ. non τῶν θ' ἱμ. ſcribat. Miratus ſum vero doctiſſimis duumviris Caſaubono & Heynio de participio ποιούμενοι in masculino genere poſito nullam obortam eſſe dubitationem: cum enim poſterius membrum orationis totum ad *mulieres* videatur ſpectare, omnino (ex eorumdem quidem Virorum interpretatione) ποιούμεναι legendum nobis videbatur.

Εἰ δέ τις τῶν ὀψοποιῶν &c. » Non capio proximam legem » latam in eâdem urbe de *Coqui praerogativâ*, *qui novum* » *aliquem ciborum paratum inveniſſet:* Εἴ τις τῶν ὀψοποιῶν ἢ » μαγείρων, inquit, ἴδιον [ſic recte ms. *Ep.* cum edd. non ἥδιον, ut ms. *A.*] » εὕροι βρῶμα καὶ περιττὸν, τὴν ἐξου- » σίαν μὴ εἶναι χρήσασθαι τούτῳ ἕτερον πρὸ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ » αὐτῷ [ἀλλ' αὐτῷ uterque ms.] τῷ εὑρόντι τὸν χρόνον » τοῦτον, ὅπως ὁ πρῶτος εὑρὼν καὶ τὴν ἐργασίαν ἔχῃ πρὸς » τὸ τοὺς ἄλλους φιλοπονοῦντας αὐτοὺς ὑπερβάλλεσθαι τοῖς » τοιούτοις. Poſterior periodus ſine dubio corruptiſſima. » Scribendum, ἀλλ' αὐτῷ τῷ εὑρόντι. ὅπως τὸν χρόνον τοῦ- » τον ὁ πρῶτος εὑρὼν καὶ τὴν ἐργασίαν ἔχῃ, πρὸς τὸ τοὺς

» ἄλλους φιλοπονεῖν ἀλλήλους ὑπερβάλλεσθαι τοῖς c
» τοιούτοις. Planiſſima ſententia. Lex hoc iubet: *Si quis* » *coquus peculiarem & excellentem aliquem cibum invenerit, ne* » *cui alii fas ſit eo uti ante annum, niſi ei qui invenerit: ut* » *toto illo tempore auctor eius inventi quaeſtum inde faciat: quo* » *laborent & alii omni ſtudio ſeſe invicem talibus inventis ſu-* » *perare.* « CASAUBONUS. — Nos de huius loci *ſententiâ* docto Animadverſori adſentientes, in editâ *ſcripturâ*, quam verbotenus tuentur ambo noſtri mssti, nihil mutandum cenſuimus. Ad illa verba, ἀλλ' αὐτῷ (id eſt, μόνῳ) τῷ εὑρόντι τὸν χρόνον τοῦτον, e praecedentibus repetenda iſta, τὴν ἐξουσίαν εἶναι χρήσασθαι τούτῳ. Illa paulo ſpecioſior videri poterat emendatio, πρὸς τὸ φιλοπονεῖν, pro vulgato φιλοπονοῦντας. Sed quidni ſtructuram orationis in hunc modum concipere liceat? πρὸς τὸ ὑπερβάλλεσθαι φιλοπονοῦντας, *ut ſuperent deditâ operâ, ut omnes vires intendentes ſuperent alii alios.* Denique ne illud quidem opus eſt, ut αὐτοὺς in ἀλλήλους mutetur. Poſſis αὐτοὺς intelligere *illos qui novi atque praecipui aliquid invenerunt:* ut nimirum *alii vires omnes intendant, quo ſuperent hosce*, adeoque & ipſi ſimilem praerogativam (qualem vernaculo ſermone *brevet d' invention* vocamus) conſequantur. Nec admodum repugnat, quod αὐτοὺς nunc in plurali numero ponitur, cum antea ſingularis obtinuerit, τὶς τῶν μαγείρων, & ὁ πρῶτος εὑρών: nihil enim frequentius, quam eiusmodi transitus a ſingulari numero ad pluralem, ubi *ſingularis* intelligebatur de *quolibet* ex eo genere de quo agitur. Sin utique placeat haec ſententia, *ut ſeſe mutuo* vel *ut alii alios ſuperent;* nè ſic quidem neceſſario vox ἀλλήλους requirebatur: quandoquidem haud ita raro apud probatiſſimos quosque ſcriptores αὐτοὺς, αὑτοὺς & ἑαυτοὺς, pro ἀλλήλους, poſita reperiuntur. De quo uſu monuimus ad VII. 277. b. Animadv. T. IV. pag. 20. Idque ipſum indicare voluiſſe Epitomator videtur, aut certe is qui noſtrum codicem *Epit.* deſcripſit, cum voci αὐτοὺς, leni ſpiritu notatae, ſimul *aſperum* ſpiritum ſuperne inter lineas adponeret.

AD CAP. XXI.

Πάνυ οὖν ἐξωκειλαντες εἰς ὕβριν. Deſunt haec Epi- d

tomae: ex ms. *A.* vero nulla enotata diſſenſio: iamque eodem modo paulo ante (lit. *b.*) ἐξωκείλαντες ſcribebatur, nullo librorum diſſenſu. Conſtans tamen Graecorum ſcriptorum uſus ἐξοκείλαντες deſiderabat per ο breve ſcriptum. At quum iam in eo eſſem ut ſic corrigerem, retraxit Heſychius, apud quem quidem eadem reperitur ſcriptura: Ὠκείλαντες, ὁρμήσαντες, – – ἐξωκείλαντες. Rurſusque apud Noſtrum pag. 528. b. & pag. 543. a. in infinitivo modo ἐξωκεῖλαι vulgo ſcribitur: ſed pro hoc quidem pag. 528. b. ex codice *A.* ἐξοκεῖλαι ο *brevi* adnotatum video.

e Συβαρῖται τὴν Τήλυος τυραννίδα καταλύσαντες. »De *Te-*»*lyis* tyrannide lege Diodorum Siculum libro XII. « Casaubonus. — Quem *tyrannum* hîc dicit Heraclides Ponticus, eumdem *demagogum* nominat Diodorus lib. XII. cap. 9. Quod quidem nemini mirum debet videri: nam, qui demagogi & patroni plebis volunt haberi, eorum conſilia factaque quam parum diſtent ſaepenumero a ſaeviſſima tyrannide, cum veteres multorum populorum hiſtoriae abunde docent, tum recentiſſimâ memoriâ ipſi vidimus. Sed reliqua etiam Diodori narratio mirum quantum ab ea, quae hîc legitur, diſſentit. Diodori autem narrationi favere Herodotus videtur, V. 44. ubi vide Wesselingii notata, cum eisque confer quae commentatus eſt Perizonius ad Aeliani Var. Hiſt. III. 43. & quae ad Plutarch. de Sera Num. Vind. pag. 52. Wyttenbachius adnotavit. Editam olim apud Noſtrum ſcripturam Τήλιος tueatur – ne vetus codex *A.* neſcio. In *Epit.* deeſt tota haec pars narrationis, a verbis καὶ οὐδὲ οὕτως usque τὸ τῆς Ἥρας ἄγαλμα. Nos Τήλυος corrigere non dubitavimus, cum omnes alii auctores in ſcripturam per υ conſentiant.

f φονεύοντες ἐπὶ τῶν βωμῶν ἁπάντων. Sic ſatis commode legitur in editis libris omnibus. Videndum tamen ne aliud quid lateat ſub ſcripturâ ἅπαντες, quam habent membranae *A.* quam eamdem e Vaticano codice in Aegianis lectionibus adnotatam video.

τὸν σύνεγγυς ἅπαντα τόπον κατεχάλκωσαν θυρίσι. Iſtud κατεχάλκωσαν, pro edito κατεχάλκευσαν, dedit uterque codex mstus. θυρίδας hoc loco ridiculum fuerit *feneſtras* intelligere cum Dalecampio. Recte Gallici interpretes: *ils couvrirent de tables d'airain tout l'endroit.* θυρίδα Atticorum ſermone (quem aemulatus hîc eſſe Ponticus Heraclides videtur) idem ſubinde ac δέλτον valuiſſe, id eſt,

tabulam, *tabellam*, ex Heſychio & ex Polluce X. 57. diſcimus.

οἱ καὶ τῶν Ὀλυμπίων τὸν πάνυ ἀγῶνα ἀμαυρῶσαι ἐθε- a
λήσαντες. » Hiſtoriam de improbo *conatu Sybaritarum abo-*
» *lendae* (quod in ipſis foret) *ſolennitatis Iovis Olympici*,
» quae in Elide celebrabatur, paucis perſtrinxit Athenaeus:
» idemque mox addit, non deeſſe auctores qui de *Croto-*
» *niatis* id narrent, non de Sybaritis. Nos putamus Syba-
» ritas potius: nam plures ita tradunt veterum. Vetuſtiſ-
» ſimus Periegeſeos auctor, iambicorum poëta, de Sy-
» bari loquens:

» Λέγεται γὰρ αὐτοῖς [immo αὐτοὺς] μήτε τοῖς νό-
μοις ἔτι
» τοῖς τοῦ Ζαλεύκου τἀκόλουθα συντελεῖν·
» τρυφὴν δὲ καὶ ῥᾳθυμον ἑλομένους βίον
» χρόνῳ προελθεῖν εἰς ὕβριν τε καὶ κόρον·
» σπεῦσαι δὲ καὶ τὸν τῶν Ὀλυμπίων ὅπως
» ἀγῶνα καταλύσωσι, τὰς δὲ τοῦ Διὸς
» ἀνέλωσι τιμὰς τῇδε τῇ παρευρέσει.
» Ἁβρομίσθιον Διῒ γυμνικόν τιν' ἐπετέλουν
» κατὰ τὸν χρόνον τὸν αὐτὸν Ἠλείοις· ἵνα
» πᾶς τις πρὸς αὐτοὺς τοῖς ἐπάθλοις ἀγόμενος
» σπεύδοι καταντᾶν, ἀπολιπὼν τὴν Ἑλλάδα.« CASAUB.

AD CAP. XXII.

In *Epit.* perquam breviter expeditur totum hoc caput. De *Democede Medico* quae hîc narrantur, ea copioſe expoſita ſunt ab Herodoto, lib. III. cap. 131 - 137. Πολυ- b
κράτει τῷ Σαμίων τυρ. non τῷ τῶν Σαμίων, dedit ms. *A*. *Mox*, βουλομένου τε ex eodem recepimus codice. ἐπιλαβομένου eſt genitivus participii abſolute poſitus: verbum autem ἐπιλαβέσθαι regit genitivum βουλομένου. Dicimus enim ἐπιλαβέσθαι τινὸς, *prehendere aliquem*.

ἐκεῖνον μὲν ἀφείλαντο οἱ Κροτωνιᾶται. ἀφελέσθαι εἰς c
ἐλευθερίαν, atque nude etiam ἀφελέσθαι, *in libertatem vindicare*. Rariorem verbi formationem in *aoriſto primo* rurſus dedere membr. *A*. De qua formatione diximus in Notis ad Epictetei Enchiridii Paraphraſin Chriſtianam, in Epicteteae Philoſophiae Monumentor. Tomo V. pag. 28. Idem codex *A*. paulo poſt dedit ἔχων στολὴν, pro eo quod editum erat, στολὴν ἠμφιεσμένος. Nihil iſtorum omnium habet *Ep*.

AD CAP. XXIII.

d Ἐφόρουν δὲ &c. »*Tarentinorum luxuriam* deſcribens »[CLEARCHO auctore, Clearchique ſtylo] Athenaeus, ἐφό»ρουν, ait, καὶ παρυφὴν διαφανῆ πάντες, οἷς νῦν ὁ τῶν γυ»ναικῶν ἀβρύνεται βίος. Vel ᾗ ſcribendum pro οἷς: vel ita »potius concipienda ſententia, ἐφ. καὶ παρ. διαφανῆ, πάν»τα τε οἷς νῦν. « CASAUBONUS. — Vulgatum tuetur uterque noſter codex mstus. Operam autem ludere mihi videtur, qui ſtylum quo *Clearchum* delectari iam ſaepius obſervavimus, corrigere adgreditur. Sed hoc quidem loco ne admodum quidem inſolens videri debebat id quod Caſaubonum offendit: haud incommode enim οἷς intelligas, *quo genere rerum* vel *veſtimentorum*. Poſſis etiam coniectare, praeter iſtud παρυφὴν διαφανῆ, aliud aliquod veſtimenti genus hîc nominaſſe Clearchum, cuius mentionem facere neglexerit Athenaeus: nec vero diſpliceret καὶ πάντα οἷς &c. ſi addicerent libri. Sed poſſit etiam pluralis numerus οἷς ſimul ad iſtum *veſtium luxum*, ſimulque ad id quod proxime dictum erat de *cutis deglabratione* referri; ut perappoſite οἷς dixerit auctor, id eſt, *quibus rebus*. Caeterum, quid dicat παρυφὴν διαφανῆ, explicantem vide SPANHEMIUM ad Callim. pag. 42. διαφανὴς non modo *pellucidum* ſonat, ut cum Dalecampio accepere Gallici interpretes, ſed & *ſplendidum*; quod hîc cum Spanhemio de *purpurâ* potiſſimum intelligendum videtur. Ab iſto Tarentinorum uſu, veſtis talaris ſplendido eiusmodi limbo ornata Ταραντῖνον vocatur apud Noſtrum, XIV. 622. b. nam ſic ibi ſcriptum oportebat, non Ταραντίνιον.

e εἰς τὰ τῶν Καρβινιατῶν ἱερά. Sic ms. *A.* non Καρβιναταῶν. Verba iſta deſunt *Epit.*

ἐθοινᾶτο ταῖς ἐπιθυμίαις &c. »Sicut dicimus ἐστιᾶσθαι »vel εὐωχεῖσθαι ſimpliciter, pro *explere deſiderium alicuius* »*rei*: ſic Athenaeus [immo, CLEARCHUS] hoc loco θοι»νᾶσθαι τὴν ὥραν dixit, pro *libidinem explere*. Ait, loquens »de *captivis Carbinatibus*, quos in loca publica Tarentini »concluſerant: καὶ ὁ βουλόμενος καθάπερ εἰς ἀτυχῆ πα»ραπλῶν ἀγέλην ἐθοινᾶτο ταῖς ἐπιθυμίαις τὴν τῶν ἀθροι»σθέντων ὥραν, πάντων μὲν ὁρώντων, μάλιστα δὲ ὧν ἥκι»στα ἐκεῖνοι προσεδόκων θεῶν. Poſtrema accipiunt male, »qui ἐκεῖνοι referunt ad Carbinates: de Tarentinis cape,

» & verte, *omnibus ſpectantibus, Diis quoque, de quibus ipſi* »*minime cogitabant.*« CASAUBONUS.

μέχρι καὶ νῦν ἐν Τάραντι ἑκάστῃ τῶν οἰκιῶν, ὅσους f ὑπεδέξαντο τῶν εἰς Ἰαπυγίαν ἐκπεμφθέντων, τοσαύτας ἔχει στήλας πρὸ τῶν θυρῶν. Haud dubie verum rectèque curatum eſt id quod habent editi, ὅσους: manifeſte vero vitioſum, quod eſt in ms. *A.* οὓς οὐχ ὑπεδ. Quid in ſuo codice repererit auctor Epitomae, non liquet: nam totam poſteriorem huius capitis partem ille praetermiſit. Caſaubonus vero quid ſecutus ſit, cum, contra quam ſuperiores editiones praeiverant, ἑκάστῃ in dativo caſu excudi curaret, non video. Si contra ipſius conſilium ſic dederunt operae typographicae, de errore monere ille debuerat in Animadverſionibus.

AD CAP. XXIV.

Ἰαπύγων τε αὖ τὸ γένος ἐκ Κρήτης ὂν, τῶν κατὰ Γλαύκου ζήτησιν ἀφικομένων καὶ κατοικησάντων. Leve eſt, quod ἀνακολουθίᾳ ſatis Athenaeo uſitatâ laborat iſta oratio; cum ſequatur nihil, ad quod referri illud ὂν participium poſſit. Quae ſi cui non ferenda videbitur inconſequentia, facile is eam ſuſtulerit ὂν in ἦν mutando. Sed veteres libri vulgatum tuentur; atque etiam in ſuo codice id repererat Breviator; qui incommodae orationis ſtructurae remedium adhibiturus, deinde pro οἳ μετὰ τούτους λήθην λαβόντες, in neutro ſingulari λήθην λαβὸν ſcripſit. At illud minime ferendum, quod de *Glauco* neſcio quo hîc commemoratur: de quo poſt ea quae Dalecampius adnotavit, mireris utique nihil a Caſaubono animadverſum. Sic ergo DALECAMPIUS: » *Glaucus*, cum ſe in mare de» iecisſet, nec usquam emergeret, quaeſitus & expectatus » diu, pro maris Deo habitus eſt. Copiarum Minois, in » Sicilia occiſi, Iapyx, eius & Cretenſis mulieris filius, » dux fuit: is poſt regis obitum collectas exercitus reli» quias cum in Apuliam traduxiſſet, a ſuo nomine Iapy» giam vocavit. Strabo.« — Strabonem vide lib. VI. p. 279. ed. Caſ. ubi Iapygem quidem non Minois, ſed Daedali filium habitum fuiſſe reperies: de *Glauco* vero, in totâ iſtâ hiſtoriâ, cum apud Strabonem, tum apud alios, altum ſilentium. Herodotum conſule lib. VII. c. 170. & Diodorum Sicul. IV. 79. denique Cononem Narrat. XXV.

nec dubitabis κατὰ Δαιδάλου ζήτησιν ſcriptum oportuiſſe: quamquam difficile dictu ſit, quo pacto ab hac ſcripturâ, Δαιδάλου, ad iſtam, Γλαύκου, aberrare potuerit librarius. Paulo pronior fuerat a Κωκάλου ad Γλαύκου transitus: at *Cocalum* non *quaeſiverunt Cretenſes*, ſed ab eo poſtulaturi Daedalum, duce Minoë, in Siciliam profecti erant; & adverſus eumdem poſt obitum Minois, caedem regis ſui ulturi, iterum (ut quidem Herodotus narrat) novam expeditionem ſuſceperunt.

b προειπόντας μεθίστασθαι τοῖς Κρείττοσι. Dalec. *praefantes ad praeſtantiores illos commigrare.* Similiter Villebrunius: *en commençant par dire qu'ils les faiſoient paſſer en meilleure compagnie.* Neſcientes, ſcilicet, τοὺς Κρείττονας Graecis dici *Superiores Naturas, hominibus praeſtantiores*, i. e. *Deos & Semideos.*

βαλλόμενοι πυρὶ καὶ χαλκῷ, ταύτην διέδοσαν τὴν φήμην. Dalec. *fulmine percuſſi, igne ſimul ac aere poenas exſolverunt:* quaſi eſſet, ταύτην ἔδοσαν τὴν τιμήν. Poſteriora verba melius Gallici interpretes: *& longtems on a parlé de cet événement:* ſed in prioribus, praeter rem, χαλκῷ in χαλάζᾳ mutandum cenſuere, *ils furent frappés de la foudre & de la grêle.* Immo vero, quid dicat auctor πυρὶ καὶ χαλκῷ, & cur adiiciat ταύτην διέδοσαν τὴν φήμην, id proxime ſequentibus verbis declarat: ἐμφανὴ γὰρ ἦν μέχρι πόρρω κεχαλκευμένα τῶν ἐξ οὐρανοῦ βελῶν. Ad quae eſt CASAUBONI Animadverſio haec: »Videtur deeſſe vox σημεῖα, vel potius εἴδωλα, aut alia ſimilis: & βελῶν ſcri»berem, non βολῶν. Hoc enim dicit: *manſiſſe diu facta ex* »*aere ſimulacra fulminum*, quibus icti fuerant Iapyges. Mo»re poëtarum, *fulmina* appellat *coelitus miſſa tela.*« — Atqui *tela* quidem *coelitus miſſa* utique *fulmina* intelligit auctor: at id non ſolum poëtarum more, verum etiam ex vulgi opinione; quod ſcilicet lapides ſicubi reperiuntur vel cuniformes vel teretes & inferne acuminati, eos pro *fulminibus* habere ſolet, & pro *telis ex fulgure coelitus delapſis.* Quare nihil hîc opus erat *ſimulacra fulminum* arte facta comminiſci, quae in rei memoriam fuiſſent *ex aere cuſa.* Sunt enim etiam *lapides metallici*, aut qui metallici eſſe videantur, quibus ea forma eſt, ut illos vulgus pro telis de coelo ex fulgure delapſis, adeoque pro *monumentis fulminis* habeat. Eiusmodi lapides quum in Apulia reperirentur, habiti ſunt pro documentis monumentisque illius ca-

lamitatis, de qua hic loquitur auctor, & in illius memo- b
riam ad posteros sunt conservati & ostendi soliti: ad eam-
demque opinionem pertinet, quod ait auctor ἐξ οὐρανοῦ βαλλόμενοι πυρὶ καὶ χαλκῷ. βελῶν nobis non opus fuit ex coniecturâ corrigere: est haec veterum membranarum nostrarum scriptura. Ad istam dictionem κεχαλκευμένα τῶν βελῶν supple τινὰ pronomen, quod nullo incommodo omitti poterat. Recte vero ἐμφανῆ habent editi: scriptura ἐφάνη, quam praeferunt membranae, eo manifestius mendosa est, quod sequitur verbum ἦν, quod ipsum eaedem membr. cum editis tenent. Epitoma ex istis omnibus nihil aliud nisi haec verba habet, διόπερ ἐξ οὐρανοῦ ἐβλήθησαν πυρί. *Mox*, πένθιμον στολὴν dedit ms. *A.* ubi ms. *Ep.* cum edd. inverse στολὴν. πενθ. agnoscit.

AD CAP. XXV.

Ἴβηρες δὲ, καίτοι ἐν τραγικαῖς στολαῖς καὶ ποικίλαις προϊόντες. Ad quosnam *Iberos* sive *Iberes* hoc spectet, scire velim. *Stolatos* quosdam & *togatos* dictos Hispaniae Iberos Strabo commemorat, lib. III. pag. 151. c. & pag. 167. a. sed de sua aetate ibi loquitur: & in illis maxime Celtiberos nominat, qui olim omnium Hispanorum habiti erant ferissimi.

Quod deinde de *Massiliensium* commemoratur c
mollitie & luxuria, id parum convenire cum eo quod de gravitate disciplinae Massilienssium ab aliis auctoribus proditum est, post ERASMUM in Adagio, *Naviges in Massiliam*, adnotavit etiam hoc loco *Dalecampius*. Consentit tamen cum Nostro alius (nescio quis) vetus auctor, e quo simile proverbium Suidas protulit huiusmodi: Ἐκ Μασσαλίας ἥκεις: quod dici ille ait ἐπὶ τῶν ἁπαλυδρίων καὶ τεθρυμμένων, *in homines effoeminatos & delicatos*: παρ' ὅσον ἐκείνους φασὶ ἁπαλύτερον στολίζεσθαι, μεμυρισμένους, καὶ τὰς τρίχας ἀναδουμένους, καὶ διὰ ταύτην τὴν μαλακίαν ἀσχημονεῖν. Eodem Plauti verbum ex Casina, *Ubi tu es, qui colere mores Massilienses postulas?* retulit BRODAEUS, Miscellan. lib. III. cap. 27. qui de his consuli meretur, in Gruteri Thes. Crit. T. II. p. 505. Adagii verba, ut edita sunt, Πλεύσαις εἰς Μασσαλίαν, sic tenet ms. *A.* non Πλεύσειας, ut Erasmus scripsit.

Καὶ οἱ τὴν Σίριν δὲ κατοικοῦντες, ἣν πρῶτοι κατέσχον

οἱ ἀπὸ Τροίας ἐλθόντες, ὕστερον δὲ Κολοφώνιοι. Cum ὕστερον δ' ὑπὸ Κολοφωνίων esset editum, monuit CASAUBONUS: »Deest una vox, cum istis iungenda, ut sit »plena sententia. Supplendum ἀνεκτίσθη, aut tale quid.« — Teneri editam scripturam posse censuit ABRESCH, in Dilucid. Thucyd. pag. 118. ex superiori verbo κατέσχον hîc repetendo κατεσχεθεῖσαν. Quod quidem durum utique videri debebat. Cum editis tamen, ni fallor, facit noster cod. *A.* Sed opportune ὕστερον δὲ Κολοφώνιοι dedit ms. *Ep.* Nomen Σίρις sic penacute scribitur cum apud Nostrum, tum apud Stephanum Byz. & apud Strabonem. Ex senarii tamen versus praescripto, quem ex *Archilocho* mox adfert auctor, Σῖρις scribi debebat: nam poëta quidem primam vocis syllabam producit. *Mox* dein, recte διὰ τοῦτο dedit mstus cod. uterque.

ἐπεὶ Ὅμηρος τοὺς ἀζώστους ἀμιτροχίτωνας καλεῖ. Vide Iliad. π'. 419. & quae ibi ex Eustathio adposuit Clarkius: cum quibus conferenda quae a Dammio monita sunt in Lexico Etymol. pag. 2659. Qui dein adponuntur *ARCHILOCHI* versus, eos Analectis suis inseruit Brunck, T. I. pag. 44. num. 22.

AD CAP. XXVI.

f Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι. Vide Aristoph. Plut. 1003. & ibi Schol.

a οὓς ἐκεῖνοι Γέργιθας ἐκάλουν. Speciem habet Epitomae scriptura Γέργηθας, & dein Γεργήθων in primo oraculi versu, ubi producendam esse mediam vocabuli syllabam ipsum metrum docet. Eamdem scripturam ex Athenaei Epitomâ tenuit Eustathius ad Od. β'. pag. 79. l. 7. Sed & eodem modo apud Strabonem constanter editur, qui tria oppidula eodem fere nomine, ab eodem populo cui *Gergithes* vel *Gergethes* nomen erat, (qui veterum Troianorum reliquiae esse perhibebantur) commemorat: unum Γέργηθα nomine, in Lampsacenorum agro; alterum αἱ Γέργηθες, in Cumaeorum; (lib. XIII. pag. 589. c. d.) tertium, oppidum sive vicus Troadis, Γέργηθα. (eod. lib. p. 616. c.) Sed nihil impedit, quo minus etiam *iota vocalis* in illo nomine produci potuerit: & Γέργιθα pariter scribebatur apud Nostrum, lib. VI. pag. 256. c. Pariterque Γέργιθας populum nominat Herodotus, lib. V. cap. 122.

& VII. 43. conſtanti librorum conſenſu. Quare hîc ab a
editâ ſcripturâ, quam tuentur veteres noſtrae membranae, non discedendum iudicavimus: niſi quod accentum ex penultimâ, ubi eum ponebant editi libri, ad antepenultimam retraximus. Caeterum, *Gergithas* vel *Gergethas* vulgo dictam fuiſſe *Mileſiorum plebem*, a nemine praeter hunc auctorem commemoratum reperimus.

εἰς ἀλωνίας. Tenendam duxi rariorem vocabuli formam, quam cum ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. tuentur membr. *A.* Temere ἀλονίας per ο breve ed. Caſ. 2. & 3. Ne id quidem novandum putavi, ut cum H. STEPHANO (hunc locum citante, Theſauri Tom. I. p. 326. g.) ἁλωνία *aſpero ſpiritu* ſcriberem: nam & ἀλωὴ (Ionico praeſertim idiomate) pro communi ἡ ἁλωὰ vel ἡ ἅλως dicitur; & alia eiusdem vocis derivata ſimiliter *leni ſpiritu* efferri ſolent. Apud Suidam quidem ſcribitur, Ἁλωνία, ἡ τῆς ἄλωνος, aſpero ſpiritu, & obſcura interpretatione. Apud Heſychium vero habes, Ἁλωῆς, cum interpretatione ἁλωνίας; nam ſic ibi ſcribunt veteres editiones; lenem autem ſpiritum ſua auctoritate in aſperum mutavit poſtremus Editor. Suidae vero gloſſa ſic refingenda videtur: Ἁλωνίας· (ſive Ἁλωνίας·) τῆς ἄλωνος.

βοῦς συναγαγόντες συννηλοίησαν. »Forte βοῦς τε ἐπα»γαγόντες. Male autem editum συννηλοίησαν: quod »leviculum mendum de rectâ ſententiâ deturbavit inter»pretes. Significant autem haec verba, *divitum liberos a* »*iunctis bobus fuiſſe contritos, tanquam in areâ frumentum tri*»*turantibus*: & ideo ait, miſellos *eſſe congregatos* εἰς ἅλω»νίαν. « CASAUBONUS. — Rectε συννηλοίησαν dedere ambo mssti. In βοῦς συναγαγόντες nil mutat ms. *A.* Brevius Epitomator, βουσὶ συννηλοίησαν. Subitus a ſingulari numero ad pluralem transitus, haud infrequens Graecis ſcriptoribus: de quo etiam haud multo ante monuimus. *Ibid.* κατεπίττωσαν. Sic rectε mssti, & ed. Caſ. 1. & 2. Perperam κατεπίπτωσαν ed. Ven. Baſ. & Caſ. 3. Vide proxime ſequentem Animadverſionem. Rectε vero mox, pro eo quod eſt in ms. *A.* ἀπήλαυνεν αὖ τοῦ μαντείου, editores poſuerunt ἀπηλ. αὐτοὺς τοῦ μαντ. Mutatâ orationis formâ in *Epit.* ſcribitur ἀπηλαύνοντο τοῦ μαντείου. b

Καί μοι Γεργίθων τε &c. »*Oraculum* quod *Mileſiis editum* »narratur,

»Καί μοι Γεργίθων τε φόνος μέλει ἀπτολεμίστῳ

b » πισσήρων τε μόρος καὶ δένδρον ἀειθαλές:
» neque integrum est; aliquid namque deest a fine poste-
» rioris versus; & tertius etiam, ut puto, fuerat adiectus,
» aut etiam plures: neque mendâ caret. Legendum enim
» ἀπτολεμίστων: quod etiam in Excerptis invenimus. [In ms. *A.* est ἀπτολεμίστω absque iotâ finali, omissâ nempe lineolâ superne adiiciendâ, quae literae ν vice fungeretur.] » Γεργίθων φόνος ἀπτολεμίστων, *est caedes puerorum patrata* » *a Gergithibus.* ἀπτολέμιστοι, *imbelles*, infantes & pueri » sunt. At πισσήρων μόρος, est *mors eorum qui pice illitâ fue-* » *rant combusti*, & perierant πισσοκωνήτῳ μόρῳ, ut locuti » sunt Aeschylus & Cratinus. [vide Hesych. in Κωνῆσαι, & in Πισσακωνήτῳ.] » Addit; καὶ δένδρον ἀειθαλές: quia, » ut dictum est, ad tanta scelera quasi exhorruerat & *ex-* » *aruerat sacra olea.* « CASAUBONUS. — Ex postremis huius Animadversionis verbis colligens PALMERIUS, pro ἀναφθῆναι, quod paulo ante vulgo legitur, ἀναυθῆναι maluisse Casaubonum, vulgatam scripturam merito defendit, Exercitat. in Auct. Graec. pag. 521. Posteriori oraculi versu, pro δένδρον, poëticam formam δένδρεαν, ad metrum peraptam, obtulit nobis uterque codex mstus. Supererat in extremo vocabulo ἀειθαλές menda, quam & luxatum metrum profitebatur, & minus commoda sententia; nam sicut dicebat Deus, *caedem Gergithum & mortem picatorum sibi dolere*, sic &, ubi *oleam* commemorat, non *semper-virentem* dicere debebat, sed *id sibi dolere* quod illa tamdiu iam *virere desierit*: quare αἰεὶ ἀθαλές corrigendum putavi. Et ἀθαλές quidem haud dubie verum esse mihi persuasi: pro αἰεὶ autem videndum ne aliud quid commodius substituendum occurrat.

ἔπειτ' ὀνειδιζομένους, λέγειν ἑαυτοῖς· » Οἶκοι τὰ Μιλήσια » κἀπιχώρια, καὶ μὴ ἐν τῷ μέσῳ.« In hunc modum invertere placuit *Clearcho* (a quo istam narrationem Athenaeus mutuatus est) proverbium, quod vulgo nonnisi tribus verbis Οἶκοι τὰ Μιλήσια efferebatur, nec tam ab ipsis *Milesiis*, quam in illos & illorum similes ab aliis usurpari solebat; cuius originem rationemque expositam vide in Zenobii Adagiis, Cent. V. num. 57. & apud Suidam in voc. Οἶκοι.

AD CAP. XXVII.

c εἶτα πάλιν ἐγένοντο πάντων ἀθλιώτατοι βροτῶν διὰ τὴν

ὕβριν. ἀγριώτατοι corrigit LENNEP, ad Phalarid. Epiſt. c
p. 86. provocans ad Strabonem, lib. VII. p. 258. d. ed. Caſ. Specioſe utique: ac ſatis quidem nota *Scytharum feritas ſaevitasque.* Sed, quod paulo etiam ante profeſſus ſum, lubrica res & irritus plerumque labor nobis eſſe videtur, in *CLEARCHI* narrationibus de coniecturâ quidpiam velle corrigere: ita & adfectato inſulſoque ſtylo delectatur frigidus ille ſcriptor, & ita temere miſereque res omnes miſcet turbatque, ut aut ipſe prorſus fatuus ineptusque fuiſſe, aut conſulto illudere voluiſſe lectoribus videatur. At hîc quidem, cur in vocabulo ἀθλιώτατοι magnopere haereamus, nullam cauſſam equidem video. Quod vero mox commemorat idem ſcriptor de *Scytharum luxuriâ:* novimus ſane *vino* inſigniter *deditos* Scythas fuiſſe; (cf. X. 427. a. b.) quo & ſpectat illud Theognidis, vs. 807. ed. Brunck.

Ἀλλ' ἄγε δὴ, Σκύθα, κεῖρε κόμην, ἀπόπαυε δὲ κῶμον.

Sed reliquam eorumdem τρυφὴν, id eſt *mollitiem & delicatam vitam, qua omnes alios homines,* ſi *Clearcho* credimus, *ſuperarunt Scythae,* nemo, puto, praeter ipſum noverit. Ubi nos εὐροίας poſuimus, ibi εὐῤῥοίας (ſic) editum erat; veteres vero membranae εὐβοίας habent, nimis manifeſto vitio, ſub quo nihil aliud niſi εὐροίας videtur latere: cuius vocabuli uſum LENNEPIUS l. c. pluribus exemplis illuſtravit. *Mox,* τοῦτο δὲ δῆλον dedere eaedem membr. In *Epit.* multa hîc deſunt, a verbis ἕτεροι, τῶν πάντων &c. usque ἀπόγονοι μεταστάντες.

ὥστε πάντων τῶν ἀνθρώπων εἰς οὓς ἀφίκοιντο ἠκρωτηρία- d
ζον τὰς ῥῖνας. Iurares, *CLEARCHO* auctore, Scythis in uſu fuiſſe *quibuslibet bello captis nares praecidere.* Vis ſcire quod res eſt: Herodotum adi, lib. IV. c. 71. & diſces, mortuo Scytharum rege, cadaver eius exenteratum & cerâ obductum per ſingulos populos imperio ſubiectos plauſtro vehi ſolitum, & quocumque illud perveniſſet, ibi vulgo homines cum alia inſignis luctus documenta barbaro more edidiſſe, tum *comam detonſiſſe, & frontem naresque ultro ſibi laceraſſe.* At *Clearchus,* quo ſuo invento colorem conciliet, monumentum etiam illius ſupplicii, quod ipſe finxit, ſupereſſe ait in nomine quod ad ipſius aetatem gerant poſteri eorum, qui tale ab Scythis ſupplicium paſſi eſſent. Nempe oppidum illud cogitans in Palaeſtinae & Aegypti confinibus, quod pro *Rhinocoruris* Graeci *Rhinocolura* nominare maluerunt, quo fidem fabulae facerent, quae a re-

ſectis olim civium *naribus* nomen repetebat: illud igitur oppidum in memoriam revocans fabulator noſter, cuius ſupplicii auctorem alii regem Aethiopiae ſtatuunt, ut Strabo lib. XVI. pag. 729. d. alii Perſarum regem, ut Seneca de Ira lib. III. c. 20. eiusdem ſupplicii *Scythas* auctores facit. Similis vero videtur ratio eſſe illius narrationis, quae ſubiicitur de *Thracicis mulieribus*. Lege rurſus Herodotum V. 6. aliosque quorum teſtimonia ibi Weſſelingius collegit; & parum probabile tibi videbitur, *Thracicarum mulierum morem* illum *punctis notandi cutem* originem cepiſſe ex illatâ illis olim a Scythis contumeliâ. Morem iſtum tetigerunt & alii ſcriptores, & Plutarchus de S. N. V. p. 52. ed. Wytt. ad quem locum vide quae adnotavit WYTTENBACHIUS in Animadv. p. 67 ſq. ubi etiam de *delendo* apud Athen. *articulo* τῶν ante περιοίκων monuit.

e Πάντων δὲ οὕτως ὑπερηφάνως — — — τὴν ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσιν οἵα τις (perperam οἷά τις edd.) ἦν. &c. »Σκυθῶν ῥῆσις proverbium: de iis quae acerbe, crudeliter & barbare dicuntur aut imperantur. Vide Adagium, *Scytharum oratio*. Inde tractum etiam vocabulum σκυθρωπὸς, *torvus*. »Locus hic in exemplari Graeco admodum vitioſus.« DALECAMPIUS. — Vide Suidam in Ἡ ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσις: &, quem ibi Küſterus citavit Diogenem Laërt. I. 121. item Demetrium De Elocutione, ſect. 216. & 297. Praeter rationem de mendâ ſuſpectum hunc locum habuiſſe Dalecampium, monuit CASAUBONUS, haec inſuper adnotans: »Agitur [hoc capite] de *priſtinâ Scytharum felicitate, & calamitatibus quae corruptam illorum vitam ſunt ſecutae. Crudeles in ſubditos captivos & ſervos fuiſſe: unde manarit proverbium,* »ἡ ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσις: *eorumdem poſtea miſerias alteri proverbio locum dediſſe*, quo celebratur *tonſura Scythica*. Nihil eſt »mendi in explicatione prioris paroemiae. Poſterioris expoſitio non ſine ratione ſuſpecta nobis. Quia tamen conſentiunt mssti, potes ita vertere: *Igitur propter multitudinem calamitatum quas perpeſſi ſunt, quando ſimul cum opibus ſuis, etiam comis univerſi per luctum fuerunt ſpoliati: alii populi tonſuram quae contumeliae cauſſâ fit vocarunt ἀποσκύθισιν.* Graece ſic: Διὰ τὸ πλῆθος οὖν τῶν κατασχουσῶν αὐτοὺς συμφορῶν ἐπεὶ διὰ τὸ πένθος ἅμα τόν τε τῶν
f »βίων ὅλβον, καὶ τὰς κόμας περιεσπάσθησαν παντὸς ἔθνους, »οἱ ἔξω τὴν ἐφ' ὕβρει κουρὰν ἀποσκυθίσαι προσηγόρευσαν· vel, ut in Excerptis, ἀπεσκυθίσθαι.« — Sic

ille. Conſuli autem de hoc loco inſuper poteſt KÜSTERUS f ad Suidam voce Περισκυθίσαι, &, quem is laudat, REINESIUS Variar. Lect. lib. III. c. 6. p. 458. item *Coelius* RHODIGINUS, Lection. Antiq. lib. XVIII. c. 24. ſed prae caeteris conſulendus LENNEP, ad Phalarid. Epiſt. pag. 74 ſq. Docent nos veteres Grammatici, qui ex luculentioribus ſcriptoribus quam erat *Clearchus* ſua hauſerunt, & aptius quam ille, quae distinguenda ſunt, distinxerunt, verbo ἀποσκυθίσαι proprie ſignificari *illum Scytharum morem*, quem Herodotus IV. 64. deſcripſit, *caeſis hoſtibus capitis comam cum ipſâ cute recidendi;* (quem morem nos tetigimus in Anim. adv. ad Athen. IX. 410. c.) tum vero eodem verbo etiam ſimpliciter nonnumquam *capillorum tonſuram* denotari. Sic Etymologici Magni auctor, pag. 125 extr. & Suidas, in Ἀπεσκύθιζον, in Ἀποσκυθίσαι, & in Περισκυθίσαι. Heſychius poſteriorem verbi uſum ſolum adnotavit: Ἀπεσκύθισται, κέκαρται. Ἐσκυθισμένης, κεκαρμένης. Ambigue vero idem: Ἀποσκυθίσαι, περιτεμεῖν. Priorem uſum tamen idem Heſychius tetigit in voc. Σκυθιστί: de quo loco ad Athen. IX. 410. c. diximus; ſed illud ibi monere obliti ſumus, temere apud Heſychium ad *captivos* videri referri id, quod nonniſi de *caeſis* hoſtibus Herodotus dixerat. Poſteriorem uſum ſolum etiam Stephanus Byzantinus (aut illius certe Epitomator) in Σκύθαι adnotavit: Ἀποσκυθίσαι, τὸ τῷ σιδήρῳ τὰς τρίχας τεμεῖν. (ubi quod praecedit vulgo, Καὶ Σκύθης, ὁ σίδηρος, id aut Breviatoris culpâ aut librariorum corruptum utique videri debet: nam nude καὶ Σκύθης σίδηρος ſcriptum oportebat. Nempe Σκύθη σιδήρῳ Aeſchylus dixerat, in Sept. ad Theb. vs. 823. pro Σκυθικῷ σιδήρῳ, ut ibi in Scholio notatur.) Iam, ubi de *tonſura* utuntur illo verbo Graeci, *tonſuram* eam dicunt qua *in graviore luctu* ſponte & ultro uſos multos populos novimus. Sic quidem Euripides, Troad. vs. 1026. & Electr. 241. Et de *luctu* etiam loquebatur hîc *Clearchus* noſter, διὰ τὸ πένθος dicens: ſed ſuo more res diverſas miſcens, cum illâ in luctu tonſurâ alteram iſtam, qua *cum capillis ipſa cutis reſecatur*, confundit; aut tertium quoddam (ut videtur) tonſurae genus, ignotum & Scythis & Graecis, quam τὴν ἐφ' ὕβρει κουρὰν dicit, comminiſcitur. Sed, quemadmodum idem ſcriptor illam *in luctu ob defunctum regem ſponte ſuſceptam lacerationem*, quam ab Herodoto IV. 71. commemoratam paullo ante vidimus, pro *inflicta hominibus ſup-*

f *plicio* nobis venditavit: ſic & *comae detonſionem*, ibidem ab eodem Herodoto memoratam, in eumdem ſenſum detorſit. Quod vero adiicit, *διὰ τὸ πένθος ἅμα τόν τε τῶν βίων ὄλβον περιεσπάσθησαν*, id eo pertinere videtur, quod ei hominum turbae, quae plauſtrum cadaver regium vehens comitabatur, lautum epulum praebere tenerentur ii, quorum in regionem pompa illa perveniſſet: cuius rei quidem Herodotus, ubi de pompa regii funeris loquitur, non fecit mentionem: ſed ex his, quae paullo poſt (cap. 73.) de privatorum pompâ funebri narrat, facile colligas quid in hoc genere uſitatum fuerit in regio funere. Miram orationis ſtructuram, quae in iſtis poſtremis maxime *Clearchi* verbis haud immerito Caſaubonum offenderat, in omnem partem vertens LENNEPIUS loco citato, parum profeciſſe videtur. Nos inficeto ſcriptori ſuam relinquere ſtribliginem conſultum duximus. Unum mutavimus, a manuſcriptis libris moniti: nam quum pro eo quod editum erat *ἀποσκυθίσαι*, non modo codex noſter *Epit.* cum Hoeſcheliano *ἀπεσκυθίσθαι* daret, ſed & eadem ſcriptura in mendoſo *ἀπεσκυθίσαι*, quod veteres membranae habent, latere videretur, iſtud verum atque auctori reſtituendum iudicavimus. Eamdem ſcripturam ex Athenaei Epitoma produxit Euſtathius, ad Iliad. Ψ'. pag. 1403. l. 11. *φορτικὴν* quamdam *κουρὰν* commemorans, *ἣν ἔπασχόν τινες* (inquit) *ὑπὸ Σκυθῶν· ἣν καὶ μισοῦντες, τὸ οὕτω πάσχειν ἀπεσκυθίσθαι προσηγόρευον.*

AD CAP. XXVIII.

Τί γὰρ ἡ τρυφερὰ &c. Veluti ſoluta oratio, continuo verborum tenore, adpoſita illa verba erant. Nec ego, quo metri genere adſtricta ſint, ſatis ſcio. Videntur tamen iſta, *Τί γὰρ ἡ – – Ἰωνία*, ſenarium efficere ſatis legitimum. At ab iis quae ſequuntur, *εἶφ' ὅ τι πράσσει*, alter ſenarius initium capere non potuit, niſi δ' è aut aliud neſcio quid ante *πράσσει* fuerit interſertum. FIORILLUM ſecuturus eram, ſic distinguendos verſus praecipientem: (Obſervation. in Athen. pag. 4.)

— — *Τί γὰρ ἡ τρυφερὰ καὶ καλλιτράπεζος*
Ἰωνίας, εἶφ' ὅ τι πράσσει —

ſi modo, quodnam metri genus ille in animo habuerit, percepiſſem. Illud miratus ſum, vitioſam ſcripturam *Ἰω-*

νίας, ex operarum errore in editiones Caſ. 2. & 3. invectam, quae ſenſum verborum prorſus corruperat, non correctam eſſe a ſtrenuiſſimo verſuum correctore.

Χαίρω διαπόντιον &c. »In *Hermippi* verſibus de *Abydenorum mollitie*, cum alia non recte videntur ſcripta, tum »hic verſus manifeſto corruptus: *Gaudeo*, [immo, *Gaudeo*,] inquit, κόμῃ τε νεανικῇ, φρίγει τε βραχιόνων. a »Scribo, χλίδει τε βρ. Paulo poſt, [hac pag. lit. *e.*] ἐφόρουν χλιδῶνας περὶ τοῖς βραχίοσι. Poëtica ſunt vocabula, χλίδη, χλίδημα, χλιδὼν, & χλῖδος, pro *ornamentis* »*quae collo aut brachio appenduntur.*« Casaubonus. — Equidem, cum nec verba, nec ſententiam, nec metrum in hac ῥήσει expedire valerem, Graeca ut edita erant intacta reliqui, latinam verſionem utcumque potui concinnavi. Vocab. στράτευμα, (*verſ.* 1.) quod aliàs *exercitum* ſignificat, hoc loco idem ac στρατεία videtur valere; quemadmodum fere apud Herodotum, III. 49. Inſolens autem prorſus dictio στράτευμά τι πραττόμενος, ut habent editi: nec tamen, quid promoveat membranarum ſcriptura πραττομένων, perſpicere potui. Videndum vero, ne στράτευμα πράττεσθαι intelligi debuerit *exercitum comparare*, & per iocum ſic dixerit poëta turbam Ionicarum meretricum. In *Epit.* tota ecloga deeſt, & omnia quae de *Abydenis* porro ſubiiciuntur. Pro φρίγει *verſ.* 3. probabilis mihi viſa erat Gallicorum interpretum coniectura σφρίγει, ſubſtantivum τὸ σφρίγος ſtatuentium, unde derivatum ſit verbum σφριγάω, *turgeo*. *Verſ.* 4. τὸν Ἄβυδον ſcribitur in ed. Ven. & Baſ. ubi τὴν correxit Caſaub. conſentientibus membranis. Niſi diſerte ad *Abydenos* hunc verſum retuliſſet Athenaeus, ſuſpicari licuerat τὴν Ἄβυδον fortaſſe hîc dici *Sinopen* meretricem, quam *Abydon* vocatam fuiſſe docet ipſe Athenaeus, XIII. 586. a. Sed vel ſic videndum, ne non vana ſit illa ſuſpicio. Plurimum ingenio ſuo indulſerat Dalecampius in interpretanda iſta ecloga, quam latine ſic reddidit:

A. *Gaudeo equidem cum trans mare bellum gero,*
aſpectu & ſpecie molliusculis cum corporibus:
capillo Ioniço: Phrygiis brachiis.
B. *Abydum te acceſſiſſe noſti, o bone vir?*

Villebrunii verſio huiusmodi eſt: »A. *J'ai du plaiſir à* »*faire une expédition militaire outre mer, indiquant par mes* »*regards, par ma belle chevelure & la rondeur potelée de mes*

a » *bras, toute la molleſſe de mon corps!* B. *Vois-tu donc ce* » *qu'eſt devenu cet homme d'Abydos.*«

Ἀριστοφάνης Τριφάλητι. » Super *Ionum moribus* citantur » verſus *ARISTOPHANIS* ex *Triphalete* eius comoediâ: quam » invenies apud Iulium Pollucem libro IX. & X. ſaepe no- » minatam. Capite autem XXXVII. libri X. [ſect. 162.] ex- » tat hic verſus ex eâdem fabulâ: καὶ τὴν κυνῆν ἔχειν με » κυρβασίαν δοκεῖς; Perperam vulgo editum κοινῆν. *Tertium* » *verſum* hîc lege,

» ὅπως ἔχων τὸν παῖδα πωλήσει 's Χῖον:

» pro πωλήσειεν ἐς Χῖον: ut ſtatim, ἕτερος δ' ὅπως ἐς Κλα- » ζομένας.« CASAUBONUS. — *Triphaletem*, titulum illius fa- bulae, *Bene vaſatum* interpretatus eſt TOUP, in Addendis ad Theocrit. pag. 409. ubi etiam ipſum hoc fragmentum de ſuis coniecturis emendatum exhibuit, quas fere adopta- vit BRUNCK in Ariſtophanis Fragm. pag. 271 ſq. Nos *ver- ſu* 3. in ſimpliciſſimâ Caſauboni emendatione adquievimus: ὅπως cum *futuro indicativi* haud male conſtrui cenſentes. Ibidem, licet ὅπως habeant membranae, tamen editum ὅκως tenuimus; quoniam duobus continuo ſequentibus locis ὅκως tenent eaedem membranae, ſaltem id dare ma- nifeſte debuerint, cum mendoſe ὁκῶς (ſic) in illis ſcri- batur. *Eodem verſu* nil opus eſſe putavi, ἔχων in ἄγων cum *Toupio* & *Brunckio* mutare. *Verſ.* 5. Pro eo quod le- gebatur εἰς Ἔφεσον & εἰς Ἀβ. praetuli ἐς, quod iisdem viris placuerat. Denique ex eorumdem praeſcripto extre- ma ῥήσεως verba, in quibus prorſus neglectum erat me- trum, mutavi.

b Ἀντιφῶν ἐν τῷ κατ' Ἀλκιβιάδου λοιδορίας. Dalecam- pius: *Antiphon in oratione qua conviciatur Alcibiadi.* Eodem modo accepiſſe videtur *Petrus van* SPAAN, in Diſſert. de Antiphonte, in Reiskii Orat. Graec. Vol. VII. pag. 822 ſq. ubi ait: » Scripſit Antiphon Ἀλκιβιάδου λοιδορίας, lauda- » tas a Plutarcho in Alcibiade pag. 192. f. Ἐν δὲ ταῖς Ἀν- » τιφῶντος λοιδορίαις γέγραπται, ὅτι &c.« Cui Plutarchi teſtimonio mox hoc Athenaei teſtimonium ſubiungit. Et continet ſane fragmentum ab Athenaeo hîc adpoſitum in- vectivam Antiphontis in Alcibiadem: ſed titulus orationis, quem exhibet idem auctor, eiusdem modi eſt quales ſunt illi, *Lyſiae* ἐν τῷ κατὰ Μικίνου, φόνου: ſcil. περὶ φόνου: VIII. 365. b. κατὰ Θεοπόμπου, αἰκίας, II. 67. f. ὑπὲρ Φα- νίου, παρανόμων, XII. 551. e. & alii bene multi. Ex quo

intelligitur, esse hanc orationem responsionem ad convi- b
cia & maledicta ante ab Alcibiade in Antiphontem conjecta. *Ibid.* ἀποπλέων εἰς Ἄβυδον. Conf. p. 534 extr. & seq.

τὰ σαυτοῦ χρήματα. Sic edd. & sic mox τῇ σαυτοῦ παρανομίᾳ etiam ms. *A.* cum editis, item paulo post βίῳ σαυτοῦ. Sed nec praecise damnandum id quod hîc idem ms. *A.* habet, τὰ αὐτοῦ χρήματα, eamdem scilicet in sententiam. Nam nudum etiam αὐτοῦ perinde & ἑαυτοῦ & ἐμαυτοῦ & σεαυτοῦ potest valere; ut in Lexico Polybiano pag. 105. num. 4. demonstravimus. *Ibid.* παρανομίᾳ. Ruhnkenii conjecturam, παροινίᾳ, laudavit *Spaanius* l. c. pag. 823. *Ibid.* ὅπως – – ἔχοις. Sic ms. *A.* pro edito olim ἔχῃς.

AD CAP. XXIX.

Ἀπώλοντο δὲ καὶ Μάγνητες &c. Ad δὴ, quod hîc ede- c
batur, nihil quidem e ms. *A.* adnotatum: sed δὲ commode dedit ms. *Ep.* — »Nota etiam ex proverbio antiquo »*Magnetum mala:* [vide Suid. in Μαγνήτων, & rursus in Τὰ Μαγν. & Strabo lib. XIV. p. 647 extr.] »quae illis con»tigerunt *ex amore insano voluptatum*, ut hîc scribitur. Ait »enim: Ἀπώλοντο δὴ καὶ Μάγνητες οἱ πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ, »διὰ τὸ πλέον ἀνεθῆναι, ὥς φησι Καλλῖνος ἐν τοῖς Ἐλεγείοις, »καὶ Ἀρχίλοχος. *Meminerunt*, inquit, *calamitatum quas Ma»gnetes ad Maeandrum passi sunt, Callinus & Archilochus.* De »Callino videtur Clemens dissentire: qui antiquiorem eum »poëtam facit Magnetum rebus adversis. Sic ille primo li»bro Stromatum, [pag. 398. edit. Pott.] de Archilocho & »Simonide locutus: Καλλῖνος δὲ πρεσβύτερος οὐ μακρῷ. τῶν »γὰρ Μαγνήτων ὁ μὲν Ἀρχίλοχος ἀπολωλότων, ὁ δὲ εὐημε»ρούντων μέμνηται. Theognis: [vers. 613. ed. Brunck.]

»Τοιάδε καὶ Μάγνητας ἀπώλεσεν ἔργα, καὶ ὕβρις.

»De *Callino*, Strabo lib. XIII.« Casaubonus. — *Callinum*, *Elegiarum* poëtam, laudavit Strabo, lib. XIII. pag. 604. c. sed & idem lib. XIV. pag. 647. de *Callino* & de *Archilocho* eadem dicit, quae ex illo Clemens Alexandr. loco citato desumsit. Καλλῖνος nomen poëtae scribitur apud Strab. & Clem. Nos scripturam Κάλλινος tenuimus, quam apud Athenaeum (consentiente, ni fallor, vetere msto *A.*) editam repereramus. Theognis rursus de eisdem *Magnetibus*, simulque de aliis Ionicis civitatibus, vs. 1061. ait:

c Ὕβρις καὶ Μάγνητας ἀπώλεσε, καὶ Κολοφῶνα, καὶ Σμύρνην. —

Foedum mendum, ἔάλασαι, pro ἔάλωσαν, ex ed. Caſ. 2. in editionem tertiam propagatum eſt.

κρόκινα ῥόμβοις ὑφαντά. »Quid ſint *veſtimenta* ῥόμβοις »ὑφαντὰ, quaerimus accurate in commentario DE RE VE»ſtiaria. Euſtathius ſcribit in primum Odyſſ. [p. 15. l. 24.] »δοκεῖ ὁ ῥόμβος καί τι ἐργαλεῖον εἶναι τοῦ ὑφαίνειν, affe»rens hunc ipſum locum. Sed in antiquo exemplari Athe»naei, quo uſus eſt is qui Excerpta confecit, ſcholium »fuit adiectum; quod a Breviatore conſervatum hîc ap»pingemus, cuicuimodi illud ſit. Sic autem is Grammati»cus. Ἐν δὲ τῷ σχολίῳ τοῦ βιβλίου ὅθεν αἱ παρεκβολαὶ, »τάδε ἦσαν περὶ τοῦ ἄνω γεγραμμένου ῥόμβου. Ῥόμβος ἐστὶ »τροχίσκος, ὃν τύπτοντες ἱμᾶσι καὶ στρέφοντες, ποιοῦσι »περιδινεῖσθαι καὶ ψόφον ἀποτελεῖν. ῥύμβον δὲ αὐτὸν Εὔ»πολις εἶπεν. καλεῖται δὲ καὶ βρυτήρ.« CASAUBONUS. — Idem Scholion & in ſuo codice Epit. repererat Euſtathius, ut diſcimus ex loco a Caſaub. citato, ſcil. ex Comment. in Od. α'. pag. 15. l. 21 ſqq. ubi poſtremum iſtud vocab. βρυτὴρ idem valere ait ac ῥυτὴρ, i. e. χαλινός. Sed in noſtro ms. *Ep.* atque etiam in ms. *A.* (cuius in ora idem Scholion, inde a verbis Ῥόμβος ἐστὶ &c. exhibetur) βρυκτὴρ ſcribitur. Rurſus vero βρυτὴρ ſcribebatur in Corſelii codice ms. *Epit.* e quo illud protulit Andr. Schottus, Obſerv. Humanar. lib. I. cap. 6. pag. 10. Denique βρυτὴρ ſcribitur etiam apud Etymologum, in Ῥόμβος, pag. 706 med. ubi idem Scholion eisdem verbis conceptum legitur, niſi quod περιδονεῖσθαι pro περιδινεῖσθαι ſcribitur. Adde Scholiaſten Apollonii Rhod. ad I. 1139. cuius verba emendata dedit Ruhnkenius ad Timaei Lexic. Plat. pag. 229. Sed ex his nondum adparet, qualia ſint veſtimenta quae ῥόμβοις ὑφαντὰ dixerit Democritus Epheſius. Euſtathium ſi audias, *rhombi* in hac dictione *inſtrumenta* quaedam *textoria* intelligi debent: quam notionem huius vocabuli nemo e vetuſtioribus vel Grammaticis vel aliis auctoribus novit. Mihi probabilior viſa eſt DALECAMPII interpretatio, *intextis rhombis:* ita ut *rhombus* intelligatur figura illa e quadrato oblonga & obliqua, quam & Geometrae & vulgus hominum iſto nomine adpellat. Videtur autem (liceat hoc in transcurſu adnotare) figura illa nomen inveniſſe ab ipſo illo ludicro inſtrumento, quod latine *turbo* & graece

etiam vocabulo *trochus*, graece vero proprie olim *βόμβος* c vocabatur: quod inſtrumentum non, ut hodie fere turbines quos pueri noſtri circumagunt, unius coni inverſi formam habebat, ſed formam duorum conorum ad baſes iunctorum; quo fiebat, ut a latere adſpectum inſtrumentum, aut in medio ſecundum longitudinem diſſectum, eam ſpeciem figuramque referret, quam *rhombum* vulgo vocamus. Quare & *rhombum ſolidum* Archimedes in lib. de Sphaera & Cylindro (referente Martinio, in Lexico Philologico) ſic definit: Ῥόμβον καλῶ στερεὸν, ἐπειδὰν δύο κῶνοι, τὴν αὐτὴν βάσιν ἔχοντες, τὰς κορυφὰς ἔχωσιν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ ἐπιπέδου τῆς βάσεως, &c. *Veſtimenta* igitur, quae dicit auctor, intelligimus fuiſſe *rhombis* (nempe, *figuris rhomboideis*) *diverſorum colorum variegata.*

Non minor vero difficultas, atque etiam maior, ineſt proximis verbis, αἱ δὲ κεφαλαὶ κατ' ἴσα διειλημμέναι ζώοις. Quae, ab Epitomae auctore omiſſa, atque etiam a Caſaubono in Animadv. ſilentio praetermiſſa, latine ſic reddiderat DALECAMPIUS: *capita vero, animalium imaginibus, aequaliter collocatis, diſtincta.* In orâ vero idem interpres adnotaverat: »Ζώοις. Legendum puto ζώναις, *faſciis, vittis.* « — At in editâ ſcripturâ nil mutant veteres membranae. Gallici interpretes: *Ils ſe couvrent la tête avec des étoffes où l'on voit différentes figures d'animaux*: quaſi hîc de *capitis tegmine* ageretur: quod nullo modo probabile mihi videtur. Aut mendum ineſt in ipſa voce κεφαλαί: aut hoc vocabulo ſignificatur vel veſtimenti genus aliquod, vel *pars ſuperior earumdem veſtium de quibus modo dixerat auctor:* & in hanc poſteriorem ſententiam, quum certius aut probabilius nihil occurreret, interpretatus ſum. Praeiverat eamdem interpretationem LEDERLINUS, qui cum Briſſonii libros de Regno Perſarum ederet, Graecorum auctorum teſtimoniis, Graece ſolummodo a Briſſonio adpoſitis, latinam verſionem adiecit: is igitur lib. II. pag. 551. praeſcripta verba latine ſic convertit: *ſummitates vero* (nempe, *veſtium*) *animalium imaginibus aequaliter collocatis diſtinctae.* Nempe inferior pars amiculi rhombis diverſi coloris erat variegata: *ſuperior aliis pictis figuris formisque diſtincta.* Nam, ubi de picturâ aut ſculpturâ agitur, iam ſaepius obſervavimus, ζῶα Graecis non modo *animalium imagines*, ſed generatim quaslibet *formas figurasque* dici.

καὶ σαράπεις μήλινοι &c. »*Sarapis* hîc veſtis Perſicae d

d »nomen eſt, *coloris melini*: aliis dicitur fuiſſe coloris μεσο-»λεύκου.« CASAUBONUS. — Conf. infra, pag. 537. e. f. Porro videndus Heſychius & Pollux, & qui horum teſtimonia excuſſit BRISSONIUS, de Regn. Perſ. lib. II. p. 549.

καὶ καλασίρεις Κορινθιουργεῖς. De *calaſire* vide Briſſ. pag. 551. Cur vero Dalecampium, Κορινθιουργεῖς reddentem *opere Phrygio depictas*, Lederlinus etiam apud Briſſ. pag. 550. ſecutus ſit, mirari ſubiit. Nulla profecto cauſſa erat, cur *Corinthiaci* artifices hîc ſuâ laude fraudarentur. *Officinam omnium artificum atque artificiorum* haud immerito dictam eſſe Corinthum novimus: (vide Oroſ. Hiſt. V. 3.) & *pingendi* praeſertim *fingendique & alias omnes ad id genus ſpectantes artes* in illa urbe floruiſſe, diſerte Strabo ait, lib. VIII. pag. 382. Quidni ergo in texendi arte aut acu pingendi praeſtantes etiam artifices potuerit eadem habere? Stragulas quidem veſtes Corinthiacas etiam prae caeteris laudatas olim fuiſſe diſcimus ex Antiphane comico, apud Noſtrum, I. 27. d.

εἰσὶ δὲ αἱ μὲν πορφυραῖ, - - αἱ δὲ ὑακίνθινοι. Cum ferri non poſſet ὑάκινθοι, quod quidem etiam membr. *A.* cum editis tenent, monuit CASAUBONUS: »Scribe ὑα-»κίνθιναι. Nec aliter Euſtathius.« — Nempe mutatâ orationis ſtructurâ ὑακινθίνας habet Euſtath. ad Od. α'. p. 19. l. 22. idque ex *Epit.* in qua eodem modo ſcriptum. Nobis mediâ incedendum viâ videbatur, adiectivam formationem ex Epitomâ adoptando, terminationem οι vero cum veteribus membranis tenendo; quum analogiae ſit conſentaneum, ut pluriſyllabum adiectivum ὑακίνθινος ſit generis communis. ὑακινθινοβαφεῖς maluerat DORVILLE ad Charit. p. 545. At, quod ea voce & Xenophon uſus eſt, Cyrop. VI. 4, 2. & Chariton, pag. 103. id ſatis cauſſae non erat, cur eamdem Athenaeo aut Demetrio Epheſio obtruderemus. Leve eſt, ſed tamen, oblatâ nunc maxime occaſione, non praetereundum: cum πορφυραὶ (ſic) ſcriptum hîc reperiſſet idem DORVILLIUS, monendum duxit: »Ne mutes πορφυραὶ in πορφύρεαι vel πορφυραῖ. »Paſſim enim haec ſcriptura obtinet: unde πορφυρὸς pro »πορφύρεος fuiſſe uſurpatum colligeres. Sic habes apud Lu»cian. T. I. pag. 131. & 701. & T. III. pag. 617.« — Ad haec in promtu ſunt quae moneam nonnulla. Primum quidem, ſcriptura iſta πορφυραὶ in editione tertiâ Caſaubonianâ, quâ uſus videtur Dorvillius, nonniſi caſu & per ty-

pothetae errorem huc invecta est: πορφυραῖ hic habent d ed. Cas. 1. & 2. ut constanter aliâs. Pari quidem casu in ed. Ven. & Bas. etiam πορφυραὶ hîc scribitur, in quibus aliâs (quoad memini) constanter circumflexo accentu vox ista notatur; quemadmodum paulo ante πορφυροῖ habent, non πορφυροί. Et sic constanter etiam codex *Epit.* circumflexo accentu utitur. E contrario, in vetere cod. *A.* hoc ipso quidem loco ad πορφυραῖ (quod habet ed. Cas. 1. ad cuius exemplum ille codex exactus collatusque est) nulla dissensio est enotata: sed paulo ante, pro πορφυροῖ, ex eodem codice enotata est scriptura πορφυροὶ, & sic in eodem plerumque ac tantum non constanter *acuto* aut *gravi* (quem vulgo vocamus) *accentu* signatur illud vocabulum, ubi circumflexus desiderabatur: quod hucusque, quia levioris momenti rem & scripturam manifeste vitiosam iudicaveram, (cum praesertim & aliâs in accentibus ponendis valde negligens fuerit eiusdem codicis scriba) adnotare neglexi. *Ibid.* θαλασσοειδεῖς: *marini coloris.* Graecum nomen fere tenentes Latini poëtae, *thalassicas* & *thalassinas vestes* dixerunt: ut Plautus & Lucretius.

ἴδοι δ' ἂν τις, φησὶ, καὶ τὰς καλουμένας ἀκταίας, ὅπερ ἐστὶ καὶ πολυτελέστατον ἐν τοῖς Περσικοῖς περιβλήμασι. ἔστι δὲ τοῦτο σπαθητὸν &c. »Athenaeo auctore, *actaea* vestis »dicta est Graecis ἡ σπαθητὴ, *densa*, & contraria *rallae*. »Plinius vocat *crebram papaveratam*. De voce ἀκταῖα mul»ta Eustathius.« CASAUBONUS. — De vocab. ἀκταῖα egit BRISSONIUS l. c. pag. 551 sq. ubi & Eustathii verba ex Comm. ad Od. α'. pag. 19. l. 21 sqq. adposuit: quae tamen ad declarandam vocabuli vim nihil promovent. Videtur nomen esse origine Persicum, a Graecis in formam Graecae similem detortum. ἡ σπάθη (unde ductum verbum σπαθᾶν, & adiectivum verbale σπαθητὸς) cum alia significat, tum *instrumentum textorium, quo licium telae firmiter inculcabatur:* quod quale fuerit nescio, sed diversum fuisse a *pecline*, quo vulgo utuntur textores, diserte Hesychius adnotavit in Σπαθατόν. Plinii verba a Casaub. citata, leguntur lib. VIII. cap. 48. sect. 74. ubi vide Harduin. & quos ille citavit.

καταπέπλασται δὲ χρυσοῖς κέγχροις. Verbo καταπέπλασται non videtur esse hîc locus. Commode Dalecampius vertit, *aureis milii granis conspersum:* id est autem καταπέπασται: quod idem verbum & *distin-*

flum & *variegatum* reddi poterat. Sic κατάπαστος veteres Grammatici interpretantur πεποικιλμένος.

AD CAP. XXX.

e Ἀσίου ποιήματα. De *Asio*, vetere poëtâ Samio, conf. III. 125. b. & ibi not. *Ibid.* ἐφόρουν χλιδῶνας περὶ τοῖς βραχίοσι. Hesychius: Χλιδῶνες· κόσμοι, ὧν [οὓς malles: sed intelligi potest τούτων ὧν, quod valet τούτων οὕς: *ornatus ex eorum genere, quos*] αἱ γυναῖκες περὶ τοῖς βραχίοσιν εἰώθασι φορεῖν καὶ τοὺς τραχήλους.

τὸ δὲ νόμιμον τοῦτο μαρτυρεῖσθαι καὶ ὑπὸ παροιμίας τῆσδε, Βαδίζειν Ἡραῖον ἐμπεπλεγμένον. »*Proverbium*, cuius »obiter mentio fit ex *Duride*, Βαδίζειν Ἡραῖον ἐμπεπλεγ»μένον, ita potius concipiendum, Βαδίζειν ἐς Ἡρ. ἐμπεπλ. »*Vadere ad Iunonis festum cum implexis capillis:* ex ipsius »Duridis narratione: non, ut doctissimi viri vertunt, *in»cedere Iunonium.*« Casaubonus in Animadv. ed. 1. Pro istis vero, in ed. 2. & 3. haec leguntur: »*Proverbium*, cuius »obiter mentio fit ex *Duride*, Βαδίζειν Ἡραῖον ἐμπεπλεγ»μένον, inveni alicubi ita conceptum a viris doctis, Βάδι»ζε βλέμμα Ἡραῖον, *Incede vultu Iunonio.* Sed vera lectio »est, quam hîc refert Athenaeus. Vertendum, *Incedere Iu»nonium, habentem capillos implexos*, sive, *diligenter pexos »& in humerum demissos*, ut modo dicebat Duris. Ἡραῖον »hîc est, non *Iunonis more*; sed, *more eorum qui Heraea*, »id est, *Iunonis festum celebrabant.* Hos autem peculiari qua»dam gravitate incessus fuisse insignes, declarant etiam ver»ba Horatii, satyrâ tertiâ lib. I. *Saepe velut qui currebat »fugiens hostem: persaepe velut qui Iunonis sacra ferret.*« — Tetigit istud proverbium Erasmus, p. 61. sic concipiens, *Ingredi Iunonium.* Copiosius tractavit Cognatus, inscribens *Iunonio incessu ambulat*, inter Erasmiana, p. 197. In *Ios.* Scaligeri Proverbiis Stromateis, quae Andr. Schottus cum Graecis Paroemiographis edidit, idem proverbium isto hexametro comprehenditur, Βάδιζε βῆμ' (non βλέμμ', ut scribitur in Casauboni Animadv.) Ἡραῖον ἐμπεπλεγμένον. pag. 606. num. 501. Ex *Asii* poëtae verbis, quae continuo subiiciuntur, videri poterat Ἡραῖον hîc dici *Iunonis templum*; Βαδίζειν Ἡραῖον vero in proverbio, brevitatis causâ, dictum pro βαδίζειν ἐς Ἡραῖον.

f Οἱ δ' αὖτως φοίτεσκον &c. »Antiquissimi poëtae *Asii*

» verſus *de luxu Samiorum* peſſime ſcribuntur in omnibus f
» libris: ita nempe:

» Οἱ δ' αὖτως φοίτεσκον, ὅπως πλοκάμους κτενίσαιντο
» εἰς Ἥρας τέμενος πεπυκασμένοι εἵμασι καλοῖς,
» χιονέοισι χιτῶσι πέδον χθονὸς εὐρέος εἶχον,
» χρύσειαι δὲ κόρυμβαι ἐπ' αὐτῶν τέττιγες ὡς,
» χαῖται † δορευτανέμω [immo δωρευτ.] χρυσέοις ἐνὶ δεσμοῖς,
» δαιδαλέοι δὲ χλιδῶνες ἀρ' ἀμφιβραχίοσι, †
» νήσαντες ὑπασπίδιον πολεμιστήν.

» *Primus verſus* & *ſecundus* ex *Duridis* paraphraſi clari ſunt. » *Tertio* ſignificat poëta, *ſyrmata eos geſtaſſe & veſtes albas* » *poderes*, ſive *ad terram pertinentes*. Interpres neſcio quid » legerit pro εἶχον: ſed ferri poteſt εἶχον πέδον χθονὸς, pro » *pertinebant ad terram, eamque tangebant*. *Quarto*, vocat *corym-* » *bas cicadis ſimiles*, tutulos Samiorum eâdem formâ cum At- » ticis, quos nuncupat Thucydides κρωβύλους *inſertis cica-* » *dis ornatos*. Samii ab antiquis Athenienſibus hunc morem » retinuerant: quod non eſt obſcurum ex praeclara magni » illius Hiſtorici praefatione: ubi notabis illa verba, διὰ » τὸ ἁβροδίαιτον: quod huc inprimis facit. Sed locum prae- » ſtat adſcribere, mire enim illuſtrabit *Aſii* hos verſus. » Καὶ οἱ πρεσβύτεροι, ait, τῶν εὐδαιμόνων, διὰ τὸ ἁβροδίαι- » τον, οὐ πολὺς χρόνος ἐπειδὴ χιτῶνάς τε λινοῦς ἐπαύσαν- » το φοροῦντες, καὶ χρυσῶν τεττίγων ἐνέρσει κρώβυλον ἀνα- » δούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν. [Vide Thucyd. l. 6. & ibi Interpp.] — » *Quintum* (verſum) ſic emendamus:

» χαῖται δ' ἠώρηντ' ἀνέμῳ χρυσέοις ἐνὶ δεσμοῖς.

» *Agitabatur coma flatu venti aureis* adſtricta *vinculis*: intel- » lige autem capillos extremos; nam capiti pars proxima, » quae vincta erat, agitari non potuit. *Sextum* & *ſepti-* » *mum* ita ſcribo:

— » ἀμφὶ βραχίοσιν ἦσαν
» ὥσπερ ὑπασπιδίῳ πολεμιστῇ. —

» partim certâ, partim probabili coniecturâ. « CASAUB.

In *Epit.* tota deeſt ecloga. *Verſ.* 1. recte φοίτεσκον poſuerunt editores, pro φοιτέεσκον quod erat in ms. *A*. *Tertium verſum* latine ſic reddiderat DALECAMPIUS: *terraeque late niveis tunicis ſolum radebant*: quaſi legiſſet εὐρὺ ἔσαιρον, ut monuit IACOBS, Exerc. Crit. T. I. pag. 121. At id quidem nimis a veteris ſcripturae veſtigiis recedit. Nec vero video, quo pacto ferri poſſit εἶχον πέδον χθονὸς eâ notio-

fne, quam Casaubonus voluit. εἴχοντο πέδου oportebat; non εἶχον πέδον. Nec rursus LENNEPII probare potui quamvis & ingeniosum & eruditum commentum, statuentis (in Animadv. ad Coluthum, pag. 45 sq.) postrema verba duorum versuum, *tertii* & *quarti*, sedes inter se permutasse, cum prius ita scripti fuissent illi versus:

» χιονέοισι χιτῶσι πέδον χθονὸς εὐρέος ὣς
» χρύσειαι δὲ κόρυμβαι ἐπ' αὐτῶν τέττιγες εἶχον:

tum vero hos ipsos versus in hunc modum refingendos censentis:

» χιονέοις τε χιτῶσι πέδον χθονὸς εὐρυοδείης, (nempe φοίτεσκον:)
» χρυσείους δὲ κόρυμβοι ἐπ' αὐτῶν τέττιγας εἶχον. «

Quarum novationum ut violentiam taceam; non cogitasse videtur vir doctus vocabulum τέττιγας penultimam constanter producere. Nobis hoc loco, ut expeditissima, sic certissima WESTONI emendatio visa erat, in fine *vers.* 3. ἶκον pro vulgato εἶχον ponentis, in Hermesian. p. 44. Ut saepe Homerus οὐρανὸν ἶκεν dixit, sic *Asius* poëta hîc πέδον χθονὸς ἶκεν. Et pro eo, quod est apud Virgilium, Aeneid. I. 408. *pedes vestis defluxit ad imos*, inversâ orationis structurâ Graecus poëta ait, *vestibus homines ad solum usque terrae perveniebant.* In *quarto* versu, qui spondeum pro dactylo in penultimâ sede habet, nihil mutandum videtur: quamquam haud satis perspicuum sit quo referatur illud ἐπ' αὐτῶν: quod videri quidem possit ad χιτῶνας referendum; sed, quoniam κόρυμβαι sunt *capitis ornatus*, ἐπ' αὐτῶν rectius ad *homines Samios* referetur: *super ipsis*, nempe, *super eorum capitibus sunt aurei ornatus, veluti cicadae.* Illud notandum, κορύμβας in *foeminino* genere alibi non reperiri.

Quinto versu, emendationi a Casaub. propositae rursus haud dubie praestabat & unice vera nobis visa ea erat, quae ab eodem WESTONO ibid. ex Iliad. Ψ. 367. adscita est, χαῖται δ' ἐῤῥώοντο ἀνέμῳ. Quod vero ἀνέμοις idem pro ἀνέμῳ proposuit, nec necessaria illa mutatio est, & ingrata & parum commoda futura hîc erat terminatio pluralis, ob alios similes casus qui continuo sequuntur.

Vers. 6. ἀμφὶ βραχίοσιν perspicue scribitur in ms. *A.* Deinde vero sic abrupte pergit idem codex, πάντες ὑπασπίδιον πολεμιστήν: ut perspicuum videatur, sextum versum in haec verba olim exiisse, βραχίοσιν ἦσαν, sed ab

illo verbo ἦσαν, omiſſis nonnullis aberraſſe librarium ad aliud paulo poſt poſitum verbum, quod in ησαντες aut in aliquid tale deſiiſſet. Id verbum quodnam fuerit, quaerendum iis qui ingenio valent relinquimus. Caſaubonianum quidem ὥσπερ ὑπασπιδίῳ πολεμιστῇ, & nimis abit ab his quae ſuperſunt veteris ſcripturae veſtigiis, & alioquin quid huc faciat exputare equidem non potui. Gallici interpretes in hunc modum explendum verſum cenſuerunt:

»οὕτως μιμήσαντες ὑπασπίδιον πολεμιστήν.«

Non cogitantes, verbum Graecum non eſſe μιμήσαντες, pro μιμησάμενοι.

Quam deinde *Heraclides Ponticus*, de eisdem *Samiis* a loquens, τὴν πρὸς ἀλλήλους μικρολογίαν dicit, intelligi (puto) debent *mutuae in ipſos contentiones ex avaritiâ* ortae: nempe, ut fit, ex divitum avaritiâ, & ex tenuiorum invidiâ. Pro iſtis, quae vitioſe edita erant, ὥστε Συβαρ. & ἀπωλέσαι, recte ὥσπερ Συβ. & ἀπολέσαι dedit ms. *A*. In *Epit*. deſunt haec omnia.

AD CAP. XXXI.

ἐπεὶ εἰς τρυφὴν ἐξωκ. Sic uterque mstus. ἐς τρυφ. edd.

Ibid. δισκημένοι τὰς κόμας. »In *Philarchi* [immo »*Phylarchi*] teſtimonio, προήεσαν δισκημένοι τὰς κό»μας χρυσῷ κόσμῳ, non eſt τὸ διασκεῖσθαι ſimpliciter *exor»nari*, ſed *discretim ornare comam*: hoc eſt, διακριδὸν ἀσκεῖ»σθαι. Nam ita ſoliti homines ἁβροδίαιτοι & facere & lo»qui. Lucianus in Amoribus: [cap. 3. Tom. V. ed. Bipont. »p. 259.] Ἀλλὰ λιπαραὶ παλαίστραι μέλουσί σοι, καὶ φαι»δρὰ μὲν ἑσθῆς, μέχρι ποδῶν τὴν τρυφὴν (in ed. Caſ. 2. & »3. eſt »τὴν παρυφήν: ita ſcribe, non τρυφήν.) καθειμένη, »διακριδὸν δ' ἠσκημένης κόμης ἐπιμέλεια.« Casaubonus.

Xenophanis teſtimonium, ex illius *Elegiis*, alibi a Noſtro nominatim citatis, deſumtum eſt. Ex eodem nonniſi pauca verba hîc adpoſuit Breviator. *Verſus ſecundus*, b qui totus deeſt Epitomae, perquam mendoſe ſcribitur in ms. *A*. in hunc modum: ὄφρα τυραννίης ησσα νευ στυγερῆς. Recte curatus videtur ab editoribus, ἦσαν ἐπὶ στυγερῆς ſcribentibus: & loquitur, ni fallor, de *tempore quo ſteterat adhuc Lydorum regnum*. Sed cum in vocab. τυραννίης penultima *brevis* ſit, quam hîc *longam* deſiderabat

b metrum, τυραννείης videtur ſcriptum oportuiſſe; formato nomine a verbo τυραννεύω, quod perinde ac τυραννέω in uſu erat.

» *Quartum verſum* XENOPHANIS, οὐ μείους ἤπερ χίλιοι » εἰς ἐπίπαν, accipe de aſtypolis, qui fuerunt Colophone » haud pauciores mille, ſicut mox ſequitur.« CASAUB. — Vide mox lit. *c*. Tenuimus editam ſcripturam ἤπερ, & εἰς ἐπίπαν. Sed, pro eo quod veteres membranae habent ὥσπερ χίλιοι εἰς ἐπίπαν, malueram equidem ἤπερ χίλιοι ὡς ἐπίπαν. Vereor ſane, ne iſtam dictionem εἰς ἐπίπαν non agnoſcat Hellenismus.

Verſ. 6.

αὐχαλέοι χαίτῃσιν ἀγαλλόμεν' εὐπρεπέεσσιν.

En rurſus mirae fiduciae documentum, qua coniecturas ſuas lectoribus ſubinde obtrudere conſueverat incredibili doctrinae ſuae copiâ fretus CASAUBONUS. Nihil ille ad hunc verſum adnotavit. Atqui ipſe ſuo arbitratu commodiſſimam & unice veram membranarum & veterum editionum ſcripturam αὐχαλέοι in aliam huic loco nullo modo convenientem αὐχμαλέοι mutaverat; atque eo ipſo alios etiam doctrinâ & ingenio praeſtantiſſimos viros in errorem induxit, ut intelliges ex virorum doctorum Notis ad Heſychianam gloſſam: Αὐχαλέοι· σεμνοί. Eâdem ex gloſſâ vocabulum iſtud, a recentioribus Lexicographis neglectum, prudenter in Theſauri ſui Indice adnotaverat H. STEPHANUS, his verbis: » Αὐχαλέοι, Heſychio ſunt σεμ- » νοί: *glorioſi*, vel etiam *iactabundi*.« — Diceres, ipſum iſtum Xenophanis verſum reſpexiſſe Gloſſographum. Pro χαίτῃσιν ſuo more inepte χαίτισιν ſcripſit calligraphus in vetuſtis noſtris membranis. Haereo in penultimâ eiusdem verſus voce. ἀγαλλόμενοι εὐπρεπέεσσιν ſcribitur in ed. Ven. & Baſ. quod utique menſurae verſus adverſabatur. ἀγαλλόμεν' εὐπρεπέεσσι tacite correxit idem Caſaubonus, eliſâ diphthongo οι: quae an in iſta voce ita elidi aut cum ſequenti ευ coaleſcere potuerit, dubitare ſubiit. Nihil tamen discrepantiae ad iſtam ſcripturam e membr. *A.* enotatum. Neſcio vero, an ἀγαλλέμεν (ionicâ formâ, pro ἀγάλλειν) fortaſſe hîc ſcriptum oportuiſſe dicam; qui infinitivus ab illo nomine αὐχαλέοι regeretur: *gloriantes, ſuperbientes ornari*, i. e. *eo quod ornentur*. Minus dubitaturus eram, ſi ſatis ſcirem, verbum ἀγάλλειν in activâ formâ notione paſſivâ vel reciprocâ pro ἀγάλλεσθαι vel ἀγάλ-

λειν ἑαυτὸν accipi posse: cuius usus nullum in promtu ha- b
beo ex probato auctore ductum exemplum. Confecta quidem res posset videri, si fides esset glossae, quae apud Suidam in ed. Porti & Küsteri sic scribitur: Ἀγάλλων· ἑαυτὸν σεμνοποιῶν: sed vel sic suspicari licuerit, ἑαυτὸν fortasse ad ἀγάλλων in illâ glossâ fuisse referendum, & ad verbum σεμνοποιῶν deinde rursus idem pronomen supplendum. In principibus vero Suidae editionibus prorsus etiam ambigue scribitur, Ἀγάλλων ἑαυτὸν σεμνοποιῶν, nullâ interpositâ distinctione; ut, quid potissimum voluerit Lexicographus, haud liquido adpareat.

Versu 6. rursus probum vocabulum, quod dederant veteres editiones, suâ auctoritate tacite mutavit CASAUBONUS; pro χρίμασι, quod illae offerebant, χρίσμασι scribens, invitis membranis, quae vel id ipsum χρίμασι, vel ex eo corruptum χρήμασι habent, ut noster vetus cod. *A*. Ionicus scriptor *Xenophanes*, quidni molliori nominis forma χρῖμα, quae perinde legitima erat, usus esset? Pro ὀδμῇ vero quod erat editum, nos membranarum auctoritate ὀδμὴν scripsimus, quod magis etiam Graecum esse iudicavimus. ἀσκητοῖς ὀδμὴν, *exquisitis quoad odorem*, vel *solerter paratis ad odorem*.

οὔτε ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον &c. Id de Sybaritis vulgo dici solitum supra vidimus, pag. 520. a. *Ibid.* ὃς ἔτι καὶ ἐφ' ἡμῶν ἦν. Sic recte ms. *A*. In *Epit.* ista desunt. *Ibid.* μέ- c
χρι μέσης ἡμέρας. Tenui hoc, quod commodius editum videbatur, quam μέσου, quod est in msto. Etiam μέχρι λύχνων ἀφῶν recte editum erat: perperam ἀφ' ὧν Ms. Sic περὶ λύχνων ἀφὰς, Herodot. VII. 215.

ὃ δὴ καὶ βασιλεῦσι σπάνιον τότ' ἦν. Ad vulgatam scripturam ὅθεν notaverat CASAUBONUS: »Lege ὅ γε καὶ βασ. vel »ὅπερ: non ὅθεν. « — Ferri utique non potuit ὅθεν, quamquam utriusque msti auctoritate nitens. Nobis ὃ δὴ placuit: quod etiam a CORAYO in *Notis msstis* propositum vidimus. Adiecit idem Vir doctus, legi quoque posse, ὅτε καὶ βασ. σπαν. τοῦτ' ἦν.

In *ANTIPHANIS* testimonio, anapaesticis versiculis (ut d
monuit KOPPIERS, Observ. Philolog. pag. 38.) comprehenso, praetuli codicis *Epit.* scripturam, Πόθεν οἰκήτωρ εἶ; τίς Ἰώνων. Mox, quod ἡδυπαθεὶς scribebatur, erratum erat ex ed. Bas. in ed. Cas. translatum: de quo corrigendo monuit CASAUB. *in Animadv.* Vitiosam scripturam tamen in

d contextu reliquerunt qui editionem Caſ. 2. & 3. curarunt; veram ſcripturam in orâ notaſſe ſatis habentes.

ἢ χρυσῆ παροιμία. » Haereo in illis: Θεόφραστος δ' » ἐν τῷ περὶ Ἡδονῆς, καὶ δὴ καὶ τοὺς Ἰωνάς φησι διὰ τὴν » ὑπερβολὴν τῆς τρυφῆς ἔτι καὶ νῦν ἢ χρυσῆ παροιμία » διαμεμένηκε. Oratio primùm offendit me: neque dubi- » taverim affirmare deeſſe aliquid. Deinde, quaenam illa » *aurea paroemia?* Ego ſane non ſcio: niſi eo reſpexit Theo- » phraſtus, quod omnia *delicata & mollia* dicuntur παροι- » μιακῶς *Ionica*; & homines ἁβροδίαιτοι, *Ionici*: ut apud » Menandrum, Ἰωνικὸς πλούταξ: & μουσουργοὶ Ἰωνικαὶ » ſaepe. Etiam apud Latinos, *Ionici motus.* « CASAUBONUS. — Deeſt tota ῥῆσις in *Epit.* Veteres vero membranae *A.* ab editâ ſcripturâ nil discrepant. *Aureâ paroemiâ*, quam hîc memorantem THEOPHRASTUM facit vulgata ſcriptura, ERASMUM ſi audimus, (in Adag. p. 459.) ſignificatur proverbium his verbis conceptum, *Riſus Ionicus*, Γέλως Ἰωνικός: quod vereor ne nemini aut admodum paucis ille perſuaſerit. Perquam ſane probabile eſt, & verba nonnulla hîc intercidiſſe, & in voce χρυσῆ mendum ineſſe. *Paroemia*, quam dixit *Theophraſtus*, ea videtur eſſe quam Caſaubonus quoque intellexerat; ſcilicet, quod quaevis inſignis mollities & luxuria Ἰωνικὴ τρυφὴ vulgo fuerit nominata. Conf. Heſych. in Ἰωνικόν: & ibi Interpretes. Caeterum quo pacto reſtituenda ſint verba philoſophi, in Athenaei libris corrupta, hariolari licet; certâ quâdam ratione, quid ille ſcripſerit, nemo puto hodie nos docere velle praeſumſerit. Eam coniecturam, quam in ſcholio ſub contextu poſui, LEDERLINI olim noſtratis manu orae exempli Athenaei, quo is uſus erat, adſcriptam reperi; ab ipſo-ne excogitatam, neſcio, an aliunde acceptam. Poſtrema verba fortaſſe ſic olim concepta fuerant: καὶ ἔτι καὶ νῦν ἐν χρήσει ἢ παροιμία διαμεμένηκε.

AD CAP. XXXII.

e ἀκόλαστοι καὶ συνουσιάζειν καὶ πίνειν εἰθισμένοι. Dalec. *ad compotationes & venerem intemperantes.* Similiter Gallici interpretes, Villebrunius certe, verbum συνουσιάζειν de *veneris voluptatibus* accepit. Et illâ quidem notione haud raro accipi pulcre novimus: ſed ubi συνουσιάζειν & πίνειν iunguntur, ita quidem ut praecedat verbum συνουσιάζειν,

non aliter nisi de *sodalitatibus quae ad epulandum vel comes-* e
sandum conveniunt intelligendum putem. Sic συνουσίαν cum aliàs saepe, tum V. 217. b. & c. & 195. f. & ipsum verbum συνουσιάζειν, XII. 517. f. de *convivio* usurpatum vidimus.

ἐπὶ τῶν καπηλείων recte ms. *Ep.* Καλχηδόνιοι vero dedit cod. mstus uterque: quam formationem nominis in THEOPOMPI testimonio non aspernandam putavi; licet paulo ante, ubi suo nomine loquebatur Athenaeus, vulgatam formam Χαλκηδ. cum editis teneant (quod sciam) veteres membranae. Vide notata ad III. 92. e. Adde Nostrum, XI. 496. e.

πρὶν μὲν μετασχεῖν αὐτοῖς τῆς πολιτείας. Commode DALECAMPIUS: *priusquam eiusdem publicae administrationis forent participes.* Perperam Gallicus interpres: *avant qu'ils se fussent emparés du Gouvernement.* Adnotatum hoc loco a viro docto vidi, αὐτοὺς pro αὐτοῖς legendum videri: qui non recordatus videtur, percommode accusativum αὐτοὺς omitti potuisse, facili negotio supplendum, sed dativo αὐτοῖς carere non posse orationem: dicimus etiam μετασχεῖν τινι τινὸς, *participare aliquid cum aliquo, eiusdem rei cum aliquo participem esse.* Vide Lexic. Polyb. voc. Μετέχειν.

καὶ τὸν καθ' ἡμέραν βίον. Suspicatus eram intercidisse f hîc nonnihil: sed nil mutat aut addit ms. *A.* & ferri utcumque potest illa scriptura. In *Epit.* quidem omissa sunt ipsa illa quinque verba. *Mox*, φιλοπῶται per ω μέγα scriptum, ut alibi constanter, sic & hîc dedit ms. *A.*

Quae de *Umbrorum* gente subiicit auctor, ea praetermisit Breviator. περὶ τὸν Ἀδρίαν dedit ms. *A.* Si πρὸς malles, πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ oportebat.

AD CAP. XXXIII.

De *Thessalorum luxuriâ* confer quae ex eodem, quem a hîc citat, Theopompo iam supra retulit Deipnosophista, VI. 260. b. Adde Platonis Criton. cap. 15. Tria verba, καὶ ταῖς αὐλητρίσιν, quae deerant editis, dedere ambo mssti codices. *Mox*, vocem τοιαύταις cum ms. *A.* tenebant ed. Ven. & Bas. ut adpareat nonnisi casu omissam esse in ed. Cas. In *Epit.* desunt ista omnia, καὶ ταῖς τοιαυτ. ἀκολ. & plura deinde. Quae sequebantur in editis verba παραθήσονται & παρασχήσονται, haud male utique in ip-

dicativo modo ponebantur: sed quoniam terminationem subiunctivi modi dedere veteres membranae, non repudiandam putavi.

b Περὶ δὲ Αἰτωλῶν Πολύβιος &c. Paullo uberiora haec habes, ex Excerptis Valesianis, in Reliquiis *libri XIII. Historiae Polybianae* a nobis collectis cap. 1.

AD CAP. XXXIV.

c *ARISTOPHANIS* testimonium de *mensis Siculis*, neglectâ versuum distinctione, sic scriptum erat in ed. Cas. Ἀλλ' οὐ γὰρ ἐμάθετε ταῦτα ἐμοῦ πέμποντος, ἀλλὰ μᾶλλον πίνειν, ἔπειτ' ᾄδειν κακῶς Συρακουσίων τράπεζαν Συβαριτιδάς τ' εὐωχίας καὶ Χῖον ἐκλ.... καίναν. Quem ad locum est CASAUBONI Animadversio haec: »*ARISTOPHANIS* locum e fabulâ cui nomen fecerat Δαιταλεῖς, & mutilum & corruptum, ita restituendum monemus: Ἀλλ' »οὐ γὰρ ἐμάθετε ταῦτά γ' ἐμοῦ πέμποντος. Ἀλλὰ μᾶλλον »πίνειν, ἔπειτ' ᾄδειν καὶ τὰς Συρακοσίων τραπέζας, Συβα»ρίτιδάς τ' εὐωχίας, καὶ Χῖον ἐκ Λακαινᾶν κυλίκων μέθυ. »*Non ea didicistis quorum caussâ vos illuc miseram: sed po*»*tius bibere; deinde, Syracusanas mensas, Sybariticasque lau*»*titias assidue habere in ore: & Chium merum e Lacaenis ca*»*licibus.* Leviter nos mssti adiuverunt: at lacunam ex libro superiore explevimus.« — Duo postrema verba, quae omittere hoc loco licuerat Athenaeo, supplevit Casaubonus ex lib. XI. pag. 484. f. unde etiam vocabulum λακαινᾶν restituit: quod quidem ipsum etiam editiones Ven. & Bas. exhibebant, nonnisi in accentu errantes, cum ἐκ λάκαιναν darent; ut mireris, in mediâ illâ voce lacunam signatam fuisse in ed. Cas. Similiter in accentu eiusdem vocabuli erratum est in ms. *A.* qui & in toto reliquo hoc testimonio cum editis consentit, nisi quod Συρακοσίων scribit, quemadmodum & paulo ante Συρακόσιοι. Magis concise, nec sine mendâ, in *Epit.* scribitur, Συρακουσίους τράπεζαν Συβαρίτιδάς τ' εὐωχίας. *Brunckius* in Fragm. Aristoph. pag. 238. num. 12. de constituendo metro desperaverat. Sed, esse legitimos versus Iambicos tetrametros, ita ut a nobis factum distinguendos; haud ita pridem, uno fere eodemque tempore, a tribus doctis viris monitum est: quorum primus, *Ricardus* PORSONUS, in Praef. ad editionem secundam Hecubae Euripideae (quae Cantabri-

giae MDCCCII. prodiit) pag. XLI. nihil quidquam in verbis mutavit: reliqui duo vero, GROTEFENDIUS in Notis msstis, & FIORILLO in Obſerv. in Athen. pag. 57. (*verſ.* 1.) ταῦτ' ἐμοῦ γ' εἰπόντος corrigendum cenſuerunt, & καλῶς (*verſ.* 2.) pro κακῶς.

In *PLATONIS* verbis (ex eiusdem ſeptimâ *Epiſtolâ*) commode editum videri poterat, ὅσα τούτῳ ἐπιτηδεύματα d συνέπεται τῷ βίῳ: ſed τούτων apud Athenaeum noſtrum dedit uterque codex mstus, quemadmodum apud Plat. vulgo legitur. Quod dein μελήσας ποτὲ ſcribitur in ed. Caſ. error eſt ex ed. Baſ. propagatus: recte μελήσαι ποτὲ ed. Ven. cum msstis.

Alterum *PLATONIS* teſtimonium legitur *libro III. de Republ.* pag. 210 & ſq. ed. Maſſey.

AD CAP. XXXV.

Ποσειδώνιος δὲ ἐκκαιδεκάτῃ Ἱστοριῶν. »*POSIDONII* lo- e »cum de *Syrorum molli vita* reſtituimus libro quinto, »capite XIII. « CASAUBONUS. — Vide lib. V. pag. 210. f. & ibi not. Quo ex loco, pro γραμματίοις, quod hîc legebatur, γραμματείοις reſtituimus. Suidas: Γραμματεῖον, διδασκαλεῖον. Ex eodem loco hîc correximus οἰκητηρίοις f ἐνδιαιτώμενοι.

AGATHARCHIDIS teſtimonium de *Arycandenſibus*, omiſit Breviator. Recte vero Ἀρυκανδεῖς dedit ms. *A.* a ſingulari Ἀρυκανδεύς. Vide Steph. Byz. in Ἀρύκανδα.

Zacynthios, ait idem *Agatharchides*, eſſe ἀπείρους πο- a λέμου, id eſt *rudes belli & imperitos*. Sic quidem uterque codex mstus, recte: non πολέμων, ut editum erat; quod qui primus ita ſcripſit, is *bellorum expertes* intellexiſſe videtur.

AD CAP. XXXVI.

Πολύβιος δ' ἐν τῇ ἑβδόμῃ. Vide *POLYBIUM* noſtrum, in Reliquiis *libri ſeptimi*, cap. 1. & quae ad eum locum notavimus. *Ibid.* πλοῦτον περιβαλομένους. Sic ſcriptum b oportuiſſe putavi in *aoriſto*, licet περιβαλλομ. cum editis teneat vetus codex. Pro duabus vocibus, Breviator unum verbum πλουτήσαντας poſuit. *Ibid.* ἐξοκεῖλαι, per ο breve, nunc recte dedit ms. *A.* Vide vero quae notavimus

b ad pag. 521. d. Ipſum illud verbum hîc omiſit Breviator. *Ibid.* Κρότωνα. Vide ad pag. 518. d.

ἀνήκεστα δεινὰ ἔπαθον. »Tolle vocem δεινὰ auctoribus libris: & eſt ſine dubio alterius gloſſema. « CASAUBONUS. — Omitti utique nullo incommodo vox δεινὰ potuerat: ac praeſertim *Polybius*, cuius eſt iſta narratio, ſubinde ἀνήκεστόν τι πάσχειν dicit, nullo alio vocabulo adiecto. Sed quemadmodum idem auctor lib. IV. cap. 53, 3. ἀνηκέστῳ συμφορᾷ περιπίπτειν dixit: ſic potuit etiam ἀνήκεστα δεινὰ hîc ſcribere, ubi iſtam vocem cum editis vetuſtae membranae agnoſcunt. Libri, ad quorum auctoritatem provocat Caſaubonus, nulli alii ſunt niſi quibus *Epitoma* Athenaei continetur, cuius auctor brevitati ſtudens illam vocem omiſit.

Πετηλῖνοι. Sic recte mstus uterque codex: non Πετιλῖνοι. Poterat vero etiam Πετηλινοὶ ſcribi, cum accentu in ultimâ, ut apud Stephanum Byz. in Πετηλία, & apud Appianum, Hiſt. Annibal. cap. 29. quod eodem redit.

c *Ibid.* συνευδοκούντων Ῥωμαίων. »Capuanorum mollitiei opponitur *Petelinorum conſtantia:* qui, deſerentibus Romanos omnibus vicinis populis, manſerunt in »fide ſoli. Sed hi cum diuturnam obſidionem paſſi eſſent, »οὐδενὸς βοηθοῦντος, οὐδὲ συνευδοκοῦντος Ῥωμαίων »παρέδοσαν ἑαυτούς. Ita narrant Athenaei omnes codices. »Ego non capio quid *ad Petelinorum gloriam* faciat, quod »*nemine Romanorum conſentiente* deditionem fecerint: nam »inde contrarium potius ſequatur, tandem eos patientiam »rupiſſe, & Romanorum amicitiae renuntiaſſe. Legendum vero, οὐδὲ συνευδοκοῦντος τὰ Ῥωμαϊκά: *cum nemo »opem ferret, neque Romanorum partes ſequeretur.* Livius, »*Petelini uni ex Brutiis manſerant in amicitiâ Romanorum.* « CASAUBONUS. — Nobis in emendatione a docto Animadverſore propoſitâ, nec Graeca dictio, nec ſententia ſatis placuit. DALECAMPIUS locum ſic reddiderat, *cum nec Romani nec ulli ex confoederatis ac ſociis auxilio venirent:* ſatis commodâ ſententiâ, ſed quae Graecis verbis non inerat. Habuerat ille interpres ante oculos ſcripturam editionis Baſileenſis, οὐδενὸς βοηθοῦντος τῶν συνευδοκούντων Ῥωμαίων: ubi ille videtur Ῥωμαίοις legendum cenſuiſſe; ut οἱ συνευδοκοῦντες Ῥωμαίοις intelligerentur *Romanorum ſocii.* VILLEBRUNIUS, contra reliquum ſuum inſtitutum Caſauboni emendationem ſecutus, ita habet: *ſans recevoir*

aucun ſecours, & d'ailleurs perſonne n'embraſſant avec eux le parti des Romains. Nos olim cum Polybium ederemus, eamdem quam modo adpoſuimus editionis Baſileenſis ſcripturam reſpicientes, leviſſimâ mutatione, articulo τῶν poſt συνευδοκούντων reiecto, aut plane abiecto, veram Polybii ſcripturam reſtitui poſſe iudicavimus, in hanc ſententiam, *conſentientibus Romanis & fidem eorum collaudantibus.* Ac ne nunc quidem aliter conſtituendum hunc locum cenſuimus, licet utrumque codicem noſtrum mstum id ipſum tueri viderimus, quod a Caſaubono editum erat, οὐδὲ συνευδοκοῦντος. Nam ſicut manifeſte vitioſa & Polybii menti contraria haec ſcriptura eſt: ſic illa quam nos reſtituimus, συνευδοκούντων Ῥωμαίων, ſententiam efficit cum per ſe unice commodiſſimam, tum mire cum Liviana narratione conſentientem. Diſerte Livius narrat, legatis Petelinis praeſidium a Romanis petentibus reſponſum eſſe a ſenatu, *nihil iam longinquis ſociis in ſe praeſidii eſſe; redirent domum, fideque ad ultimum expletâ conſulerent ſibimet ipſi.* In eamdemque ſententiam Appianus, De Bello Annib. c. 29. ait, Romanos finito bello Annibalico reliquos e Petelinis, fugâ diſperſos, ſtudioſe conquiſitos patriae reſtituiſſe, *ſingularem illorum erga ſe fidem & benevolentiam virtutemque admirantes.*

AD CAP. XXXVII.

Τοὺς δὲ Κουρήτας &c. »De *Curetibus* docte & uber»tim Strabo libro decimo.« Casaubonus. — De *Aetoliae Curetibus* hîc agitur: quorum nomen qui a mollitiei vel luxuriae quodam genere & praeſertim a capitis cultu derivabant, ii (ut Strabo docet, lib. X. p. 466 extr. & 467. init. ed. Caſ.) rurſus duplex etymon ſequebantur, ſpectantes alii τὴν θρέψιν τῆς τριχὸς, id eſt *rationem alendi comam*, alii τὴν κουρὰν, id eſt, *tonſuram:* & illi quidem a vocabulo κόρη vel κούρη derivabant id nomen, a comae curâ quae *puellis* magis quam viris conveniat; quemadmodum etiam Heſychius ait, Κουρῆτες, οἱ τὸν Πλευρῶνα κατοικοῦντες, διὰ τὸ κουρικῶς (i. e. *puellarum in morem*) ἀναδέσθαι τὰς κόμας. Alteri a vocabulo κουρὰ, a *tonſurâ* repetebant eamdem denominationem. Poſſis vero etiam, ſi tanti videtur, utramque rationem inter ſe conciliare, ita quidem ut in utrâque utrumque ſimul etymon (& ὃ

c κόρη vel κούρη, *puella*; & ἡ κουρὰ, *tonsura*) spectetur: nam qui *puellarum* more comam studiose curant, hi partem quidem studiose *alunt*, partem vero *detonderi* sibi curant. Sed *Aeschylus* quidem in adpositis versibus prius maxime etymon spectasse videtur: *Agathon* vero alterum perspicue secutus est. Caeterum de istis *Curetibus* confer Eustathium, ad Iliad. β'. pag. 213. med. & ad Iliad. ψ'. pag. 1403. init. ubi hunc etiam Athenaei locum ex Epitomâ adposuit.

AESCHYLI duo versus in membr. *A.* sic scribuntur, ut vulgo editi legebantur:

Χλιδῶν τε πλόκαμος ὥστε παρθένοις ἁβραῖς,
ὅθεν καλεῖν Κουρῆτα λαὸν ἤνεσαν.

Id est, interprete DALECAMPIO:

Delicati crines, ut molliusculis virginibus,
unde Curetum genti nomen id tributum est.

Ego vero, fieri quidem potest ut erraverim, sed omnino praeferendam iudicavi scripturam in *Epitomâ* nobis servatam: *priori versu*, ὥστε παρθένου ἁβρᾶς, quae verba eodem modo etiam Eustathius l. c. adtulit; *posteriori*, λοιπὸν, *in posterum*. Nempe in animo quidem habuerat Aeschylus nomen populi illius, qui Κουρῆτες dicebantur: sed eo loco, unde desumti sunt illi versus, de uno quodam homine (nescio quo, cum praesertim index fabulae non sit adiectus) agebatur.

d τοὺς τὴν Πρώναχτος ζυγατέρα μνηστεύοντας. »Πρό»ναξ, Talai filius est, Adrasti frater, Lycurgi pater, de »quo Apollodorus Bibliothecae libro primo, & Pausanias »in Laconicis: apud quos Πρώναξ melius per ω magnum.« CASAUBONUS. — Atqui etiam hic apud Athenaeum recte Πρώνακτος, per ω magnum, non solum ambo nostri mssti dedere, sed eodem modo in Aldina editione scribitur.

AGATHONIS versus primus cum sic scriptus esset,

Κόμας ἐκειράμεθα φησὶ μάρτυρας τρυφῆς:

monuit CASAUBONUS: »Scribe, Κόμας ἐκειράμεσθα (φη»σὶ) μάρτυρας τρυφῆς.« — Et dedit nobis veram scripturam ἐκειράμεσθα noster ms. *Ep.* Porro vero, quum modo praecesserint verba, ἐπεὶ δ' ἀπέτυχον τοῦ γάμου, malles utique φασὶ quam φησί. Sed ferendum hoc putavi, quamquam minus commodum. *Dicit*, nempe poëta: id est, *dicentes illos facit.*

e Περὶ μὲν οὖν ἐθνῶν. Sic *absque* τῶν articulo commode

dedit ms. *A.* In *Epit.* haec talia, quae ad transitum ora- e
tionis pertinent, prorsus omitti solere iam saepius obser-
vavimus.

AD CAP. XXXVIII.

καὶ οὗτος οὖν ἔνδον μένων. »Hactenus de publicâ va-
»riorum populorum intemperantiâ & studio voluptatis:
»dein agit Athenaeus περὶ τῶν κατ' ἄνδρα. Initium du-
»cit etiam huius partis a Barbaris. Ait, καὶ οὕτως οὖν
»ἔνδον μένων καὶ τρυφῶν. Melius, καὶ οὗτος. Non enim
»solus *Ninyas*, sed & alii plerique omnes reges Assyriae
»*casarii* fuerunt, & *domi latuerunt.* « CASAUBONUS. —
Conf. pag. 530. e. & 517. b. Non modo autem *melius* est
οὗτος, sed *unice vera* scriptura, quam ipsam tuetur ve-
tus cod. *A.*

Τοιοῦτος δ' ἦν καὶ Σαρδανάπαλλος. Tenui scriptu- f
ram, quam in hoc nomine constantissime servant vetu-
stissimae nostrae membranae, geminatâ λ literâ. Vide Anim-
adv. ad VIII. 335. f. Ex eisdem membr. *A.* adoptavi scri-
pturam Σπαραμείζου, ubi Παραμείζου editum erat. Ipsum
id nomem omissum in *Epit.* Mox dein, μόλις αὐτῷ ἐπε-
τράπη commode dedit uterque mstus. Uterque etiam οὖν
particulam ignorat, quam inter ὡς & εἰσελθὼν insertam
habebant edd. Iidemque verbum ἐψιμυθιωμένον sic scriptum
dederunt, non ἐψιμυθ.

ἀναβάδην &c. »Ait de *Sardanapalo*, ἀναβάδην τε μετ' αὐ- a
»τῶν καθήμενον τὰς ὀφρῦς, γυναικείαν δὲ στολὴν ἔχοντα.
»Non obscurum est, *deesse participium* cum illis iungen-
»dum, τὰς ὀφρῦς: nisi malumus in alium locum eas vo-
»ces transferre, & scribere mox καὶ ὑπεγέγραπτο τοὺς
»ὀφθαλμοὺς καὶ τὰς ὀφρῦς. Et pingebant supercilia οἱ
»παλαιοὶ τρυφηταὶ, & unguentis illinebant. Antiphanes,
»Thoryciis: [apud Athen. XV. 689. f.]

»Ἀμαρακίνῳ δὲ τὰς ὀφρῦς καὶ τὴν κόμην.

»Alexis: [apud eumd. XIII. 568. c.]

»Τὰς ὀφρῦς πυρρὰς ἔχει τις; ζωγραφοῦσιν ἀσβόλῳ.

»Clemens Alexandrinus, Paedagogi libro tertio: καὶ ταῖς
»ὀφρύσι τὴν ἀσβόλην ἀναματτόμεναι. Et moris fuisse scri-
»bit Artemidorus libro primo, ut formae studiosae mu-
»lieres *atramento supercilia* sibi *inficerent.* αἱ γυναῖκες, ait,
»ὑπὲρ εὐμορφίας καὶ μέλανι χρίονται τὰς ὀφρύας. « CASAU-

a BONUS. — Fortaſſe ſic edi oportuerat, καθήμενον, * * τὰς ὀφρῦς: ut defectus participii indicaretur. Facile enim credas, ſcriptum olim fuiſſe ἐγκεχρισμένον μὲν τὰς ὀφρῦς, γυναικείαν δὲ &c. aut tali quodam modo. Apud Suidam, in Σαρδανάπαλος, ex Nicolao Damaſceno habes, ἐγχριόμενος τὸ πρόσωπον, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπογραφόμενος. Sed ad ſententiam quidem parum intereſt. De vi dictionis ἀναβάδην καθῆσθαι vel ἀναβάδην ἀναπαύεσθαι, conſulendus Suidas & Heſychius; ſed praeſertim Scholiaſtes Ariſtoph. ad Plut. vs. 1124. & ibi Hemſterh.

ἦν δὲ καὶ γάλακτος &c. CASAUBONUS *parentheſeos initium* in verbis ἐπεὶ δὲ ponens, haec adnotavit: »Quae »notis parentheſeos includuntur, ut inventa ſunt in mem»branis, eo loco deſcripſimus: penitus tamen integra non »arbitror.« — Nempe poſt ὑπεγεγρ. τοὺς ὀφαλμοὺς, in ed. Ven. & Baſ. ſtatim iſta verba ſequebantur, οἱ μὲν πολλοὶ &c. omiſſis his ἐπεὶ δὲ καὶ προσεῖδε usque ἐπαναλαβὼν τοῖς ὀφθαλμοῖς: quae ex Italicis codicibus & ex Lectionibus Aegianis e Vaticano codice excerptis ſupplevit Caſaubonus. Deſunt eadem in *Epit.* ſed agnoſcit ea vetus codex *A.* reliquorum codicum fons & exemplar. Nobis commodius viſum eſt, parentheſeos initium ab illis verbis ἦν δὲ καὶ γαλ. facere: & ſic ſatis integra oratio videtur, licet inſit in apodoſi deinde levis quaedam ἀνακολουθία, ſatis quidem uſitata Deipnoſophiſtae noſtro; quae tamen in errorem induxiſſe Dalecampium videtur, ut ea quae ſequuntur, ὑπὸ τούτου - - συγκεντηθέντα ἀποθανεῖν, ita interpretaretur, quaſi *Arbaces ipſe ſuo ſe gladio confodiſſet.* Quem ſecutus pro ſuo acumine VILLEBRUNIUS, in eamdem ſententiam ſcripſit: *Arbace à cet aſpect, indigné d'avoir un tel homme pour roi, ſe perça lui-même, & mourut ſur le champ:* contra manifeſtam auctoris mentem. Epitomae auctor, ut frequenter aliâs, ſic & hoc loco, paulo commodiore orationis ſtructurâ utens, quemadmodum in protaſi dixerat Athenaeus, ὡς εἰσελθὼν εἶδεν αὐτὸν ὁ Μῆδος, ſic nunc pergit, ἀγανακτήσας εἰ τοιοῦτος αὐτῶν βασιλεύει, συγκεντήσας αὐτὸν ἀνεῖλεν. Pro eo quod in parentheſi ſcribitur, τὰ λευκὰ ἐπαναλαβὼν τοῖς ὀφθαλμοῖς, POTTERUS ad Clementis Alex. Paedagog. lib. III. p. 294. monuit, apud Athenaeum ex Clemente corrigendum τὰ λευκὰ ἐπαναβαλὼν τῶν ὀφθαλμῶν: quod ille vertit, *albuginem oculorum ſuſtollens.* Mire vero; ac ſententiâ certe frigidâ, &

prorſus ab hoc loco alienâ. Sed deceperat virum doctum a ipſe Clemens, Athenaei verba (ſive ea *Cteſiae* ſunt, ſive *Duridis*) in ſimilem quemdam ſenſum detorquens. Sane non dubitandum videtur, Graecis verbis, quae apud auctorem noſtrum leguntur, eam ſententiam ineſſe, quam recte idem quem modo nominavi Gallicus interpres (quem lubens laudo, ubi frugi quidpiam ſive ſuo ex ingenio, ſive ex ADAMI doctrinâ profert) his verbis expreſſit: *Sardanapale n'eut pas plutôt vû Arbace, qu'il reprit du blanc, & en frotta le contour de ſes yeux.* Facile tamen credo, Clementem olim apud Athenaeum (e quo ſua ille hauſiſſe videtur) aut apud eumdem auctorem, e quo haec Athenaeus habet, non ἐπαναλαβὼν, ſed ἐπαναβαλὼν ſcriptum reperiſſe: ac fortaſſe ad ſignificandum id ipſum, quod volumus, commodior ſcriptura fuerat, τὰ λευκὰ ἐπαναβαλὼν τοῖς ὀφθαλμοῖς, (non utique τῶν ὀφθαλμῶν) quam ἐπαναλαβών.

εἰς πόλεμον αὐτὸν καταστῆναι, καὶ ἀθροίσαντα πολλὴν στρατιὰν, καὶ καταλυθέντα ὑπὸ τοῦ Ἀρβάκου, τελευτῆσαι, ἑαυτὸν ἐμπρήσαντα ἐν τοῖς βασιλείοις. Iſta, εἰς πόλεμον αὐτὸν καταστῆναι, καὶ ἀθροίσαντα &c. cum haud dubie ad *Sardanapallum* referantur, prorſus in contrariam partem nunc torquentur in *Epitoma*, in qua ſic ſcribitur: Κτησίας δέ φησιν, εἰς πόλεμον καταστῆναι τῶν (ſic) Ἀρβάκη, ἀθροίσαντα πολλὴν στρατιὰν, καὶ καταλυθέντα, ἑαυτὸν ἐμπρῆσαι ἐν τοῖς βασιλείοις. At fieri non poteſt ut ita ſcripſerit ipſe auctor Epitomae, homo ſane & doctus & prudens; niſi forte invito ei excidiſſe ſtatuas, ut τὸν Ἀρβάκη pro τὸν Σαρδανάπαλον ſcripſerit. At ne hoc quidem verum puto: quin potius perſuaſum habeo, a librario leviter eſſe erratum, τῶν non pro τὸν ſcribente, ſed pro τῷ. Nempe ſic ſcripſerat Breviator: Κτησίας δέ φησιν, εἰς πόλεμον καταστῆναι (ſubintelligendo αὐτὸν, nempe *Sardanapallum*) τῷ Ἀρβάκῃ, ἀθροίσαντα &c. id eſt, *bello implicitum fuiſſe adverſus Arbacen, bellum ei obortum eſſe cum Arbace, & contractis ingentibus copiis* &c. De re ipſa confer Diodorum Sicul. lib. II. c. 24 ſqq.

Spectat ad hunc locum Animadverſio CASAUBONI, qua b *exempla veterum* collegit vir doctus, *qui vivicomburium omnibus mortis generibus praetulerant.* »*Sardanapalum*, inquit, per »infames voluptates & omnis generis delitias actam *vitam* »*ſpontaneo finiviſſe vivicomburio*, cum *Cteſia* ſcribunt alii e

b » veteribus multi. Atque ego miratus ſum ſaepe, cum ſit
» ignis ſupplicium τῶν κολαστηρίων τὸ μέγιστον, ut ait Cle-
» mens Alexandrinus, aut inter maxima certe tormenta
» cenſeatur; quî factum ſit, quod tam multi olim, quibus
» liberum erat mortis arbitrium, hanc potiſſimum leti viam
» probarint. Nam praeter Sardanapalum ſic Zimri periit,
» cuius hiſtoria legitur Regum primo libro, cap. XVI. Sic
» Calanus Indus: ſic vulgo Indorum ſapientes: ſic paſſim
» multi incolae inſularum Chenerag, quos Dugbiin vo-
» cant, ut narrat Beniamin in Itinerario. Eundem exitum
» fecit & Iudacilius Aſculanus, de quo Appianus libro
» primo Ἐμφυλίων: [cap. 48. noſtrae ed.] Scapula etiam,
» miles Pompeianus, de quo idem auctor libro ſecundo:
» [cap. 105.] item Statius Samnis & Ceſtius quidam, de
» quibus idem Appianus libro quarto: [cap. 25. & 26.]
» qui & libro quinto [cap. 49.] alius Ceſtii ſimilem inte-
» ritum narrat. Memoriae etiam proditum eſt, Timanthem
» Cleonaeum athletam, cum fractis prae ſenectute viri-
» bus, queis olim plurimum praeſtiterat, vitae afficeretur
» taedio, pyrâ exſtructâ ſe combuſſiſſe. Taceo de Hercu-
» le, de Aeſculapio, quod in priſci aevi fabulis legitur.
» Taceo etiam Peregrini hiſtoriam, de quo extat Luciani
» liber integer. Quid quod univerſi populi genus hoc mor-
» tis aliis omnibus, quae quidem infinita ſunt, antepoſue-
» runt? Exemplo ſint Saguntini, Aſtapenſes, Metulii, & in
» Lycia Xanthii: quorum omnium miſerabilem inter arden-
» tis ignis flammas exitum narrant hiſtorici. Sed Xanthio-
» rum inſignis fortuna prae caeteris: non ſemel enim, ſed
» ſaepius factum, ut eius urbis populus incendio ſeſe ab
» hoſtili manu liberaret: bis ait Plutarchus; ſemel ἐπὶ τῶν
» Περσικῶν, iterum cum a Bruto obſiderentur: Appianus
» [de Bell. Civil. lib. IV. cap. 80.] ait ter; ſemel ob
» Harpalum, iterum ob Alexandrum, tertio propter Bru-
» tum. «

χρυσᾶς κλίνας. Sic ms. *Ep.* cum edd. χρυσᾶς & hîc & paulo poſt ſcribitur in cod. *A.* quemadmodum etiam πορφυροὶ, πορφυραὶ, & ſimilia, pro πορφυροῖ, πορφυραῖ &c. de quibus paullo ante monuimus, ad p. 525. d. *Ibid.* οἴκημα ἑκατόμπεδον. Veriſſima haec eſſe ſcriptura nobis viſa erat, medium tenens inter eam quam habet ms. *A.* cum editis, & illam quae eſt in ms. *Epit.* Vide Heſych. in Ἑκατόμπεδον, ibique Interpp. & Heynium ad Iliad. Ψ'. 164.

Ibid. μετὰ καὶ τῆς γυναικὸς. Sic ms. *A.* αὐτός τε καὶ ἡ γυ- b
νὴ ms. *Epit.*

προπεπόμφει εἰς Νίνον. Νῖνον codex ms. uterque. Rectior vero videri quidem debuit ſcriptura *penacuta*, quam habebant editi; quandoquidem penultimam eiusdem vocabuli, in regis certe nomine, corripiunt poëtae, ut p. 530. e. & f. Sed totum illud nomen ab hoc loco alienum & vitioſum eſſe, perſpecte monuit WESSELINGIUS ad Diodor. Sic. lib. II. c. 26. quandoquidem in ipſa urbe *Nino* fuit illa regia, in qua ſe combuſſit Sardanapalus. Diodorus l. c. ait, εἰς Παφλαγονίαν πρὸς Κόττυν τὸν ἔπαρχον. Quae vero hîc & deinde ad *unum* regem *Sardanapallum* referuntur, ea ad tres diverſos reges cognomines referenda ſtatuit FRERET, in *Mémoires de l'Acad. des Inſcript.* Tom. V. pag. 376 ſqq.

ἐνταῦθα ἐπέθηκε. Sic recte ambo noſtri mssti, non c
περιέθηκε. *Mox dein*, θυσίας ἐπιτελεῖν recte ſcribitur d
in cod. *Epit.* ac fortaſſe quoque in ms. *A.* quamquam ex hoc codice nullus ab editâ ſcripturâ θυσίαις diſſenſus enotatus eſt.

AD CAP. XXXIX.

Κλέαρχος δὲ &c. Priora *CLEARCHI* verba, quae hîc referuntur, iam ſupra adpoſita erant, pag. 514. e. ubi vide quae notavimus. Ad iſta dein, quae hîc ſubiiciuntur, ὅθεν ὁ πάντων εὐδαιμονέστατος &c. neceſſario adiici debuit verbum φησὶ aut aliquod in eamdem ſententiam.

οὐκ ἄξια ὄντα ψόφου δακτύλων ὧν πεποίηται. * ποιούμε- e
νος δὲ ἐν χορῷ ἢ περὶ τὰ λοιπὰ σπουδή. » In monumento »regis huius poſt illud praeclarum praeceptum, *Ede, bibe,* »*lude*, ſculptum erat in imâ tabulâ, [vide pag. ſeq. *b. c.*] »ὡς τ' ἄλλα πάντα οὐκ ἄξια τούτου. *Quia caetera omnia non* »*ſunt facienda huius.* Quid ſignificaret illud τούτου, de- »clarabat *erecta manus, habens duos digitos* (pollicem nimi- »rum & medium) *in ſummo iunctos.* Strabo & Athenaeus [ille, lib. XIV. pag. 672. ed. Caſ. Athenaeus, pag. ſeq. uterque vero *Ariſtobulo* auctore] »τούτου explicant τοῦ »τῶν δακτύλων ἀποκροτήματος. Sic in Adelphis Teren- »tius, *huius non faciam.* Defectum codicem [hoc loco in »*Clearchi* verbis] ex coniectura explere atque emendare »non facile eſt.« CASAUBONUS. — Nempe de ſententiae

e summâ haud utique difficile est coniecturam facere, collatis praesertim *Aristobuli* verbis ex sequenti paginâ: sed sub istis verbis ποιούμενος δὲ ἐν χορῷ quid lateat, aut quid sit quod interciderit, ingeniosioribus dispiciendum relinquimus. Gallici interpretes tali quodam modo refingendum hunc locum censuerant, οὐκ ἄξια ὄντα φόφου τοῖς δακτύλοις ποιουμένου. δισσὴν δὲ ἐν χώρᾳ τῇ περὶ τὰ λοιπὰ σπουδὴν φαίνεται οὖν οὐκ ἄπρακτος &c. Quam in sententiam VILLEBRUNIUS in Gallica versione ait: *On voit dans deux endroits, que Sardanapale, occupé d'autres choses que de ses plaisirs, n'a pas toujours été oisif:* Δισσὴν χώραν (*duplicem locum*) intelligens *Anchialen* & *Ninum* urbem. Quae ratio nobis quidem parum probabilis videtur. Verba, ἡ περὶ τὰ λοιπὰ σπουδὴ, haud dubie ad superiora spectabant, significabantque *studium quod ponunt homines in aliis rebus praeter eas quae ad voluptatum fruitionem pertinent.* In vetere codice *A.* nullum hîc praesidium: omnia enim eadem habet quae editi libri, excepto lacunae indicio, quod nullum in msto adest. Epitomae auctor, omissis verbis quibus difficultas inest, post ista, ἄθλα ἐτίθει νοῦν οὐκ ἔχων, continuo sic pergit, οὗ καὶ ἐπιγέγραπται τῷ μνήματι· Σαρδανάπαλος Ἀνακυνδαράξεω &c. Nec tamen ipsa ea verba, in quibus haeremus, prorsus neglexit idem Breviator: sed ea paulo inferius *Aristobuli* verbis, quae pag. 530. b. c. leguntur, in hunc modum subiunxit: ἔοικε δὲ λέγειν τοῦ ἀποκροτήματος· καὶ δεικνύειν ἐνταῦθα οἷον καταγέλωτος ἄξια τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα· οὐκ ἄξια ὄντα φόφου δακτύλων ὃν χορεύων πεποίηται. Videtur ille in suo codice non aliam quidem scripturam reperisse, quam quae ex membranis *A.* in alios codices & in editos libros derivata est, sed ex illo veteris scripturae fragmine ἐν χορῷ suo de ingenio verbum χορεύων effinxisse. Caeterum de *Sardanapali monumentis* quae partim *Anchialae* partim *Nini* exstitisse perhibentur, praeter ea quae hîc & p. sq. Athenaeus habet, itemque lib. VIII. pag. 335 extr. & seq conferendi sunt e veteribus Strabo l. c. tum Diodorus Siculus, II. 23. Stephanus Byz. in Ἀγχιάλη, Arrianus Exped. Alex. lib. II. pag. 67 sq. & Cicero Tusc. Quaest. V. 35. E recentioribus vero, prae caeteris, BOUHIER in *Dissertation sur Sardanapale, dernier Roi d'Assyrie*, Tomo tertio Tusculanarum Ciceronis in Gallicam linguam conversarum, aliique quos in Animadv. ad VIII. 335. f. nominavimus.

In *AMYNTAE* verbis, iſta ἐν τῇ Νίνῳ non (ut *Dalecampius* fecit) *in Nino* verti debebant, ſed *Nini*; hoc ſenſu, ut intelligeretur *ad Ninum*, *prope Ninum*: nam, *extra urbis moenia* fuiſſe illum tumulum, inde adparet, quod ait auctor, deſtructum eumdem eſſe a Cyro urbem obſidente. Id ipſum vero quod ait καταστάσαι Κῦρον ἐν τῇ πολιορκίᾳ, vitioſe ſcriptum cenſuerat FRERET, in Mem. de l'Acad. T. V. pag. 378. Κυάξαρον legendum contendens: contra quem ſcripturam vulgatam defendit BOUHIER, loco cit. pag. 369 ſq.

ὃ μετενεγκεῖν Χοιρίλου ἔμμετρον ποιήσαντα. εἶναι δὲ τοῦτο. f
Dalecampius: *quod metrorum lege ac numeris Choerilus ſic vertit.* Quaſi, quae ſubiiciuntur verba, Choerili verſus eſſent: cum ſint manifeſte ſolutâ oratione concepta. Ipſos verſus, qui *Choerilo* poëtae tribui ſolent, ſupra adpoſuerat Noſter, VIII. 336. a. de quibus conſulendus BOUHIER loc. cit. p. 372 ſqq. & IACOBS Animadv. ad Anthol. Vol. I. P. 1. pag. 375 ſqq.

In *ARISTOBULI* teſtimonio, poſtquam dixit, καὶ ἦν -- b
τὸ τοῦ Σαρδαναπάλλου μνημεῖον, ad verba ſequentia ἐφ' οὗ ἕστάναι neceſſario verbum finitum φησὶ, aut potius φασὶ adiiciendum videtur, quod idem deinde rurſus ad infinitivum ἐπιγεγράφθαι ſubintelligendum. Eiusdem *Ariſtobuli* teſtimonio in eâdem re Strabo uſus eſt, lib. XIV. p. 671 extr. & ſq. Confer quae paulo ante a CASAUBONO notata ſunt, ad *Clearchi* verba, pag. 529. e. Hoc loco pro Ἀνακυνδαράξεω, quod hîc ut pag. praec. editum erat, Ἀνακυνδαράξου dedit uterque codex mstus.

Iſta, τοῦ ἀποκροτήματος ἔοικε λέγειν, Dalecampius ſic c
converterat: *Haec ſcilicet illa loquebatur inſcriptio.* Quo ſpectat CASAUBONI monitum: »Poſt Ariſtobuli verba, »male accipiuntur haec, τοῦ ἀποκροτ. &c. quae ex ſuperioribus plana ſunt.«

AD CAP. XL.

Ἀνδρόκοτος ὁ Φρύξ. »*Androcotus*, aliis dicitur *Sandrocotus*, »ut ad Strabonem obſervabamus.« CASAUBONUS. — Eum vide ad Strabon. lib. II. p. 70. d. & confer eumdem Strabonem, XV. 702. *c.* & alibi. Sed is *Sandrocotus* ſive *Sandrocottus*, cuius etiam Athenaeus I. 18. *d.* meminit, *Indorum* rex fuit; cum *Androcotus* hic *Phryx* fuiſſe perhibea-

tur. Poſſis coniectare, eumdem fortaſſe hîc dici, quem apud Diodor. II. 26. *Cottam* nominatum ſupra vidimus, *Paphlagoniae praefectum*, qui, cum defeciſſet Arbaces aliique praefecti, in fide Sardanapalli manſerat.

In *Clearchi* verbis, recte τιτθῆς pro edito antehac τιθῆς, & μασώμενος pro μασσώμενος, dedere ambo noſtri mssti: ſed iidem dein perperam πονέσειεν (ſic) pro πονήσειεν.

d Χεῖρες μὲν ἁγναὶ &c. »*Verſus*, quem dicitur *Ariſtoteles* »uſurpaſſe de *Xenocrate*,

»Χεῖρες μὲν ἁγναὶ, φρὴν δ' ἔχει μιάσματα:

»Euripidis eſt, ex Hippolyto coronato. [vs. 319.] Sed ma»le ſcriptum μιάσματα, pro μίασμά τι.« Casaubonus. — Recte vero μίασμά τι nobis dedit ms. *Ep.*

e In *Iambis* σκάζουσι *Phoenicis Colophonii*, *verſ.* 2. ubi legitur, ὅστις εἶχε χρυσίου πόντον, dictionem hanc cum iſtâ Sophronis, πόντος ἀγαθῶν contulit Toupius, Emend. in Suid. P. III. p. 368. Conf. Suid. in Πόντος, & Schol. ad Ariſtoph. Plut. 1051. *Ibid.* πολλῷ dedit ms. *Ep.*

Quartus verſus quum ſic ſcriptus eſſet in editis,

ὃς οὐκ ἰδ' ἀστέρ', οὐδ' ἴζων * ἐδίζητο.

monuit Casaubonus: »Ita corrigendus, οὐδ' ἰδεῖν ἐδί»ζητο. *Numquam domo egreſſum* ſignificat.« — Ipſum poſterius hemiſtichium, cum duobus ſequentibus verſibus, omiſit Breviator. In cod. *A.* vero ſic ſcribitur, οὐ δίζων ἐδίζητο, absque lacunae indicio. In quo latebat, οὐδ' ἴζων ἐδίζητο, ſcilicet ἰδεῖν. Ἴζων autem intelligi poterat, ἔνδον ἵζων, *intus ſedens*. At ſic *ſpondeus* fuerit in *quarta* ſede.

Verſ. 6. ῥάβδοισι τοῦ θεοῦ φαύων. Quem θεὸν dicit poëta, ipſe *ignis* eſt, Perſis pro Deo cultus. *Virgarum* faſciculi, quas manu tenent Perſarum ſacerdotes ſacra facientes, Strabo meminit, lib. XIV. pag. 733. *a.* Ex Pauſaniae narratione, lib. V. c. 27. pag. 449. intelligi videtur, eisdem *virgis* ſubinde eos commoviſſe cineres; & ignem ſub eis latentem, cum extinctus videretur, excitaſſe. Conf. Brisson. de Regno Perſ. II. 17. p. 352. & Hyde de Relig. Perſ. cap. 29. pag. 356.

Verſ. 7. In fluctuante librorum ſcripturâ, cuius varietatem ſub contextu indicavimus, nihil aliud latere nobis videbatur, niſi id quod in contextu poſuimus, οὐ μυθιντύς. Vocabulum hoc quidem, eâdem hac formâ, a nemine Lexicographorum adnotatum reperi: ſed ne θυντὰς

quidem, quod ex Casauboni ingenio procusum est. Repe- e
riuntur vero huic adfinia, μυθητὴρ & μυθητής: de quibus vide H. Stephani Thes. T. II. pag. 984. c. d. & quem ille laudavit Eustathium, ad Od. φ'. p. m. 748. l. 37. & Hesychium, in Μυθητῆρες: ubi licet nude στασιασταὶ exponatur id vocabulum, satis tamen intelligitur nonnisi secundariam esse hanc notionem; eâdem fere ratione quâ apud nos vernaculo vocabulo, *raisonneur*, proprie quidem *dissertatorem*, sed saepe etiam *hominem seditiosum* significamus.

Vers. 8. οὐ λεωλογεῖν ἐμάνθαν', οὐκ ἀμιθρῆσαι.
»Vox λεωλογεῖν, quam alibi vix invenias, nihil aliud si»gnificare potest, nisi *loqui de populo*; ut θεολογεῖν, *loqui* »*de Deo*; φυσιολογεῖν, *de natura*; παθολογεῖν, *de morbis*. »Prorsus inepta vox hoc loco. Lego, οὐ λεπτολογεῖν »ἐμάνθαν', οὐκ ἀμιθρ. *neque literas didicerat, neque numerare*. »Studia literarum vocat λεπτολογήματα. Pro ἀμιθρῆσαι, »clarum erat scribi debere ἀριθμῆσαι: nisi constaret nobis, »ita etiam dixisse veteres, factâ literarum metathesi, quem»admodum in aliquot aliis. Hesychius: Ἀμιθεῖν, ἀριθμεῖν. »Sed omnino legendum ἀμιθρεῖν: praecedit enim, Ἀμι»θρος, ἀριθμός. Hunc opinor *Phoenicis* versum respiciens »Eustathius, [ad Od. π'. pag. 604. l. 9.] καινολόγος τις »ποιητὴς, inquit, ἀμιθρεῖν λέγει τὸ ἀριθμεῖν. « CASAUBONUS. — At verbo λεπτολογεῖν, quod nonnisi de *subtilioribus Dialecticorum disputationibus* usurpari solet, minime hîc locus esse videtur. Nec vero satis idonea caussa erat, cur poëtae non licuisse putaremus verbo λεωλογεῖν hac notione uti, ad *populum verba facere*. Quod ipsum tamen si cui minus placuerit, SALMASIUM is (puto) potius probaverit, ἐλλογεῖν corrigentem, Exercit. Plinian. pag. 708. *non rationes ducere, nec numerare norat*. Verbum ἀμιθρῆσαι (ex eodem hoc *Phoenicis* versu, ut videtur) etiam apud Suidam adnotatum habes.

Vers. 9 *sq.* Ἀλλ' ἦν ἄριστος ἐσθίειν τε καὶ πίνειν f
κἠρᾶν. —

Cum κερᾶν olim scriberetur, *vinum miscens* interpretatus erat Dalecamp. Quem notans CASAUBONUS, monuit: »Postremum verbum (quod non animadverterunt viri do»cti) ita scribi debuit, κ' ἐρᾶν. Quis ignorat, semper haec »tria coniungi, *edere*, *bibere*, *ludere*? Homerus, [Od. ο'. »372.]

f » ὧν ἔφαγόν τ', ἔπιόν τε, καὶ αἰδοίοισιν ἔδωκα.
» Et paullo ante, in Sardanapali tumulo, ἔσθιε, πῖνε, παῖ-
» ζε. Nam παίζειν & *ludere*, nihil aliud ſignificant niſi ἐρᾶν.
» Sed interpretibus ruborem exprimat verſus 19. χ' ὁκόσσ'
» ἐράσθην.« — Caſaubono obſequentes qui editiones Caſ. 2. & 3. curarunt, κ' ἐρᾶν dederunt: commode. Nos vero codices noſtros ſecuti ſumus: quorum alter quidem (ms. *A.*) κηρᾶν absque apoſtropho habet; ſed ms. *Ep.* ſic κήρᾶν, neglecto quidem iota utrique vocali ſubſcribendo. Sic vero καὶ & ἐ in κἠ contracta videmus in κἠπειτεν, apud Ariſtoph. Acharn. 745. & ſaepe in aliis ſimilibus. Iſta (*verſ.* 10.) τὰ δ' ἄλλα πάντα κατὰ πετρῶν ὤθει, commode reddens DALECAMPIUS, *caetera in ſaxa amandabat*, adnotavit in orâ: » *Negligebat, parvi faciebat.*« Provocavitque ad ERASMI Proverb. *In caput praecipitari*: ubi ſcilicet ille eamdem hanc *Phoenicis* poëtae ῥῆσιν tractavit, pag. 711. Haud abſurde cum eâdem ῥήσει Gallicus interpres Horatianum illud contulit, *Tradam portare ventis in mare Creticum.*

Verſ. 12. Perincommode, me iudice, diſtincta verba erant in hunc modum:

ὅκου Νίνος νῦν ἐστι. καὶ τὸ σῆμ' ἴδε.

Si vera ſcriptura eſt ἴδε, haud dubie ante hoc verbum (ut a nobis factum) diſtinguenda erat oratio; quo ſignificaretur ab hoc ipſo verbo initium capere praeceptum, quod ſpectatori dare Sardanapallus fingitur: verba καὶ τὸ σῆμα vero ſic intelligenda, καὶ ὅπου ἐστὶ τὸ σῆμα αὐτοῦ. Sin ἰδεῖν ſcripſit poëta, (quod indicare videtur membranarum *A.* ſcriptura ἴδει, omiſſâ lineolâ ſuperne adponenda, quae literae ν vice fungeretur) intelligemus, καὶ ὅπου ἰδεῖν ἐστι τὸ σῆμα αὐτοῦ, *& ubi videre eſt monumentum illius.* In *Epit.* deeſt iſte verſus, cum tribus ſequentibus.

Quod *verſ.* 14 *ſq.* ait poëta, ἢ ἀπὸ τῶν ἄνω λιμνῶν Ἰνδὸς κομητής: *ſuperiores paludes* intelligebat DALECAMPIUS: » In quas exundantes (inquit) Indus & Ganges reſtagnant.« — VILLEBRUNIUS in Notâ: » *Les grands lacs qui ſont ſur* » *les hauts plateaux de l'Aſie, tels que le lac Baïkal, la mer* » *d'Aral* &c.« Ἰνδὸν κομητὴν uterque, ut ipſa verba ſonant, interpretatur *Indum capillatum.* Mire vero FIORILLO, in Adnotat. ad Herodem Attic. p. 63. κομητὴν ait dici *Indum, ob arundines ad ripam creſcentes.* Libellus ipſe nunc nobis non eſt in promtu: ſed non animadvertiſſe videtur doctus adoleſcens, de *populo* hîc agi, non de *fluvio.* Nobis obor-

ta ſuſpicio erat, non Ἰνδὸς, ſed Σινδὸς hîc ſcripſiſſe poëtam, intellexiſſeque *Sindos*, *Coraxorum* vicinos, ad *Macotidem paludem* incolentes: quorum nomen interdum cum *Indis* a librariis permutatum novimus; ut apud Herodot. IV. 28. & alibi.

Verſ. 18 *ſq.* ἔχω δ' ὁκόσσον ἔδαισα', χ' ὡκόσ' ἤεισα, χ' ὡκόσ' ἐράσθην. —

»Per δαίειν intelligit eſum & potum: per ἀείδειν caeteras »voluptates conviviorum comites, quae auribus perci»piuntur. Verſum autem, mutilum hodie, ita licet expleas, »χ' ὡκόσ' ἐράσθην· ταῦτα μοῦν' ἔχω λοιπά.« CASAUB.

Verſ. 21. ὥσπερ ὠμὸν ἔριφον. Sic mstus uterque: a quorum praeſcripto nil opus erat discedere.

AD CAP. XLI.

τὸν Σιδώνιον βασιλέα. Non ſic loqui ſolent Graeci: ſed τὸν Σιδωνίων diceret optimus quisque Graecus auctor. At multa ſingularia adfectaſſe THEOPOMPUM, e quo haec ducta ſunt, novimus: quare nihil mutare voluimus, cum praeſertim vetus admodum illa ſcriptura ſit, quam & membr. *A.* tenent, & in ſuo codice Breviator etiam repererat; unde ille quoque (mutatâ quidem verborum ſtructurâ) ὁ Σιδώνιος βασιλεὺς ſcripſit. Nude vero Στράτων ὁ Σιδώνιος ſcripſit Aelianus, Var. Hiſt. lib. VII. cap. 2. quod totum caput ex hoc Athenaei loco translatum eſt. Ibi videſis quae ab Interpretibus cum de *Stratone* illo, tum de *Nicocle* adnotata ſunt. *Nicoclis*, Cypri regis, ſed qui ab hoc diverſus fuiſſe videtur, mentio fit etiam apud Athen. VIII. 352. d.

παρακεκινήκει πρὸς τὰς ἡδονάς. Dalec. *ad voluptates ti-* b *tillabatur.* Inde CASAUBONUS: »Παρακινεῖν πρὸς τὰς ἡδο»νὰς male interpretati ſunt, *ad voluptates titillari.* Eſt enim »contractum genus dicendi: quod ſi velis implere, dicen»dum fuerit, παρακινεῖν τοῦ προσήκοντος vel τοῦ καλοῦ, »πρὸς τὴν ἡδ. *deflectere de viâ virtutis ad voluptatem.* Sic lo»quitur *Theopompus* apud Noſtrum, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον »ἐκείνων παρακεκινήκει πρ. τ. ἡδ. *& tanto magis quam illi* »*ad voluptates exorbitaverat.*« — His IDEM in Addendis haec adiecit: »Ponitur aliquando ſimpliciter pro *furere.* Libro »XIII. [pag. 586. f.] Ἀντίκυραν αὐτὴν φάσκων κληθῆναι, »ὅτι συνέπινε παρακινοῦσι καὶ μεμηνόσι.« — Similiter qui-

b dem etiam Suidas Παρακινοῦντα interpretatur ἐξιστάμενον. Conf. Xenoph. Memorab. IV. 2, 35.

ὅσῳ οἱ μὲν Φαίακες. Quod editum erat, ὥστε οἱ μὲν Φ. id vel e recentioris alicuius librarii vel e primi editoris ingenio erat, qui recte vidiſſent ferendum non eſſe ὄθεν, quod habent veteres membranae. (In *Epit.* omnia iſta in breve admodum contracta ſunt, mutatâ etiam orationis ſtructurâ.) Atqui ad id quod hîc praecedebat, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον &c. deſiderabat Graeci ſermonis uſus, ut ὅσῳ deinde inferretur, quod perperam in ὄθεν ab imperito aliquo librario fuerat mutatum: nec opus eſt, ut, quemadmodum cum τοσούτῳ, ſic etiam cum ὅσῳ diſerte iungatur aliquis comparativus adiectivi vel adverbii. Plura id genus exempla collecta vide a Dukero ad Thucyd. VI. 89. pag. 424. Tom. IV. ed. Bipont.

ἑτέρας δὲ παιδίσκας. Sic recte ms. *A.* cum ed. Ven. non ἑταίρας. In *Epit.* alia eſt orationis ſtructura, αἱ μὲν, αἱ δὲ &c.

d ἀμφότεροι βιαίῳ θανάτῳ διεφθάρησαν. De *Nicoclis* extremo fato confer quae ex Polyaeno & Maximo Tyrio adnotavit PALMERIUS, Exercit. in Auct. Graecos, p. 521. Sed huc ſpectat DALECAMPII Nota, in orâ Athenaei: »*Nicocles* ſive *Nicocreon*, Evagorae filius, miſſo a Ptolemaeo »exercitu qui eius regnum turbaret, laqueo vitam finiit: »illius vero fratres mortem ſibi conſciverunt, &c. Polyae»nus. Leopardus, Emendat. lib. I. cap. 10.«

AD CAP. XLII.

e ἄλσος ἔχον πολὺ &c. Omiſſa haec, cum aliis multis, in *Epit.* Sed tenet (quod ſciam) editam ſcripturam vetus cod. *A.* Minime vero nobis liquet, quaenam potiſſimum vis voci πολὺ hîc inſit: ſit-ne πολὺ ἄλσος, *amplus lucus*, an *ſpiſſus*, an *frequentes luci.*

καὶ πρὸς τῷ διαιτηθῆναι κεχαρισμένον. »Minus recte διαι»τᾶσθαι *immorari* verterunt, cum de *quodam loco Thraciae* »dicitur, fuiſſe illum πρὸς τῷ διαιτηθῆναι κεχαρισμένον. »Solent enim Graeci id verbum uſurpare de iis qui *genio* »*indulgent*, & *molliter ac delicate ſe habent.*« CASAUBONUS. — At nobis quidem haud ita male habere iſta Dalecampii interpretatio videbatur. Poteſt ſane διαιτᾶσθαι de eis dici, qui genio indulgent, qui convivantur & epulantur;

quemadmodum verbum ἐνδιαιτᾶσθαι uſurpatum vidimus, e pag. 527. f. At non per ſe ineſt ea notio huic verbo; quod generatim ſignificat, *morari alicubi*, *vitam agere*, *diem* vel omnino *tempus alicubi traducere*: quo ſenſu etiam τὴν δίαιταν ποιεῖσθαι dicebant Graeci, ut Polyb. IV. 18, 2. & Xenoph. Cyrop. VIII. 6, 22. Quare loco modo citato, (p. 527. f.) de epulis & aliis oblectationibus continuo deinde diſertis verbis adiicitur, καὶ τὸ πλεῖστον τῆς ἡμέρας γαστριζόμενοι ἐν αὐτοῖς &c. Et hoc loco, quod ad *mollitiem & delicias* ſpectat, id ex eis quae ſequuntur intelligitur, non in ipſa verbi vi continetur: de cuius verbi uſu, quod ſatis eſt, praecepit etiam H. STEPHANUS, Theſ. T. I. pag. 984. f. g. Sed in Graeca huius loci ſcriptura, vix ſanum illud eſſe arbitror πρὸς τῷ διαιτηθῆναι, omninoque πρὸς τὸ διαιτ. ſcriptum oportuiſſe mihi videtur.

τῶν ὑπὸ Κότυος προπριθέντων. »Adverſus eum [*Cotyn*, Thraciae regem] »bellum geſſit Timotheus, & mille du»centa praedae talenta retulit in aerarium. Aemylius Pro»bus. [Cornel. Nepos, XIII. 1.] *Cotyis* filiam Threſſam »Iphicrates uxorem duxit, ex eaque ſuscepit Mneſtea fi»lium. [Nepos, XI. 4. & Athen. IV. 131. a.] Interfectum »*Cotyn* a Pyrrhone philoſopho tradit Laërtius, [IX. 65.] »proptereaque honoris ergo Philoſophum ab Athenienſi»bus civitate donatum.« DALECAMPIUS.

ἀφικομένου δὲ ἐκείνου. Sic recte ms. *A*. In *Epit.* deſunt iſta verba. *Ibid.* τὴν αὐτοῦ γυναῖκα ταῖς αὐτοῦ χερσὶν ἀνεῖτ. Cum parum intereſſet, nec ſatis certus eſſem de veteri ſcriptura, reliqui haec ut a Caſaubono edita inveni. In ed. *Baſ.* utrobique αὑτοῦ ſcribitur. In ed. Ven. priore loco αὑτοῦ, poſteriore loco αὐτοῦ. Ex ms. *A*. enotatum eſt τὴν αὐτοῦ γυναῖκα ταῖς αὐτοῦ χερσίν. In ms. *Ep.* ſcribitur τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, omiſſis tribus proximis verbis.

AD CAP. XLIII.

Οὐ δυνάμενος δὲ ζῆν ἐν τῇ πόλει &c. Quae de *Chabriâ* & aliis Athenienſium principibus viris hîc ex THEOPOMPO traduntur, eadem eodem auctore Cornelius Nepos tradidit, XII. 4.

Χάριτός τε νωθροῦ τε ὄντος. Particulam τε repetitam dedit ms. *A*. eamdemque eodem loco agnoſcit ms. *Ep*. Quod

c dein ſubiicitur, καί τοι γε καὶ πρὸς τρυφὴν ἤδη ζῶντος: perincommode iſto loco poſita particula καί τοι videtur; quae, ſequente potiſſimum voculâ γε, vix aliâ notione uſurpari ſolet, niſi ut Latinorum *quamquam* vel *licet*: cuius loco hîc potius *nam*, *utpote*, *quippe*, aut talem aliquam exſpectaſſes coniunctionem.

αὐλητρίδας καὶ ψαλτρίας καὶ πεζὰς ἑταίρας. Perperam παιζὰς ms. *Ep.* Verum eſt πεζὰς, quod cum editis tenet codex *A*. Nec vero vertendum cum Dalecampio, *meretrices pedibus proſequentes*; quem bona fide ſecutus eſt Villebrunius. πεζαὶ ἑταῖραι veteribus dicebantur *viliſſimae, abiectiſſimae meretrices, pura puta proſtibula*; quae ne in ſpeciem quidem aliud quidpiam profitebantur, (veluti muſicam, ut αὐλητρίδες & ψάλτριαι) ſed plane nonniſi corpore quaeſtum facere noverant. Vide Heſychium in Πέζας, (pro quo Πεζὰς ſcriptum oportebat,) & Procopium apud Caſaub. ad Suetonii Neronem, cap. 27. Praeterierat vero hic *Theopompi* locus doctos Heſychii interpretes l. c. Praeterierat etiam H. STEPHANUM, qui in Theſ. Gr. Ling. T. III. pag. 122. g. referens id quod ex Oro Grammatico auctor Etymologici Magni p. 658. adnotavit, Πέζαι, ἑταῖραι αἱ χωρὶς ὀργάνων εἰς τὰ συμπόσια φοιτῶσαι: illud quidem perſpecte monuit, non πέζαι, ſed πεζαὶ ſcribendum videri, ut ſit foemininum adiectivi πεζός. Nempe indivulſe ſcriptum oportuit πεζαὶ ἑταῖραι. Idem Scholion, quod ex Oro protulit Etymologus, habet etiam Scholiaſtes Euripidis, ad Alceſt. vs. 446. (vs. 453. ed. Musgr.) ubi mendoſe quidem πέξαι pro πέζαι vel πεζαὶ, & ἕτεραι pro ἑταῖραι vulgo ſcribitur: quae mendae (quamquam de eis corrigendis CUPERUS monuerat, Obſervat. lib. I. c. 16. p. 116 ſq.) tamen effugerunt obſervationem virorum longe doctiſſimorum, Musgravii, Vol. IV. p. 518. & Brunckii noſtri, in Fragm. Sophoclis ex Aiace Locro, num. 5. Dictae autem ſunt πεζαὶ, ſive ea ratione, qua omnino πεζὸς dici ſolebat pro κοινὸς vel ταπεινὸς, de quo ſignificatu idem Heſychius monuit; ut πεζὴ ἑταῖρα verbotenus idem fere valeat ac χαμαιτύπη: ſive iocoſâ quadam ratione, ut quemadmodum τῇ ἐμμέτρῳ ῥήσει (*dictioni poeticae*) opponitur πεζὴ ῥῆσις, *ſermo pedeſtris*, ſic *meretricibus* ψαλτρίαις & αὐλητρίσι, quae veluti *poeticae* ſunt & *muſicae*, opponantur *pedeſtres*, veluti *proſaicae* & *vulgares*.

τὰ μὲν εἰς ταύτην τὴν ὕβριν ἀνήλισκε, τὰ δ' αὐτοῦ

κατέλιπεν Ἀθήνησι. Dalecampium temere ſecutus Caſaubonus, τὰ δ' αὐτοῦ edi curaverat; quae ſcriptura etiam in ed. Caſ. 2. & 3. ſervata eſt. Retractaverat tamen eam idem ipſe CASAUBONUS, in Animadv. ita ſcribens: »Dalec. legit, τὰ δ' αὖτοῦ. Verum eſt, αὐτοῦ: *partem ibi* »*reliquit Athenis.*« — Pergit ibidem CASAUBONUS: »Proxima his verba, τοῖς τε λέγουσι, καὶ τὰ ψηφίσματα γρά»φουσι, *demagogorum Athenienſium* periphraſin continent: »neque aliter erant accipienda.« — Nempe partim parum apte, partim prorſus contra auctoris mentem ſic reddiderat Dalecampius: *qua oratorum criminationes leniret & compeſceret, & iudicum decreta promulgantium aſperitatem mitigaret.* Priora verba Gallicus interpres recte reddidit, *pour gagner les orateurs;* poſteriora vero magis etiam imperite quam Latinus, *ceux qui écrivoient les ſuffrages.* c

»Ambigua ſunt quae ſequuntur, καὶ τῶν ἰδιωτῶν τοῖς »δικαζομένοις. Poteſt ita accipi, pecuniae partem Athenis »relictam ab imperatore Charete, ut partim demagogis ea »divideretur; *partim privatis, ſi quis litibus torqueretur, aut* »*iudicio condemnatus iudicatum ſolvere non poſſet.* Ita omnes »Athenienſes ſibi conciliabat Chares. Vel accipe quaſi eſ»ſet ſcriptum, τοῖς δικαζομένοις αὐτῷ, *ſi quis privatorum ab*»*ſenti litem intenderet.*« CASAUBONUS. — In poſteriorem ſententiam Latinus & Gallicus interpretes acceperunt: nobis altera potior viſa erat.

Ἐν δὲ τῷ ἐπιγραφομένῳ &c. Iſta ſic interpretatus erat Dalec. *Idem in opere, cui titulus praefixus eſt, Syngramma,* [in orâ: *Commentarius.*] *tradit, ex ea pecunia quae direpto Apollinis Delphici templo compilata fuerat, Athenienſi Chareti a Lyſandro data fuiſſe talenta ſexaginta.* Ad quae CASAUBONUS: »THEOPOMPI liber, inquit, quem interpres »inſcribit *Syngramma*, titulum habuit *De iis quibus Del*»*phicum templum ſpoliatum fuit.* Quis credat, communiſſi»mam appellationem omnium *ſcriptorum*, praeſertim *hiſto*»*ricorum*, [id enim ſignificat σύγγραμμα, *ſcriptum quodvis*, ſed praeſertim *hiſtoricum*] »ulli hiſtoriae narrationi fuiſſe »pro titulo praeſcriptam? Sic accipe haec verba: Ἐν δὲ »τῷ ἐπιγραφομένῳ Θεοπόμπου συγγράμματι, Περὶ τῶν ἐκ »Δελφῶν συληθέντων χρημάτων, Χάρητι φησὶ τῷ Ἀθ. Le»vicula traiectio verborum viros doctos fefellit. Libro »XIII. [pag. 604 extr. & ſeq.] Θεόπομπος ἐν τῷ Περὶ τῶν »συληθέντων ἐκ Δελφῶν χρημάτων. Qui hiſtoriam *belli ſa-* d

» *cri* norit, & libri huius argumentum norit. Initio Theo-
» pompei teſtimonii verbum deeſt: Χάριτι τῷ Ἀθηναίῳ διὰ
» Λυσάνδρου τάλαντα ἑξήκοντα: ſupple ἐδόθη, vel ſimile
» aliud. « — Sic ille: ego vero miratus ſum, de iſtis verbis διὰ Λυσάνδρου nullam doctiſſimo viro ſuſpicionem fuiſſe obortam. Sane de Spartano illo Lyſandro, qui Athenas olim ceperat, cogitari hîc non poteſt: nec vero alius *Lyſander*, quod ſciam, in horum temporum hiſtoriâ, quibus *Chares* floruit, memoratus reperitur. Totam ῥῆσιν, in qua verſamur, omiſit Breviator; poſt ſuperiora iſta, τὴν τῆς πόλεως διοίκησιν, ſtatim ſic pergens, Οὗτος ὁ Χάρης ποτὲ πολυτελῶς Ἀθηναίους ἐδείπνισεν ἐν τῇ ἀγορᾷ &c. Veteres membranae vero ab editis hîc nihil quidem discedunt: ſed videndum utique, ne ſub duabus illis vocibus, διὰ Λυσάνδρου, lateant alia quaedam verba, & in his illud ipſum quod ad complendam ſententiam hîc deſideratur. Ni a veſtigiis ſcripturae nimis recederet, διαναλωθῆναι ſuſpicarer: ſed feliciori ingenio probabilius quidpiam facile forſaſſe occurret. Videtur autem verbum deſiderari in *infinitivo* modo poſitum.

ἐδείπνισεν Ἀθηναίους ἐν τῇ ἀγορᾷ. Ad editam olim ſcripturam, Ἀθηναίοις, nihil quidem e ms. *A.* adnotatum. Recte vero CASAUBONUS monuit: »Scribe Ἀθηναίους. « — Et ſic in *Epit.* ſcriptum modo commemoravimus. Quod ſequitur, θύσας τὰ ἐπινίκια τῆς γενομένης μάχης πρὸς τοὺς Φιλίππου ξένους: id pertinet ad unam (& quidem, ut videtur, ad priorem) duarum illarum expeditionum ab Athenienſibus adverſus Philippum pro Olynthiis ſuſceptarum, quarum dux *Chares* fuerat: de quibus videndus Philochorus apud Dionyſium Halic. in Epiſt. I. ad Ammaeum. c. 9. Sequitur, ὧν ἡγεῖτο μὲν Ἀδαῖος, Ἀλεκτρυὼν ἐπικαλούμενος: ubi ἡγεῖτο recte ſcribitur in ed. Ven. & Baſ. & in mſstis. *Adaei* nomen, eiusdem (ut videtur) qui hîc commemoratur, auctori noſtro e veteſtis membranis reſtituimus lib. XI. pag. 469. a. Poſt Ἀλεκτρυὼν vero intercidiſſe δὲ particula videtur, quae praecedenti μὲν reſpondebat. Sic ſolet Athenaeus propriis nominibus cognomina, interpoſitis duabus illis particulis, iungere: iam enim haec Athenaeus non tam Theopompi verbis, quam ſuis, loqui mihi viſus erat; quare ante verba ὧν ἡγεῖτο, pro *ſimplici commate*, quod ibi ſuperiores editiones habebant, *maiorem diſtinctionem* poſui. *Theopompus*, in copioſâ rerum

Philippicarum narratione, *Adaeum* hunc iam ante debue- e
rat nominare: & verba illius Scriptoris, quibus hîc uſus eſt Athenaeus, in illis finiri mihi videntur, πρὸς τοὺς Φιλίππου ξένους. Nomen vero ducis (ex ſuperiore utique eiusdem Theopompi narratione) nunc adiecit Athenaeus, quo nanciſceretur occaſionem *Heraclidae comici verſiculos* adponendi. Nam quod VALCKENARIUS (in Epiſt. ad Roever. pag. 21.) ſtatuebat, verſus iſtos Athenaeo nonniſi ex ipſo *Theopompo* innotuiſſe, id mihi vir doctiſſimus minus perſuaſit: parum enim probabile videtur, Theopompum in narratione rei ſua aetate geſtae ad obſcuri alicuius poëtae teſtimonium, eamdem rem in aliqua ſuarum fabularum commemorantis, provocare voluiſſe. Taceo, formulam illam, qua utitur auctor in citando poëtae teſtimonio, περὶ οὗ καὶ - - - μέμνηται οὕτως, talem prorſus eſſe, quali Deipnoſophiſta noſter, ubi ſuo nomine loquitur, uti conſuevit.

Ἀλεκτρύονα τὸν τοῦ Φιλίππου παραλαβών. Hunc *HERACLIDIS* verſum reſpexit Zenobius, Paroemiarum Cent. VI. num. 34. cuius verba adprime huc facientia, quoniam rarior liber, hîc adponemus: Φιλίππου ἀλεκτρυών. Αὕτη τάττεται ἐπὶ τῶν ἐν μικροῖς κατορθώμασιν ἀλαζονευομένων. Ἀλεκτρυὼν γάρ τις ἐγένετο Φιλίππου στρατηγὸς, ὃν ἀπέκτεινεν, ὡς φασὶ, Χάρης ὁ Ἀθηναῖος. μέμνηται δὲ αὐτοῦ Ἡρακλείδης ὁ κωμικὸς, καὶ Ἀντιφάνης. Id eſt: *Philippi gallus. In eos dicitur, qui in leviculis ſucceſſibus ſe iactant. Hoc enim nomine dux quidam Philippo regi fuit, quem Chares Athenienſis, ut ferunt, occidit. Meminit eius Heraclides comicus, & Antiphanes.*

Tertius HERACLIDAE verſus cum *duobus ſequentibus* ſic editi legebantur:

κατέκοψεν. οὐ γὰρ εἶχεν, οὐδέπω λόφον
ἕνα κατακόψας, μάλα συχνοὺς ἐδείπνισε.
Χάρης δ' Ἀθηναίων τόθ' ὥσπερ γενναῖος ἦν.

Monuerat vero CASAUBONUS: »In *Heraclidis* verſibus »mendae inſunt plures; quas ex *Epit.* tolle, & ſcribe:

»κατέκοψεν· οὐ γὰρ εἶχεν οὐδέπω λόφον.
»εἶτα κατακόψας μάλα συχνοὺς, ἐδείπνισε
»Χάρης Ἀθηναίους τόθ'· ὡς γενναῖος ἦν.«

Sic ille. At ne ſic quidem prorſus in liquido eſt vel orationis conſtitutio, vel ſententia verborum. Et *tertio* quidem *verſu* utique tollenda diſtinctio fuit, quae poſt εἶχεν

e perperam posita erat in ed. Bas. & Cas. tum vero post λόφον distinguenda oratio. At quid est quod ait poëta, οὐ γὰρ εἶχεν οὐδέπω λόφον? DALECAMPIUS, cum his iungens vocem ἕνα, quae initio sequentis versus posita erat, sublatâ prorsus (nescio quo usu) negatione, vertit, *cristâ quidem unâ relictâ*: adiectâ notâ: »Exercitum eius profligavit: qui»busdam tamen superstitibus, quibus collectis bellum re»novatum est. Haec ἀλληγορικῶς.« — Super qua interpretatione Casaubonus mentem suam non aperuit. Gallici interpretis haec est versio: *il le coupa en pieces, sans lui laisser même de crête.* Tum adnotatio: »Λόφος, *mot équivoque,* »*qui signifie aussi une éminence où un ennemi vaincu se retire.* »*Adée ne put le faire; & ainsi il n'eut plus de crête.* Plat »jeu de mots.« — Non videtur ille cogitasse, in hanc sententiam οὐκέτι scriptum oportuisse, non οὐδέπω. Eustathius, ad Od. δ'. pag. 144. l. 45 sqq. ex Athenaei Epitomâ citans istos versus, aliam vocabuli λόφος amphiboliam spectans, *versum secundum & tertium* ita interpretatur: Ἔστι δὲ τὸ μὲν »ἀωρὶ κωκύζειν τὸν Ἀδαῖον ἀλεκτρυόνα« τὸ παρὰ καιρὸν ἐπιβαλεῖν τῇ μάχῃ· τὸ δὲ »μήπω λόφον ἔχειν« τὸ ἄοπλον ἔτι ὄντα περιπεσεῖν κινδύνῳ. Nobis alia mens poëtae fuisse videtur. Scilicet, ridet poëta *Charetem*, in leviculo successu (ut Zenobius ait, loco paulo ante citato) mire se iactantem. *Gallum*, inquit, *cecidit:* nec magnum facinus, nec difficile: *nondum* enim *ne cristam quidem habebat;* id est, iuvenis & imperitus erat, qui nullo negotio superari posset.

Vers. 4. Quum in nostro codice *Epitomae* sic scribatur, κἆτα κόψας, in promtu erat κἆτα κατακόψας corrigere: quod etiam versus ferebat. Reliqua idem noster codex eadem habet, quae e suo depromsit Casaubonus: nempe *comma* post μαλὰ συχνοὺς, & deinde Ἀθηναίους τόθ', & ὡς γενναῖος ἦν: e quibus quidem nihil aliud nobis adoptandum visum est, nisi ὡς vel ὥς, pro ὥσπερ, quod utique nec ad sententiam satis aptum erat, & versui nullo modo idoneum: reliqua ex Breviatoris ingenio mutata existimavi. Itaque tenui Ἕνα κατακόψας, quod habet vetus cod. *A.* cum editis: opponuntur enim ἕνα, & μάλα συχνοὺς, quae duo postrema verba (deleto puncto, quod importune post ἐδείπνισε inferebatur) ad sequentia referuntur. Si quid in ἕνα mutandum, χ' ἕνα malueram, i. e. καὶ ἕνα. μάλα συχνοὺς Ἀθηναίων aeque bene

dici videtur, ac Ἀθηναίους: & iſtud ſtylo poëtico etiam paulo convenientius. δὲ vel δ' particula poſt Χάριτος temere in ed. Baſ. invecta erat, indeque in ed. Caſ. propagata.

AD CAP. XLIV.

διὸ καὶ ἵππων καὶ ἑτέρων πολλῶν &c. »Narratur ex f »IDOMENEO, *Piſiſtrati filios Hippiam & Hipparchum* εὐρεῖν »ἁλίας καὶ κώμους· διὸ καὶ ἵππων καὶ ἑτέρων πολλῶν ἐπι- »πολάσαι τὸ πλῆθος παρ' αὐτοῖς· ὅθεν βαρεῖαν αὐτῶν γενέ- »σθαι τὴν ἀρχήν. Excerptorum auctor non agnoſcit quae- »cunque hic leguntur inter duas voces, κώμους & ὅθεν. »Credo illi mirum eſſe viſum, *equos* dici adhibitos aut ad »ἁλίας, *epulas*, aut ad κώμους, *commeſſationes*: & meri- »to: nam neque ad convivia, neque ad laſcivorum iuve- »num nocturnas commeſſationes equis eſt opus. Forte, »διὸ καὶ πόρνων καὶ ἑταιρῶν πολλῶν.« CASAUBONUS. — DALECAMPIUS, *equos* tenens, pro ἑτέρων, ἑταιρῶν legebat, *ſcortorum magnum numerum* vertens, notansque in orâ: »Alii [ſic ille loqui ſolet; *alios* dicens, ubi aliam ſuam proponit coniecturam:] »ἑταίρων, *domeſticorum, familia-* »*rium.*« — Dalecampium ſecutus eſt, ut fere ſolet, Gallicus interpres. Nos in vulgato, quod tuentur veteres membranae, adquieſcendum putavimus, *equos & alias res* intelligentes *quae ad luxum pertinerent.* In verbo εὑρεῖν paululum haeſimus, & ἐρᾷν fortaſſe legendum ſuſpicaturi eramus, niſi rectius cum genitivo caſu, quam cum accuſativo conſtrueretur id verbum.

φύλακας ἐφίστα. Sic recte mistus codex uterque; quemadmodum paulo poſt καθίστα habent edd. cum mſstis.

ὅπερ ὕστερον ἐποίησε καὶ Κίμων. »De *Cimonis* liberalita- a »te, eadem Plutarchus in Pericle: nam & hic non minus »ſuarum rerum profuſus populo largitor.« CASAUBONUS. — Adde Corn. Nep. V. 4.

ἔπειτα τὴν οἰκίαν παρεῖχε κοινὴν ἅπασι, καὶ δεῖπνον b ἀεὶ εὐτελὲς παρασκευάζεσθαι — καὶ τοὺς ἀπόρους — δειπνεῖν. Perincommodi ſane ſunt in hac verborum comprehenſione infinitivi iſti. In promtu foret cum *Epit.* παρεσκευάζετο corrigere, niſi rurſus eodem tenore δειπνεῖν ſequeretur. Sed ſuo ingenio iſtud mutaſſe Epitomae auctor videtur, turbatae orationi remedium adlaturus;

ſequentia autem verba prorſus omiſit. Nobis probabile videtur, ὡς vel ὥστε, ante καὶ δεῖπνον *intercidiſſe.*

καὶ λέγουσιν, ὡς περιήγετο ἀεὶ νεανίσκους δύο ἢ (δύ' ἢ ms. *A.*) τρεῖς &c. »Clarum eſt, de *Cimone* loqui auctorem, »cum iſta ſcribit. Errant igitur auctor Excerptorum & Eu»ſtathius eum ſecutus, [ad Iliad. ω'. p. 1519. l. 17. ſub finem libri,] »qui de Piſiſtrato haec accipiunt, contra aper»tiſſimam Athenaei narrationem. Et ait quoque Probus in »Cimonis vita: [Corn. Nepos l. c.] *Semper eum pediſſequi »cum nummis ſunt ſecuti, ut, ſi quis opibus eius indigeret, ha»beret quod ſtatim daret.* Vide caetera: nam ille auctor qua»ſi ad verbum Theopompi totum locum vertit. Athenaeus »in medium ſermonem de *Piſiſtrato* interiecit quae de *Ci»mone* commemorat: redit enim poſtea ad Piſiſtratum.« CASAUBONUS. — *Ibid.* τούτοις τε δεδόναι. Sic ambo mssti: c non τούτοις δὲ δεδ. *Ibid.* κελεύειν αὐτῷ, commode ms. *A.* non αὐτόν. μεταμφιέννυσθαί τινι, *veſtem cum aliquo permutare.* Contraxit iſta Excerptorum auctor. Operarum autem vitio κελεύει ſcriptum in ed. Caſ. 2. & 3.

Ὁ δὲ Πεισίστρατος καὶ ἐν πολλοῖς βαρὺς ἐγένετο, ὅπου καὶ τὸ Ἀθήνησι τοῦ Διονύσου πρόσωπον ἐκείνου τινὲς φασιν εἰκόνα. »Vult probare, *Piſiſtratum gravem & exoſum multis Athe»nienſium* fuiſſe. Id ex eo conſtare dicit, quod *multi exi»ſtiment, ſimulacrum* aliquod *Bacchicum, quod Athenis fuit, eſſe »Piſiſtrati imaginem.* Verba quae adſcripſimus habent hanc »mentem; non quam putarunt viri docti. Sed quomodo »hinc probatur quod erat propoſitum? Arbitror, imagi»nem Bacchi, de qua loquitur auctor, eiusmodi fuiſſe, ut »triſtitiam vultus prae ſe ferret, & animum truculentum. »Cum igitur duraret apud Athenienſes πατροπαράδοτος »opinio, eam eſſe Piſiſtrati expreſſam ad vivum figuram; »recte, qui ita crediderunt, ex ea imagine colligebant, »talem ipſum cum viveret fuiſſe. Sed de eo ſimulacro »aliter vulgus, aliter eruditi, ut vides, ſentiebant. Mi»rum ſane, Pauſaniam nullam huius rei feciſſe mentio»nem, virum adeo omnium ἀρχαιολογιῶν diligentem. Il»le vero, ut exiſtimo, ne hoc quidem praetermiſit: huc »enim refero quod de *Acrati* effigie narrat: [lib. I. cap. 2. »p. 7.] Ἐνταῦθά ἐστιν, ait, καὶ δαίμων τῶν ἀμφὶ Διόνυσον, »Ἄκρατος. πρόσωπόν ἐστιν οἱ μόνον τοίχῳ ἐνῳκοδομημένον. »*Eſt in fano Bacchi unus Bacchi comitum Deus Acratus: »faciem ſolam habet parieti incluſam.* Prorſus de hac facie

» loqui Athenaeum cenſeo: nam quod effigies eadem ha- c
» bita ſit ab aliis *δαίμονος Ἀκράτου*, ſive *Meribibi*, ab aliis
» hominibus ſaevi & truculenti, rationem manifeſtam ha-
» bet. Lego igitur in Athenaeo, *ὅπου καὶ τὸ Ἀθήνησιν*
» *ἐν Διονύσου πρόσωπον*: *cum etiam facies quae Athenis in*
» *Bacchi templo*, &c. non *τοῦ Διονύσου*, qui articulus
» non eſt in Excerptis.« CASAUBONUS. — Ab auctoris mente utique aberraverat DALECAMPIUS, verba ſupra ſcripta in hunc modum reddens: *Piſiſtratus certe, quamvis multis rebus gravis ac moleſtus fuerit, tamen faciem Bacchi quae Athenis viſitur, eius imaginem eſſe quidam aiunt.* Nempe in connexione praeſertim orationis erravit hic interpres; cum particulam *ὅπου*, quae *cauſſalem* vim habet, *quandoquidem, quippe*, & ſimilia ſignificans, perperam pro *adverſativâ* vel *exceptivâ* acciperet. At, ſi quid ego iudicare valeo, multo etiam magis in huius loci interpretatione a vero aberravit Caſaubonus, & alieno prorſus loco doctrinam oſtentavit, ingenioque indulſit: quem Villebrunius, veluti iratis Muſis quod ſana praecipientem audire dedignaretur, nunc errantem fideliter ſecutus eſt. Nobis vero perſpicue id dicere viſus erat auctor, quod in latinâ verſione poſuimus: *At Piſiſtratus* (quamquam, ut paulo ante dictum, & moderatior fuerit quam filii, & liberalis ac benignus in populum, tamen) *etiam multis in rebus gravis* (id eſt, arrogans, inſolens, adeoque odioſus) *fuit: quippe etiam vultum Bacchi illius qui Athenis eſt, imaginem ipſius eſſe aiunt nonnulli.* Quibus e verbis, plane contra quam Caſaubonus ſtatuit, intelligi par erat, praecipuum aliquod Bacchi ſignum, quod Athenis conſecratum erat, Piſiſtrati aetate ipſiusque auſpiciis fuiſſe confectum; & (quum pulcerrimâ faciei formâ ſemper fingeretur ille Deus) ipſo iubente Piſiſtrato aut certe conſentiente, ut qui ſuae praeſtantiâ formae confideret, faciem illius Bacchi ad Piſiſtrati ſimilitudinem fuiſſe expreſſam. *τὸ Ἀθήνησι τοῦ Διονύσου πρόσωπον* cum editis tenent veteres membr. *A. τὸ Ἀθήνησι Διονύσου πρόσωπον* ms. *Ep.* Verbum *εἶναι*, quod ante *εἰκόνα* in ed. Caſ. inſertum, perinde & ſuperiores editiones & mssti libri ignorant.

AD CAP. XLV.

Περικλέα δὲ τὸν Ὀλύμπιον. Amat Athenaeus nomini *Peri-*

clis, per iocum fere, cognomen iſtud adiicere; quod unde ille invenerit docet Plutarchus in eius vita, Opp. T. I.
d pag. 156. a. b. *Ibid.* μετὰ Ἀσπασίας τῆς ἐκ Μεγάρων ἑταίρας. *Mileſiam* fuiſſe *Aſpaſiam* illam, Periclis amicam primum, dein uxorem, inter omnes conſtat. Eadem hîc ἐκ Μεγάρων per contemtum dicitur, quoniam (ut videtur) priusquam Athenas habitatum conceſſiſſet, *Megaris* artem ſuam erat profeſſa: quo ab oppido aliâs etiam in proverbio vulgares meretrices Μεγαρικαὶ σφίγγες adpellabantur.

διὰ τοῦ Κεραμεικοῦ. Sic recte ſcriptum nomen dedere ambo noſtri codices mssti. Mox dein, iidem recte item συνυπέζευξεν: quemadmodum pro edito συνεπέζευξεν corrigendum monuerat WYTTENBACH, ad Plut. de Ser. Num. Vind. p. 38. ἀνεβίβασεν vero non modo mssti, ſed etiam Veneta editio tenebat: a qua ſcriptura temere diſceſſum in ed. Baſ. & Caſ. Caeterum notavit hoc loco CASAUBONUS: »*Idomenei de Themiſtocle verba*, »*quorum ancipitem* eſſe *mentem* Athenaeus ait, quoniam ipſe »non adſcripſit, nos adſcribemus: Οὐχ ἅρμα ζευξάμενος »ἑταιρῶν πληθυούσης ἀγορᾶς, εἰσήλασεν εἰς τὸ ἄστυ; ἦσαν »δὲ αὗται Λαμία καὶ Σκιώνη καὶ Σατύρα καὶ Νάννιον. Vi»de libro ſequente. [pag. 576. c.] Quod ſi loquendi genus »attendimus, non poteſt ζεύξασθαι ἅρμα ἑταιρῶν aliter ac»cipi quam de *iunctis more iumentorum ſcortis ad trahendum* »*currum*. Non dubium eſt, eo interdum progreſſam laſci»vorum hominum petulantiam: qua de re plura in Cir»cenſibus noſtris. Si aliter interpreteris, ſimilis de Anto»nio hiſtoria in ſecundâ Philippicâ.« — At paucis, puto, perſuaſerit vir doctus, in eam partem accipienda eſſe *Idomenei* verba, in quam ille inclinabat. Satis profecto petulantiae laſciviaeque fuerat, & res prodigio ſimilis eâ aetate qua vixit Themiſtocles, civem videre Athenienſem *cum quatuor meretricibus in quadrigis ſedentem* per medium forum transvehi. Ne illud quidem exiſtimo, ſerio dubitaſſe Athenaeum, utram in partem accipiendum ſit id quod dixerit *Idomeneus*. Caeterum ipſa verba, quibus uſus erat hic ſcriptor, hoc ipſo loco potius, quam eo ad quem provocavit Caſaubonus, prolata ab Athenaeo malles.

Πόσσις δ' ἐν τρίτῳ Μαγνητικῶν. Rurſus hoc loco, ut alibi, nomen illius ſcriptoris *geminatâ σ literâ* ſcriptum dedere noſtrae membr. Vide ad VII. 296. d.

e Κλέαρχος δ' ἐν πρώτῳ περὶ Φιλίας. Sic recte, non

Φιγαλίας, titulum huius libri exhibet optimus cod. *A.* e quemadmodum FABRICIUS legendum coniectaverat Bibl. Graec. T. II. pag. 655. Idem cod. *A.* itemque *Epit.* ignorant verba ἐν Μαγνησίᾳ, quae hîc poſt Θεμιστοκλέα φησὶν in editis libris e ſuperiori loco (lit. *d.*) temere repetita leguntur. Quae vero dein vulgo hîc obtinebat ſcriptura, τὸν Θεμιστοκλέα φησὶν – – ἀγαπᾷν ἔφησεν, ea quo pacto vel ferri vel excuſari potuerit, non vidi. φῆναι utique ſcriptum oportuiſſe dicas: ſed expeditior certiorque ratio nobis videbatur, ὡς particulam ſupplere, quae per librarii feſtinationem intercidere potuit. Simillima quidem ratione paulo etiam ante dixerat auctor noſter, Περικλέα δὲ τὸν Ὀλύμπιόν φησιν Ἡρακλείδης – – ὡς ἀπήλλαξεν &c.

Ibid. Non ſperno πληρώσει, quod in editis hîc legebatur: ſed cum πληρώσειεν dederit vetus codex *A.* atque etiam πληρώσειε ed. Ven. reſtituendum hoc auctori putavi. In ms. *Ep.* terminatio huius verbi prorſus non expreſſa eſt, ut plane neſcias quid vel voluerit vel debuerit librarius.

Ad eumdem locum ſpectat CASAUBONI Animadverſio haec: »Narrat ex Clearcho, *Themiſtoclem exſtructo* Magne»ſiae *triclinio pulcherrimo, dixiſſe*, ἀγαπᾷν εἰ τοῦτον φίλων »πληρώσει: *exiſtimare ſe, belle ſecum actum iri, ſi triclinum* »*oecum amicis poſſet implere.* Cum magnos feciſſet ſumtus »Themiſtocles in ornanda omnibus modis *coenatione*, quam »aedificandam curaverat *trium lectorum capacem*, reprehen»ſus eſt a familiaribus ſuis, quod nimis anguſtam feciſſet. »Iis igitur reſpondens vir ſapientiſſimus, hoc ἀπεφθέγ»ξατο: ita ſignificans quod planius dixere multi; ut Pin»darus in Nemeonicis: Παῦροι δ' ἐν πόνῳ πιστοὶ βροτῶν »καμάτου μεταλαμβάνειν. *Triclinium* non multos homines »capit. Novem convivae tribus lectis fere capiebantur: »lecti autem tres ſolum in triclinio: alioquin non τρίκλι»νος οἶκος, ſed vel τετράκλινος vel πεντάκλινος eſſet dicen»dus. — Nempe ſic Graeci certe diſtinguunt: Latinos quidem ſatis conſtat latiore etiam notione vocabulum *triclinium* ſaepe poſuiſſe.

AD CAP. XLVI.

προθεὶς τὸ »Ξανθῇ δ' Εὐρυπύλῃ μέλει &c. »Non obſcu»rum inter antiqui aevi molles τρυφητὰς *Artemon* ille no-

» men habet, quem ex *Anacreonte* potiſſimum nobis deſcri-
» bunt veteres. Athenaeus igitur hoc loco primum *ANA-*
» *CREONTIS* haec de illo verba recitat, Ξανθῇ δ' Εὐρυπύλῃ
[ſic recte ed. Caſ. cum msstis: perperam Ξανθῇ δ' ἐν Εὐρυ-
πύλῃ ed. Ven. & Baſ.] » μέλει ὁ περιφόρητος Ἀρτέμων. In-
» terpres τὸ μέλει in μένει vel ἀμέλει aut utrumque mu-
» tatum voluit: fruſtra. Verte, *Flavae Eurypylae curae eſt.*
» Amatorium eſt verbum: unde etiam μέλημα, ut latine,
» *mea cura*, familiaria amantibus verba. [Conf. Animadv.
» ad V. 192. f.] Cur autem *Artemonem* περιφόρητον vocarit
f » *Anacreon*, cauſſam affert Deipnoſophiſta, διὰ τὸ τρυφε-
» ρῶς βιοῦντα ἐπὶ κλίνης φέρεσθαι: *quod delicate vivens, in*
» *lectica geſtaretur.* Alii cauſſam adferunt, quod propter pul-
» critudinem raperetur ab omnibus. Volunt enim ταχθῆ-
» ναι τὴν παροιμίαν ἐπὶ καλοῦ καὶ ἁρπαζομένου πρὸς πάν-
» των παιδός: praeter Grammaticos, Plutarchus in Peri-
» cle. « CASAUBONUS. — Non ſuo nomine iſta tradit Athe-
naeus, ſed diſerte ait, *CHAMAELEONTEM Ponticum* haec
dicere in Commentario ad illa Anacreontis verba, Ξανθῇ
δ' Εὐρυπύλῃ &c. Nam ad illa, quae hîc leguntur, τὴν προση-
γορίαν ταύτην λαβεῖν, intelligendum verbum φησὶ, ut alibi
frequentiſſime. *Eurypyle*, de qua queritur Anacreon, et-
iam ab aliis ut amica huius poëtae commemoratur. Vide
IACOBS Animadv. ad Anthol. Vol. I. Part. II. p. 390 extr.
& ſq. Quos Grammaticos dixit Caſaubonus, nullum alium,
qui id, quod ille ait, tradiderit, novimus, niſi Ariſto-
phanis Scholiaſten ad Acharn. vs. 850. Nec Plutarchus in
Pericle, T. I. Opp. pag. 167. a. b. id dixit, quod eum di-
centem facit doctus Animadverſor; ſed eamdem rationem
cognominis adfert, quam ex *Chamaeleonte Pontico* Athenaeus
tradit, nonniſi in hoc ab illo diſſentiens, quod *Hera-*
clidem Ponticum, non *Chamaeleontem* nominat: ſive quod
apud alterum utrum librarii erraverint in nomine, ſive
quod Heraclides ſua Chamaeleonti ſubripuerit, quod IONSIUS
ex Laërt. V. 93. probabile fecit, lib. I. DE Script. Hiſt.
Phil. cap. 17. p. 106 ſq. Caeterum, ſi, quae hîc Athenaeus
refert cum iis contuleris, quae & Plutarchus & Ariſtopha-
nis vetus Interpres locis citatis tradunt, intelligi videtur,
duos fuiſſe *Artemones*, quorum utrique cognomen Περι-
φόρητος fuerit: priorem illum, de quo hîc Athenaeus lo-
quitur, ex paupere divitem factum, & deinde mollitiei &
delicatae vitae ſingulariter indulgentem; alterum, Periclis

aetate clarum, virum gnavum ſolertemque mechanicum; f qui, quod claudus eſſet, lectică circumferebatur: de quo poſteriore conferendus Plinius, lib. VII. cap. 56. ſect. 57. pag. 415 ſq. ed. Hard. & Diodorus Sicul. XII. 28. itemque Servius ad Aeneid. IX. 505. Prior ille Artemon non vulgo περιφόρητος cognominatus fuiſſe videtur, ſed ab uno Anacreonte ſic forte adpellatus: alteri ex ipſa re, quam apud Plutarchum Ephorus narrat, illud ipſum cognomen impoſitum, quo uſus Anacreon erat ubi de priore Artemone locutus eſt. Signum vero *Artemonis Periphoreti*, Polycleti opus, cuius Plinius meminit lib. XXXIV. cap. 8. ſect. 19. num. 2. ad utrum pertinuerit illorum Artemonum, haud definierim. Diceres, iſtos duos in animo habuiſſe Heſychium, ubi ad voc. Περιπόνηρος Ἀρτέμων adnotavit, εἰσὶ δὲ Ἀρτέμωνες δύο. At, verum ſi quaeris, in Ariſtophanis verbis, Acharn. 850. ad quae refertur iſta Heſychiana gloſſa, de *tertio* aliquo *Artemone* agitur, vili & putido poëta, qui Comici aetate vixit: ſub cuius nomine cur *Cratinum* a Comico traductum eſſe ſtatuat Graecus interpres, non video, atque eo magis etiam miror, quoniam *Artemonem* ibi diſerte a *Cratino*, proxime ante nominato, distinguit poëta. Ad tertium iſtum *Artemonem* ſpectant quae leguntur apud Suidam in Ὄζων. Eum Comicus περιπόνηρον lepide & praeter exſpectationem adpellat, ad alterius Artemonis cognomen, Περιφόρητος, adludens. Fuerunt, praeter tres iſtos, alii etiam *Artemones*, Plinio paſſim memorati, de quibus hîc nil adtinet dicere: rurſusque alios nonnullos Fabricius recenſet in Bibl. Gr. T. I. pag. 575. De iſtis loquendi formulis, Χαμαιλ. ἐν τῷ Περὶ Ἀνακρέοντος, & προθεὶς τὸ, vide Animadv. ad VII. 281. e.

Πρὶν μὲν ἔχων βερβέριον &c. »Ut probet Athenaeus, »e paupere factum eſſe Artemonem & divitem & luxurioſum, »deſcribitur eiusdem Lyrici (*ANACREONTIS*) canticum: »cuius prima verba tenebricoſa, mihi quidem. Ait, πρὶν »μὲν ἔχων βερβέρινα καλύμματα ἐσφηκωμένα, καὶ »ξυλίνους ἀστραγάλους ἐν ὠσὶν, &c. Haec lectio eſt om»nium exemplarium: prius erat βερβέριον κάλυμμά »τ' ἐσφ. Utraque vox neceſſario derivanda nobis a dictio»ne barbara βέρβερι, quae conchae margaritariae genus »ſignificat, de qua libro III. [p. 93. b.] ex Androſthene. »Sed quî convenient *berberina integumenta* Iro alicui? nam »certum eſt, paupertatem Artemonis his verbis deſcribi.

f » Eruditiſſ. Dalecampius βερβένια legit: quia ſcribit Heſy-
» chius, Βερβενίους eſſe γένος τι Ἀρκαδικόν. Neque eſt alie-
» num a ſimilitudine veri, egenae gentis (ut fere omnes
» in Arcadiâ) veſtes fuiſſe pretii minimi. Idem Heſychius
» auctor eſt, βερβίνια dicta fuiſſe *ligna clavis confixa, ex qui-*
» *bus lychni pendebant* in pauperum cellis. Quare videndum,
» an legi poſſit hoc loco, Πρὶν μὲν ἔχων βερβίνιον κατάλυμα
» κ' ἐσφηκωμένον: ut dicatur Artemon domo caruiſſe (quod
» ſupra dicebamus extremae paupertatis habitum eſſe argu-
» mentum) & gallinis fuiſſe ſimilem, quae noctu ad ſua
» petaura ſe recipiunt & tabulas illas, in quibus ſolent
» cubare. Vulgatam lectionem qua ratione exponamus re-
» cte, non video: niſi cui placeat βερβέρινα καλύμματα
» appellari *pauperum gurguſtiola anguſta*, & *conchae ſimilia.*
» Pro ἐν ὠσὶ, quod defendunt mssti, docti viri [nempe
» Dalec. in verſione] ἐν ποσί: ut puto, non male. « CASAUBONUS.

Totus hic de *Artemone* locus in Epitoma ſic decurtatus & partim inverſus exhibetur: Ὅτι ὁ παρὰ τῇ παροιμίᾳ περιφόρητος Ἀρτέμων οὕτως ἐκλήθη, διὰ τὸ τρυφερῶς βιῶν, (βιῶναι haud dubie debuerat librarius) καί τοι πρώην, ὡς Ἀνακρέων φησὶ, πένης ἦν· ψιλὸν μὲν ἔχων περὶ πλευρῇσι βοὸς νεόπλυτον εἴλυμα κακῆς ἀσπίδος· ἀρτοπώλησι καὶ ἑθελοπόρνοισιν ὁμιλέων· κίβδηλον εὑρίσκων βίον· πολλὰ μὲν ἐν δουρὶ τιθεὶς αὐχένα· πολλὰ δ' ἐν τροχῷ, πολλάκι δὲ κόμην πώγωνα τ' ἐκτετιλμένος. μέμνηται δ' αὐτοῦ Χαμαιλέων ὁ Ποντικός· ξανθῇ δ' Εὐρυπύλῃ μέλει ὁ περιφόρητος Ἀρτέμων. Nos in priori parte *ANACREONTEI carminis*, quae praeſertim multas habet difficultates, veteris noſtri codicis *A.* praeſcriptum preſſe ſequendum putavimus, editorum librorum & Epitomae discrepantias virorumque doctorum coniecturas infra contextum adnotantes. Prorſus tamen miſſa fecimus & nunc etiam in his Animadverſionibus omittenda duximus imperita *Samuelis* PETITI commenta, quibus ille in Miſcellaneor. lib. VII. cap. 7. emendare illuſtrareque hoc carmen conatus eſt. Carminis verſiculi in membr. *A.* non diſtincti ſunt, quemadmodum ne alii quidem umquam verſus in eodem codice. Atque etiam in ed. Ven. & Baſ. in quibus aliâs plerumque in poëtarum fragmentis initia verſuum, partim maiori quodam ſpatio relicto, partim maiusculis literis diſtinguuntur, hi Anacreontei nullâ notâ diſtincti veluti proſa oratio adponun-

tur. Primus *Casaubonus* poëtae verba per versiculos, suo f arbitratu distribuit: quam distributionem quamquam ex artis lege factam minime praestare velimus, hîc tenuimus, cum de certiore ineundâ ratione nos quidem desperaremus. Adponamus tamen hîc lectorum in gratiam, quibus BARNESII editio Anacreontis non est ad manus, idem carmen ex huius editoris ratione, quae in nonnullis fortasse commodior haud immerito videbitur, distributum. Sic igitur ille, pag. 258 & sqq. totum carmen concinnavit:

Ξανθῇ δ' Εὐρυπύλῃ μέλει
ὁ περιφόρητος Ἀρτέμων.
Πρὶν μὲν ἔχων βερβέρια,
καλύμματ' ἐσφηκωμένα,
καὶ ξυλίνους ἀστραγάλους
ἐν ποσὶ, καὶ ψιλὸν
περὶ πλευρῇσι βοὸς
νεόπλυτον εἱλημα
κακῆς ἀσπίδος·
ἀρτοπώλῃσι κηθελοπόρνοισιν ὁμιλέων
ὁ παμπόνηρος Ἀρτέμων,
κίβδηλον εὑρίσκων βίον,
πολλὰ μὲν ἐν δουρὶ τιθεὶς
αὐχένα, πολλὰ δ' ἐνὶ τροχῷ,
πολλὰ δ' ἐν νώτῳ σκυτίνᾳ
μάστιγι δωμιχθεὶς, κόμην
πώγωνά τ' ἐκτετιλμένος.
Νῦν δ' ἐπιβαίνει σατινέων,
χρύσεια φορέων καθέρματα
παῖς Κύκης,
καὶ σκιαδίσκην ἐλεφαντίνην
φορεῖ γυναιξὶν αὔτως.

Vers. 1. Quod βερβέρινα, *lectionem* esse *omnium exemplarium*, ait CASAUBONUS: id quale sit ii viderint, quibus, quidquid ab hoc Viro sane quam doctissimo adfirmatum legunt, id oraculi loco esse solet. Editio quidem Veneta & Basil. βερβέριον habent: ad quam scripturam e Vaticano certe codice in Aegianis lectionibus, quibus Casaubonus usus est, nulla enotata discrepantia: idque ipsum βερβέριον veteres membranae *A.* tenent. Cui vocabulo quidem quaenam subiecta notio sit, mihi non magis quam Casaubono liquet: sed suspicari subiit, neque improbabilis coniectura videtur, quemadmodum persaepe in illis

f membranis, aliisque codicibus eodem fere ſeculo exaratis, κ litera & β ob formae ſimilitudinem qua illae pingebantur, frequenter inter ſe permutari ſolent, (de quo erroris genere vide Animadv. ad II. 71. a. T. I. pag. 475. & ad III. 129. e. T. II. pag. 396.) ſic hoc loco ſimile quidpiam accidiſſe, nempe Κερβέριον ſcriptum oportuiſſe. Id ſi ita ſtatuere licet, conſequens erit, ut coniiciamus, Κερβέριον, ſcilicet ἱμάτιον, *ANACREONTEM* dixiſſe *triſte, vile & miſerum amiculum:* cui interpretationi haud mediocrem veri ſpeciem ineſſe nemo facile negaverit, qui, quae habet Heſychius in Κερβέριοι, contulerit cum his quae de eodem vocabulo alii (quos laudavit doctiſſimus Heſychii Editor) adnotarunt, Scholiaſtes Ariſtoph. ad Ran. 189. Etymologus, pag. 513. l. 45 ſqq. Euſtathius ad Odyſſ. λ'. pag. 415 extr. denique cum ipſo Homero, Od. δ'. vs. 14-19. Et quod modo dicebam de literarum κ & β permutatione, eius exemplum in eodem Euſtathii loco, quem modo citavi, habemus: ubi βερβερίους (in Baſileenſi quidem editione qua utor) perperam pro κερβερίους ſcriptum.

Quid (*verſ.* 1. & 2.) dicat poëta καλύμματα ἐσφηκωμένα, haud ſatis ſcio. *Integumentum adſtrictum* reddidit Dalec. *veſtes colligatas* Barneſ. Satis notum & Homericum etiam verbum σφηκοῦν iſtâ notione: ſed, quid huc magnopere faciat, haud adparet. VILLEBRUNIUS, partim Dalecampium, partim puto ADAMUM ſecutus, quatuor verba ἔχων βερβ. καλυμμ. ἐσφηκ. his Gallicis reddidit, *qui avoit un bonnet pointu d'Arcadie:* nempe ἐσφηκωμένον intelligens *acuminatum, in acutum deſinens*, quam notionem & ipſam idem verbum admittit; κάλυμμα autem ſigillatim de *capitis integumento* accipiens, quemadmodum cognatum vocabulum κάλυπτρα Heſychius κεφαλῆς καλύμματα interpretatur: de quo vocab. confer quos laudavit Heſychii editor. Qua ſi notione (quod facile credas) vocem καλύμματα poëta poſuit pro *cauſiae* vel *pilei* quodam genere, quod capiti impoſitum Artemon geſſiſſet; (quo de genere conſule quae collegit Valckenar. ad Theocriti Adoniaz. pag. 344 & ſq.) tum vero ἐσφηκωμένα haud incommode fortaſſe *adſtricta* intelligere poſſimus hac ſententiâ, ut dicatur ille homo olim *vilem pilcum capiti adſtrictum geſtaſſe*, idem *cui poſtea umbellam eburneam peregrina mulier praeferre ſolebat.* conf. not. ad vs. 16. & ad p. 536. a. Quod ſequitur, ξυλίνους ἀστραγάλους ἐν ὠσὶ, Dalecampius ἐν ποσὶ legens, *calones* vertit, id eſt,

calopodia, *ligneos calceos*: similiter Barnesius, *ligneas carbatinas*. Prudentius mihi videbatur Gallicus interpres fecisse, librorum scripturam tenens, quam suo sermone ita reddidit, *& des osselets de bois aux oreilles*. conf. vs. 14. f

Vers. 3. Speciosum erat, ac fortasse verum, quod ex ms. *Ep.* tacite Casaubonus adscivit, νεόπλουτον: quod ipsum etiam DALECAMPIUS ex coniecturâ his verbis expresserat, *ac costas operiret depilato bovis corio nuper ablu-to.* At νεόπλουτον, quod cum editione Ven. & Bas. veteres membranae tuentur, intelligi fortasse possit false & mordaciter dictum in hanc sententiam, quod *integumentum illud*, (quod quidem *quale* dixerit poëta, non satis percepi) *quamvis vile & miserum*, tamen *pretiosum* visum fuisset illi homini, qui *nuper demum eius compos factus* fuerit, eoque haud secus superbiverit ac homo subito ditatus *divitiis suis recens adquisitis*. *Vers.* 4. εἴλυμα, quod tenet mstus codex uterque, praeter rem in εἴλημα mutatum erat ab editoribus. Vide Odyss. ζ'. 179. Versum hunc cum praecedente *Barnesius*, Dalecampium fere secutus, latine sic reddidit: *& exile circa latera bovis nuper-ablutum* (corium,) *velamen carioſi clypei*. *Vers.* 5. haud dubie verum erat ἀρτοπώλισιν, quod dedere membr. *A.* BARNESIUS, licet ἀρτοπώλῃσι scribens, vertensque *cum pistoribus versatus*, recte tamen adnotavit, ἀρτοπώλιδας Aristophanem dixisse *de rixosis & scurrilibus mulierculis*. Sic enim Comicus, Ran. 881 sq. (857 sq. ed. Br.)

—λοιδορεῖσθαι δ' οὐ πρέπει
ἄνδρας ποιητὰς, ὥσπερ ἀρτοπώλιδας.

Vers. 6. Rectius in edd. omissus videtur articulus, ad a nomen Ἀρτέμων repetitus: quem tamen, cum de metri ratione praesertim minime certus essem, adponendum putavi cum membr. *A.* *Vers.* 10. σκυτίνῳ. Sic ms. *A.* cum ed. Ven. & Bas. sive quod vocabulo μάστιξ in masc. gen. usus sit Anacreon, sive quod in adiectivo σκυτίνος terminationem ος utrique generi communem usurparit, sive quod praecedente vocab. νώτῳ deceptus librarius temere σκυτίνῳ scripserit, pro σκυτίνῳ, quod tacite hîc posuit Casaubonus. *Vers.* 11. Θωμιχθείς. Hunc ipsum locum in animo habuisse Hesychius videtur, cum glossam adnotaret, Θωμιχθείς· μαστιχθείς.

Vers. 13 *sq.* »Extremo cantico, Artemonis luxum signi»ficans poëta, νῦν δὲ, ait, ἐπιβαίνει σατινέων. Veteres

» σατίνας exponunt ἁμάξας. ANACREON vero non *plau-*
» *strum*, ſed *currum* vel ἁρμάμαξαν aut *lecticam* eâ voce
» deſignat: quod ex ſuperioribus verbis Athenaei clarum.
» Addit, χρύσεα φορέων καθέρματα. Ita codices; me-
» lius quam vulgo, καὶ θέρματα. Legendum autem χρ.
» φορ. καθέματα. Heſychius: Κάθεμα, ὃ κατὰ στήθους ὅρ-
» μος: *torques, monile in pectus demiſſum.* (In ed. 2. & 3. ad-
iicitur:) Lege Hieronymum in caput Ezechielis XVI. Alio-
» qui καθέρματα fuerint, quae aliis ἕρματα nominantur.
» Odyſſ. σ'. [296.]

» ἕρματα δ' Εὐρυδάμαντι δύο θεράποντες ἔνεικαν. «

CASAUBONUS. — Recte σατινέων, ut edidit Caſaubonus, ſic habet ms. *A.* In Heſychii gloſſis habes iſtam: Σατῖναι· ἅμαξαι: quo loco eamdem vocem ex Homeri Hymn. IV. 13. & Eurip. Helen. 1327. adnotavit Editor. Quod *vs.* 14. φαρέων ſcribitur in ms. *A.* & in ed. Ven. & Baſ. pro eo recte, haud dubie, φορέων poſuit Caſaub. De vocab. καθέματα vide Albertum ad Heſych. eumdemque in Notis ad Gloſſarium Graecum Novi Foed. pag. 73. Sed non eſt cur dubitemus, καθέρματα ab Anacreonte eâdem notione dici ac ἕρματα apud Homerum l. c. & Iliad. ξ'. 182. ubi ἐνώτια interpretantur Scholiaſtae. Sic verba haec adcurate reſpondebunt illis ſuperioribus, ξυλίνους ἀστραγάλους ἐν ὠσί.

Eodem verſ. 14. παῖς Κύκης. »Quod vocatur a poë-
» ta Artemon παῖς Κύκης, ſuſpectum habuerunt viri do-
» cti: haud ſcio an iure: [»an immerito« puto, ſcribere
» voluerat:] nam *ſervum ſervâ natum* videtur ſignificare.
» Quod enim emendant iidem, ἀκικυς, [*ſtupidus & imbellis*
» *adoleſcens*, Dalec.] non dubito falſos eſſe iudicii. *Cyca*,
» ſervile nomen foeminae, ut Manes viri.« CASAUBONUS.
— Alibi quidem, quod ſciam, non reperitur illud nomen Κύκη: nec vero id ſatis cauſſae erat, cur contra veterum librorum fidem illud mutaretur. Quare quamvis ſpecie non careat emendatio, παῖς τύχης, a TOUPIO propoſita in Epiſt. Crit. pag. 148. tamen multum abeſt, ut (quod viſum erat auctori) nihil eâ certius ſit.

Verſ. 15 *ſq.* καὶ σκιαδίσκην ἐλεφαντίνην φορεῖ γυναιξὶν αὕτως. Poſtrema verba, ad quae nihil animadvertit Caſaubonus, vertunt, *inſtar mulierum.* At iſtum particulae αὕτως uſum, ni me omnia fallunt, prorſus non agnoſcit Hellenismus: nam, ad quem verſum in Adnot. ad hunc

locum provocavit BARNESIUS, is totus ex propriâ ipsius b officinâ est. Porro, qui, *umbellis flabellisque* utebantur delicati homines, hi *non* tam *ipsi gestare eas* solebant, quam *per servos*, aut *per ancillas* (easque *peregrinas* potissimum) *sibi gestandas curabant.* Conf. Casaub. ad Suetonii August. cap. 82. Quare nihil videtur probabilius emendatione a doctissimo IACOBS proposita, Animadv. ad Anthol. Vol. I. P. II. pag. 391. φορεῖ γυνὴ ξέν' αὐτῷ. Caeterum pro his, quae istis versibus continentur, alia quaedam apud Plutarchum l. c. (in Pericle, pag. 167.) posuit Ponticus Heraclides, sive ex ingenio amplificans ea quae Anacreon scripserat, sive compluribus nonnullis versibus auctius illius poëma ob oculos habens. Sic enim apud Plutarchum legitur: τὸν δ' Ἀρτέμωνα φησὶ (nempe *Anacreon*; sive Heraclides, *auctore Anacreonte*) τρυφερὸν μέν τινα τῷ βίῳ, καὶ πρὸς τοὺς φόβους μαλακὸν ὄντα καὶ καταπλῆγα, τὰ πολλὰ μὲν οἴκοι καθέζεσθαι, χαλκῆν ἀσπίδα τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ δυοῖν οἰκετῶν ὑπερεχόντων, ὥστε μηδὲν ἐμπεσεῖν τῶν ἄνωθεν· εἰ δὲ βιασθείη προελθεῖν, ἐν κλινιδίῳ κρεμαστῷ παρὰ τὴν γῆν αὐτὴν περιφερόμενον κομίζεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο κληθῆναι Περιφόρητον.

AD CAP. XLVII.

De *Alcibiade*, SATYRO auctore, qui Illustrium Virorum Vitas scripsit, (conf. Voss. lib. III. DE Historicis Graec. pag. 400 sq.) legimus ὅτι ἐν Ἰωνίᾳ μὲν ὢν Ἰώνων ἐφαίνετο τρυφερώτερος: ubi vocabulum Ἰώνων, quod ob scripturae similitudinem cum his quae praecedunt, exciderat in msstis, recte adiecerunt editores. Ad rem quod spectat, conf. Nepotem in Alcib. cap. 11. & Plutarch. p. 203. b. c.

τῶν Ἀλευαδῶν ἱππικώτερος. » *Aleuadae*, in Lariss**à** Thes» saliae nobilis familia. « DALECAMPIUS. — » De *Aleua*» *dis*, nobilissimis Thessalis consulendus Valesius ad Sozo» menì Prologum, & Valckenar. ad Herodot. VII. 6. « TOUP, ad Theocr. pag. 220. ad Idyll. XVI. 34.

ἐν Σπάρτῃ δὲ καρτερίαν καὶ ἀσφάλειαν ἐπιτηδεύων. Sic uterque mstus cum editis. Quae si vera scriptura est, ἀσφάλεια fortasse *constantiam* & *fidem* significaverit. Nec vero, quod sciam, admodum in usu est id vocabulum eâ notione. Minus autem placet Dalecampius, *animi securi*

ranquillitatem interpretans. Nepotem & Plutarchum si inspicias locis modo citatis, aliud quidpiam hîc desideres. Commodissimum foret εὐτέλειαν: sed hoc quum a scripturâ librorum nimis longe recedat, videndum ne φειδωλίαν fortasse eamdem in sententiam scripserit auctor.

Τὴν δὲ αὐτοῦ γυναῖκα πειρῶν, ὡς ἕτερος ἕτεμψεν αὐτῇ χιλίους Δαρεικούς. »Nisi deest aliquid ante haec verba, »prorsus legendum est Ἄγιδος pro αὐτοῦ: utique au»tem ἑταῖραν, pro ἕτερος. « CASAUBONUS. — Nil variant libri, nisi quod pro αὐτοῦ (quod habet ms. *Epit.* cum edd.) αὑτοῦ scribitur in ms. *A.* quod perinde est. Nec vero ulla causa erat, cur a librorum discederetur scriptura; quae & per se probabilem & perspicuam sententiam offerebat. Uxorem habuit *Alcibiades* (teste Plutarcho, pag. 195. c.) Philareten, castam mulierem, & mariti amantem. Ille vero, periculum virtutis facturus illius, sicut alias multas a se ipso corruptas noverat, sic *huic alieno nomine ingentem pecuniae summam mittens* experiri voluit, an hac tendiculâ capi se illa passura esset. Nihil planius: nihil ingenio & moribus perditi mariti convenientius. Nempe decipi se passus erat Casaubonus a Dalecampio, qui hunc locum ita expresserat: *Timaeam Agidis uxorem is veluti scortum de stupro solicitavit, missis Daricis mille.* Cuius rationem a Gallico etiam interprete adoptatam nil mirum: sed illud mireris, Casauboni emendationibus (τὴν δ' Ἄγιδος γυναῖκα πειρῶν, ὡς ἑταῖραν) veluti unice verâ scripturâ usum esse RUHNKENIUM, ad Timaei Lexic. Plat. pag. 210. Nempe acciderat praestantissimo viro, quod iam aliâs observavimus principibus viris subinde in citandis Athenaei locis accidisse; ut, cum uterentur Athenaei editione Casauboniana secunda aut tertia, (quarum in orâ quaelibet emendationes a Casaubono in Animadv. propositae ita exhibentur, ut *notam* γρ'. in fronte gerant,) puras putas Animadversoris coniecturas pro germanâ veterum librorum scripturâ haberent. De *Agidis uxore* infra loquitur Deipnosophista p. seq. *b.* & lib. XIII. pag. 574. d. e.

Κάλλιστος δ' ὢν τὴν μορφὴν, κόμην τε ἔτρεφεν ἐπὶ πολὺ τῆς ἡλικίας. Cum operarum erratum, κόμην δὲ ex ed. Bas. in editionem Cas. esset propagatum; CASAUBONUS, in *priori* δὲ post κάλλιστος erratum esse existimans, monuit in Animadversionibus: »Scribe κάλλιστός γε ὤν. « Qui si

hoc loco aut editionem Aldinam, aut Epitomam inſpe- c
xiſſet, ibi κόμην τε ſcriptum reperturus erat; quam ſcripturam etiam veteres membranae *A.* tuentur. Quâ reſtitutâ, nihil iam in iſtis verbis merito deſideres. Sed vellem, ſuper illius dictionis ſententiâ, κόμην ἔτρεφεν ἐπὶ πολὺ τῆς ἡλικίας, mentem ſuam aperuiſſet doctiſſimus Animadverſor. DALECAMPIUS interpretatus eſt, *magnâ aetatis parte comam aluit:* adiectâ Notâ: »Contra mo- » rem Athenienſium; qui puberes facti, comam detonſam » alicui Deo ſacrabant.« — At, quod de more iuvenum Graecorum tondendi comam cum pubertatis aetatem ingrederentur commemoratur, (de quo more videndus Petrus Victorius Var. Lection. VI. 22. quem ad Athen. VI. 225. a. laudavimus) non is ad totius capitis tonſuram referendus: ſed unum modo aut alterum cincinnum, aut certe anteriorem ſolummodo comam tondebant; poſteriores capillos nihilo minus alentes. Conf. Euſtath. ad Iliad. β'. pag. 124 extr. Quare probabilior mihi viſa eſt verborum iſtorum ea interpretatio, quam in latinâ noſtrâ verſione uncis incluſam priori ſubieci. Paulo poſt, recte Ἀλκιβιάδες habent mssti cum prioribus editionibus. Confer Polluc. VII. 89. & ibi not.

αὐτόπτης γεγονὼς τοῦ Ἀλκιβιάδου. Sic recte ms. *A.* In *Epit.* αὐτοῦ ſcribitur, pro τοῦ Ἀλκιβ. Quod ἀπαίδευτον *Alcibiadem* dixiſſe *Antiſthenes* perhibetur, id non placuerat Dalecampio; qui plane contra, *optimis inſtitutis eruditum*, in verſione poſuit. Quod dein ait, ὡραῖον ἐφ' ἡλικίας, id his verbis, *quovis decurſu aetatis*, reddidit idem interpres: cum quo convenit quod Plutarchus pag. 192. περὶ τοῦ κάλλους Ἀλκιβιάδου loquens ait, ὅτι καὶ παῖδα καὶ μειράκιον καὶ ἄνδρα, πάσῃ συνανθῆσαν τῇ ἡλικίᾳ καὶ ὥρᾳ τοῦ σώματος, ἐράσμιον καὶ ἡδὺν παρέσχεν. At in eam ſententiam δι' ἡλικίας potius, quam ἐφ' ἡλικίας, dicendum fuiſſe nobis videbatur.

τέσσαρσι τῶν συμμαχίδων πόλεων &c. »Quod ait *de* d
» *quatuor urbibus, quarum opibus ad ſuam libidinem abutebatur Alcibiades*, melius capias ex Plutarcho.« CASAUBONUS. — Plutarchum vide pag. 169. c. Inde recte, ut videtur, Χῖοι poſuerunt Athenaei editores, pro Κῖοι, quod uterque mstus codex hîc dabat. ἡ Χίων πόλις legitur apud Plutarch.

Ἀγλαοφῶντος γραφήν. *Aglaophon*, Polygnoti pater, te-

ſte Pauſania, lib. X. cap. 27 extr. Eumdem pictorem Plinius laudavit, XXXV. IX. 36, 1. & Cicero, DE Orat. III. 7. & Aelianus in Epilogo librorum DE Nat. Animal.

e ἔρως κεραυνὸν ἠγκυλημένος. Ineptam Dalecampii verſionem, *qui ulnis fulmen amplecteretur*, cum alii notarunt, tum PALMERIUS Exercit. pag. 521. Recte iam interpretatus erat H. STEPHANUS, Theſ. T. I. pag. 40. e. f. praeeunte Budaeo.

προπιὼν τῷ Θρασύλλῳ τὰ ἥμίση τῶν ποτηρίων. Vide not. ad XI. 496. b. *Ibid.* ἐπὶ τῷ κυλικείῳ. Sic recte edd. pro κυλικίῳ, quod eſt in membr. *A.* Vide ad V. 201. d. & XI. 460. d. e. f. Ipſa iſta verba deſunt h. l. ms. *Epit.* Apud Plutarch. pag. 193. d. eſt ἀργυρῶν ἐκπωμάτων καὶ χρυσῶν πλήρεις

f τὰς τραπέζας. Etiam iſta deſunt Epitomae, εἶθ' οὕτω φιλοφρονησάμενος τὸν Ἄνυτον: ubi recte editores τὸν Ἄνυτον poſuiſſe videntur, pro τὸν αὐτὸν, quod eſt in vetuſtis membranis: *comiter compellato* vel *ſalutato Anyto.* Si nude αὐτὸν ſcriptum eſſet, ferri fortaſſe poterat, ad *Thraſyllum* referendo, intelligendoque, *poſtquam illud benevolentiae documentum illi exhibuit.* Sed in editorum emendatione adquieſcendum.

AD CAP. XLVIII.

Λυσίας δὲ ὁ ῥήτωρ &c. » *LYSIAE* locus extat & libro XIII.« CASAUBONUS. — Conf. XIII. 574. e. ubi, quae hîc Μεδοντιὰς (utroque cod. msto cum editis conſentiente) vocatur, eiusdem nomen mulieris Μεδοντὶς minus recte vulgo editur. De *Alcibiadis* profectione *Abydum* ſuſceptâ, dictum eſt etiam nonnihil pag. 525. b. Sed hîc mireris intactum reliquiſſe Animadverſorem foedum errorem, qui hunc locum obſederat. Nam cum in ed. Ven. levi operaa rum errore καὶ ξυνωκείπην pro καὶ ξυνῳκείτην ſcriberetur, infelici conatu editor Baſileenſis καὶ Ξυνωκείπην maiuſculâ literâ initiali edidit; unde Dalecampius *Medontiadem & Xynoceipen* in verſione poſuit: quod portentum nominis in ed. Caſ. eodem modo repetitum legitur: de quo procurando monſtro monuit *P. F. S. T.* (id eſt, *Paulus* FERMAT, *Senator Toloſanus*) in Notâ quae in Athenaei ed. Caſ. 2. & 3. pag. 704. exhibetur, his verbis: »Mirum, »viros doctos non animadvertiſſe hîc mendum ſubeſſe; »cum, ſi ponas *Axiochum & Alcibiadem duas uxores duxiſ-*

»se, *Medontiadem & Xynoceipen*, tota periit lepidae [sic il- a
»le] narrationis gratia. Legendum vero pro Ξυνωκείπην,
»συνῳκείτην, a verbo συνοικέω, numero duali praeteriti
»activi imperfecti, id est, *concumbebant*, Axiochus nem-
»pe & Alcibiades, uni tantum Medontiadi: quae cum
»illis filiam peperisset, dubium quidem erat ex utrius se-
»mine nata esset: ideoque cum puber esset facta, uterque
»in illius amplexus ruebat, eo praetextu, quod non ex
»se, sed ex altero susceptam diceret.« — Recte vero
ξυνῳκείτην & perspicue scriptum in ms. *A*. Epitomae qui-
dem auctor in eodem verbo, quod in ipsius codice cor-
ruptum fuisse videtur, offenderat: nam in nostro certe
ms. *Ep.* ξεινόκοιτιν (sic) scribitur, & praeterea initio vo-
cis super ει inter lineas vocalis υ adposita. Tota ῥῆσις *Fra-
gmentis Lysiae* inserta legitur, T. II. ed. Reisk. p. 7.

In *Eupolidis* versiculis quodnam acumen insit, aut
omnino quae sententia, haud satis liquet. Ad metrum quod
adtinet, illud perspicuum erat, minus recte verba ista,
Τί λπρεῖς; οὐκ οἰκαδ' ἐλθὼν τὴν σεαυτοῦ γυμνάσεις, sic scri-
pta fuisse quasi uno senario continerentur. Praeterea il-
lud certum, ne initium quidem senarii iambici a verbis Τί
λπρεῖς fieri potuisse. Quare nude Λπρεῖς scriptum opor-
tuisse suspicatus sum, reliquam autem illius versus par-
tem omissam esse ab Athenaeo. *Tertio versu*, pro σεαυτῷ,
quod temere exhibebant tres editiones Casaubonianae, re-
cte σεαυτοῦ dedere ed. Ven. & Bas. cum ms. *A*. In *Epit.*
totum deest testimonium: cuius haec fortasse fuerit sen-
tentia, ut, qui ait,

Ἀλκιβίαδης ἐκ τῶν γυναικῶν ἐξίτω:

hoc dixisse intelligatur: *Desinat tandem Alcibiades esse mu-
lier!* Cui respondeat alter: *Heus tu, nugaris.* Mulierem pu-
tas esse Alcibiadem: *quin potius domum tu ito, & uxorem
tuam exerceto:* i. e. severâ disciplinâ eam exerce, & cave,
ne illam corrumpat, & nimis se *virum* praestet is, quem
tu *mulierem* esse ais.

Ἐπιπλητόντων δ' αὐτῷ τινῶν &c. Eadem habet Plutar- b
chus, pag. 597. a. b.

τήν τε Λαΐδος τῆς Κορινθίας μητέρα Τιμάνδραν. Eadem c
Damasandra vocatur infra, XIII. 574. e. Sed verum no-
men *Timandra*. Vide Hemsterh. ad Aristophanis Plutum,
pag. 59.

AD CAP. XLIX.

c καὶ ἀναφάμενος τὰς αἰχμαλώτους ναῦς ἠκρωτηριασμένας. Poſtremum verbum recte DALECAMPIUS vertit, *extremis partibus mutilatas:* adiectâ Notâ: » detractis acroſtoliis, ſi» ve roſtris. Plutarch. « — Nec eodem quidem verbo, nec eamdem prorſus in ſententiam, ſed paulo fortaſſe curatius, expreſſa ea res apud Plutarch. pag. 209. b. ubi ſic: πολλὰς δ' ἐφελκόμενος αἰχμαλώτους, ἔτι δὲ πλείω κομίζων ἀκροστόλια τῶν διεφθαρμένων ὑπ' αὐτοῦ καὶ κεκρατημένων· ἦσαν γὰρ οὐκ ἐλάττους συναμφότεραι διακοσίων. *Alias* ait *captas naves ſecum duxit; aliarum vero a ſe captarum & perditarum acroſtolia & inſignia.* Nec incommode vero apud Noſtrum hoc adnotatur, *ipſas captas naves quas ſecum ducebat* fuiſſe ἠκρωτηριασμένας: id eſt, *inſignia*, quibus ornari extrema prora ſolebat, *iis fuiſſe detracta.* Sic enim fere victores notare *captas* naves ſolebant. Conf. Xenoph. Hellen. VI. 2, 24. At illud quid monſtri eſt, quod ἀναφάμενος *ſuccendit* reddidit Interpres? *hoſtium naves quae in poteſtatem venerant, extremis partibus mutilatas ſuccendit.* Simili imperitiâ Villebrunius: *il brula deux cens vaiſſeaux ennemis, dont les proues avoient été briſées, & qu'il avoit pris.* At hîc deſcribitur ipſum agmen navium, quas velut in triumpho Athenas duxit victor Alcibiades. ἀναφάμενος id ipſum ſonat quod verbo ἐφελκόμενος Plutarchus expreſſit: nempe *ex quaque ſuarum navium navem captivam religari iuſſerat, quae illam pone ſequeretur.* Illum morem ſimillimo verbo ἀναδήσασθαι ſignificare Polybius & Appianus conſueverunt. Vide Lexicon noſtrum Polybian. & Indicem Graecitatis Appiani, voce Ἀναδέω.

d προσέτρεχεν ἀλουργοῖς ἱστίοις. Praeferenda videtur *Epitomae* ſcriptura προέτρεχεν. Caeterum haec, & quae ſequuntur, ex *Duride Samio* eſſe deſumta, (quem paulo inferius, velut in alia re, citat Athenaeus) ex Plutarchi obſervatione l. c. intelligitur. Quod de *Chryſogono* ait, ἐνδεδυκὼς τὴν Πυθικὴν στολήν, eo indicatur fuiſſe illum Πυθιονίκην: quod diſerte adnotavit Plutarchus. Verbum ἐκέλευε in imperfecto tempore poſitum dedere ambo noſtri mssti. De illo dicto, Οὔτ' ἂν δύο Λυσάνδρους &c. conf. Aeliani Var. Hiſt. XI. 7. & ibi Interpp.

e καθομιλῶν Φαρνάβαζον. » Expoſuimus capite primo. At» que hoc illud eſt, quod Plutarchus ſcribit de Alcibiade:

»Ἦν μία δεινότης αὕτη τῶν πολλῶν ἐν αὐτῷ, καὶ μηχανὴ e
»θήρας ἀνθρώπων, συνεξομοιοῦσθαι καὶ συνομοπαθεῖν τοῖς
»ἐπιτηδεύμασι καὶ ταῖς διαίταις.« CASAUBONUS. — Vide Animadv. ad XII. 513. c.

AD CAP. L.

Παυσανίας - - τὴν Περσικὴν ἐνεδύετο στολήν. Verbum in *imperfecto* tempore expreſſum h. l. dedere ambo mssti. Agitur de *more* & *inſtituto Pauſaniae*. Sic infra (lit. *f.*) κατεσκεύαζεν dedere iidem ambo libri, ubi de *Demetrii more* agitur. Paulo ante, de Alcibiade ſcribitur τὴν Περσ. ἐνεδύσατο στολήν: nempe id non pro inſtituto & conſtanter *faciebat* Alcibiades; ſed *tum fecit*, cum ſibi conciliare Pharnabazum, adeoque ei ſe adcommodare vellet.

Διονύσιος ξυστίδα καὶ χρυσοῦν στέφανον ἐπὶ περόνῃ μετελάμβανε. Etiam atque etiam dubites, an ſuo loco ſtent iſta verba ἐπὶ περόνῃ, aut ſatis-ne integra ſit oratio. Ξυστὶς quodnam dicatur veſtimenti genus, fuſe atque varie Suidas & alii expoſuerunt. conf. Hemſterh. ad Luciani Nigrin. cap. 11. De illo, qui paulo ante nominabatur, *Callipide tragoedo* loquens Plutarchus l. c. ait: Καλλιπίδην τὸν τῶν τραγῳδιῶν ὑποκριτὴν, στατοὺς καὶ ξυστίδα καὶ τὸν ἄλλον ἐναγώνιον ἀμπεχόμενον κόσμον. Tragoedias adamaſſe Dionyſium novimus: (conf. Aelian. V. H. XII. 18.) Inde factum, ut fatuus homo *cultum* etiam *tragicum* amaret. Apud Suidam de *xyſtide* cum alia, tum haec leguntur: Ξυστίς· - - τραγικὸν ἔνδυμα ἐσκευοποιημένον καὶ ἔχον ἐπιπόρπημα. Id eſt: *Xyſtis, eſt veſtimentum tragicum, ad uſum ſcenae comparatum, & habens fibulas quibus conſtringeretur.* Quare, quum περόνη idem valeat ac πόρπη & ἐπιπορπὶς, (conf. Schol. ad Callimachi Hymn. in Apoll. vs. 32.) ſi iſta verba ἐπὶ περόνῃ ad ξυστίδα referri poſſent, aliquam tamen rationis ſpeciem erant habitura, quamquam ne ſic quidem pro ſatis ſanis haberi poſſent. At, ut nunc iacent verba, prorſus non video quaenam ex eis ſententia extundi poſſit. Membranae *A.* nil mutant: in *Epit.* vero omiſſus totus de Dionyſio locus. Silet Caſaubonus. Dalecampius ſic vertit: *abollam, quae tragica veſtis eſt, induiſſe cum aureâ coronâ, fibulis aureis conſertâ.* Gallicus interpres, haud abſurde permutatis verborum ſedibus: *Denys de Syracuſe prit la robe tragique, avec ſon agraſe, & la couronne d'or.*

f Haud multo faciliorem explicationem habent quae mox ſubiiciuntur, ἦν γὰρ κατὰ μὲν τὸ σχῆμα τῆς ἐργασίας σχέδον ἐμβάτης πίλημα λαμβάνων τῆς πολυτελεστάτης πορφύρας, &c. quem locum tetigimus in Animadv. ad V. p. 210. d. & ex H. STEPHANI mente interpretati ſumus. Haud diſſimili ſententiâ Dalecampius locum ſic convertit: *Formâ propemodum illa fuit, quae virilis calceamenti, inculcata pretioſiſſimâ purpurâ. His artifices, anteriori poſteriorique parte iniecto filo aureo, multa & varia intexebant.* Nec incommode Gallici interpretes: *Quant à la forme de l'ouvrage, c'étoit une eſpèce de brodequin de feutre de couleur pourpre la plus précieuſe. L'art y avoit preſenté par devant & par derrière divers deſſeins en or, formant une broderie des plus riches.* Ego vero hunc locum retractans & cum ſuperiori illo (lib. V. pag. 210. d.) conferens, qui paulo etiam inferius (p. 540. c.) eisdem verbis repetitur, videndum putaveram, ne vocabulum πίλημα eodem modo hîc atque illic ſit accipiendum; ita quidem, ut, quum πίλημα Heſychius ζώνην vel μίτραν interpretetur, μίτραν vero rurſus ταινίαν, λημνίσκους vero pariter τὰς στενὰς ταινίας; quumque in eodem vocabulo πίλημα proprie inſit *conſtringendi, convolvendi, complicandi* notio: (conf. Foeſii Oecom. Hippocr. p. 508. & Caſaub. ad Athen. V. 210. d.) his, inquam, inter ſe collatis videndum putaveram, ne, ſicut altero loco πίλημα λημνίσκων proprie intelligenda videtur *convolutio vel complicatio lemniſcorum* e quibus conſiebat corona, ſic hoc loco ἐμβάτης πίλημα λαμβάνων τῆς πολυτελεστάτης πορφύρας intelligi debeat *cothurnus taeniis revinctus & adſtrictus ex pretioſiſſimâ purpurâ fabricatis;* nempe ut πίλημα ſignificet *circumplicationem faſciarum vel taeniarum, quibus ſolea circa imum pedem usque ad medium fere crus adſtringebatur.* Iamque in eo eram, ut in iſtam ſententiam interpretarer hunc locum, quum me Plutarchus retinuit; qui de eodem *Demetrii* faſtu loquens, pag. 909. a. his verbis utitur, περὶ τοῖς ποσὶν ἐκ πορφύρας ἀκράτου συμπεπιλημένης χρυσοβαφεῖς πεποιημένον (τὸν Δημήτριον) ἐμβάδας: ubi ἐμβάδες χρυσοβαφεῖς ἐκ πορφύρας ἀκράτου συμπεπιλημένης vix aliter intelligi poſſe videntur atque *ſoleae auratae ex purâ purpurâ compactâ* confectae, quemadmodum & Plutarchi interpres accepit, & H. Stephanus Theſ. III. 298. a. monuerat, συμπεπιλημένην πορφύραν Plutarcho dici *lanam purpuream coactam.* Sed haec ulterius disquiren-

da eruditis relinquimus: illud interim adhuc obſervantes, f quam diſtinctionem inter τὰς ἐμβάδας & τοὺς ἐμβάτας Pollux fecit, IV. 115. ubi ait: τὰ ὑποδήματα, κόθορνοι μὲν τὰ τραγικὰ καὶ ἐμβάδες· ἐμβάται δὲ, τὰ κωμικά: eam nec uſu auctorum firmari, & aliorum Grammaticorum obſervationi repugnare. Certe qui ἐμβάται apud Athenaeum dicuntur, ἐμβάδες ſunt Plutarcho: & apud Lucianum ἐμβάται plus ſemel non comici ſocci, ſed *tragici cothurni* dicuntur, ut Necyom. c. 16. de Salt. c. 27. itemque in Iove Tragoedo, c. 41. ex Graeci interpretis quidem lectione, qui ibi etiam diſerte adnotavit: Ἐμβάτας, τὰ ξύλα ἃ ἐμβάλλουσιν ὑπὸ τοὺς πόδας οἱ τραγῳδοὶ, ἵνα φανῶσι μακρότεροι. Caeterum de eisdem duobus vocabulis vide Ammonium pag. 49. & ibi Valcken. itemque viros doctos ad Thomam Mag. pag. 300 ſq. &, quem illi laudarunt, Ez. Spanhem. ad Ariſtoph. Plut. vs. 759. In voce πίλημα leviter erravit librarius codicis *A.* πίλημμα ſcribens: in *Epit.* nimis decurtatus eſt totus locus.

αἱ δὲ χλαμύδες αὐτοῦ ἦσαν ὄρφνιον ἔχουσαι τὸ φέγγος τῆς χρόας &c. In ed. Ven. mendoſe ὄρφινον ſcribebatur: quod in ὄρφνιον mutavit ed. Baſ. & tenuit hoc ed. Caſ. conſentiente (ni fallor) codice *A.* Fortaſſe ὄρφνινον oportebat; quemadmodum Pollux VII. 69. ait, τὰ μέλανα ἱμάτια, ὀρφνινὰ ἐκάλουν: itemque apud Platonem, in Timaeo, ὄρφνινα ſcribitur; & apud Xenoph. Cyrop. VIII. 3, 3. ubi conf. quae Zeunius adnotavit. Apud Heſychium tamen ſic legitur, Ὀφνίον· τὸ μέλαν ἱμάτιον: ſed id mendoſum iudicarunt docti viri. De *Demetrii chlamyde* confer Plutarch. pag. 909. a. b. qui unam tantum nominat, ſingulari illâ ratione, quam commemorat Noſter, confectam; nec eam tamen umquam perfectam abſolutamque. Quod ait Athenaeus, τὸ δὲ πᾶν, videtur elliptice dictum, pro ὥστε τὸ πᾶν εἰπεῖν.

μίτρα δὲ χρυσόπαστος ἦν, ἣ καυσίαν ἀλουργῆ οὖσαν a ἔσφιγγεν. Iſtud ἦν latere videbatur ſub mendoſa membranarum ſcripturâ ἦν: ſed ſimul ἣ deſiderabatur, quod habebant editi. Deinde vero pro vulgato φέρουσαν, ſi quid video, neceſſario φέρουσα ſcriptum oportuit, quod participium ad μίτρα referretur. Quod autem ait, μίτρα ἣ καυσίαν ἔσφιγγεν, id eſt, *faſcia* vel *taenia*, *quae cauſiam* vel *pileum adſtringit*, eo firmatur id quod haud multo ante ad verba καλύμματα ἐσφιγμένα (pag. 533. f. coll. p. 534.

a a. b.) monuimus; nam idem valent σφηκοῦν & σφίγγειν, ut Hesychius docet in ἐσφηκωμένον, & ἐσφήκωνται. Cum ait auctor τὰ τελευταῖα καταβλήματα τῶν ὑφασμάτων, illa καταβλήματα non tam, ut apud Hippocratem interpretantur, (conf. Foesii Oecon. Hipp. pag. 312.) intelligam *ligamenta quae exterius iniiciuntur ad deligationem constringendam*, quam *ligamentorum vel fasciarum extremas partes, quae infra nodum liberae solutaeque dependent.*

γενομένων δὲ τῶν Δημητρίων Ἀθήνησιν. *Demetria* hîc non illa dici adparet, quae in τῆς Δήμητρος honorem celebrabantur, sed quae in *Demetrii*: (de quo etiam monuit Eustathius hunc locum citans, ad Iliad. ε'. pag. 433. l. 4.) cuius in honorem *festos Bacchanalium dies* (τῶν ἑορτῶν τὰ Διονύσια) *mutato nomine* Δημήτρια *ab Athenienſibus adpellata esse* Plutarchus scribit, p. 894. b. Confer Athenaeum, VI. 253. b. & ad eum locum Animadvers. Tom. III. pag. 491 sqq.

χαλκοῦν τὸν ἀνακειμ. &c. Sic ed. Ven. & Bas. puto & b ms. *A.* τὸν χαλκοῦν Ποσειδῶνος κρατῆρα *Ep. Ibid.* ὡς αὐτὸς ἀναθεὶς, ὑποθεὶς τόδε τὸ ἐπίγραμμα. Sic commode ms. *A.* Quae subiiciuntur post ὡς αὐτὸς ἀναθεὶς, omnia omisit Breviator ad *Pausaniam* spectantia.

Pausaniae Epigramma ex Athenaeo in Analecta sua adscivit Brunck, T. III. pag. 179. num. 144. In illius *versu* 4. pro Κλευμβρότου, quod in ed. Ven. legebatur, Κλεμβρότου scribitur in ed. Bas. indeque *Clembroti* in Dalecampii versione. Quo spectat CASAUBONI Animadversio haec: »Libero metu illos, qui Κλεμβρότου contra Hellenismum »scribunt in Epigrammate Pausaniae, ne fiat versus hy»permeter. συνίζησις huic incommodo satis medetur. Alio»qui Κλευμβρότου scribendum foret.« — Ad Κλεομβρότου, quod est in ed. Cas. 1. & 2. nihil quidem e cod. *A.* adnotatum: nobis autem recte factum in ed. Ven. videbatur, quod Κλευμβρότου poneretur, e Dorismi usu, qui patrius fuit Spartano Pausaniae. Temere vero in ed. Cas. 3. rursus istud Κλεμβρότου invectum est.

AD CAP. LI.

Φάραξ ὁ Λακεδαιμόνιος. De hoc videndus Plutarchus, cum alibi, tum in Timoleonte, pag. 241. a. b. Memoratur etiam *Pharax*, classis praefectus Lacedaemoniorum,

apud Diodorum Sicul. XIV. 79. & apud Xenoph. Hellen. lib. III. cap. 2. pag. 123 sq. Sed videndum, ne, qui Athenaeo & Plutarcho hîc nominatur, is sit qui Pharacidas Diodoro, XIV. 63 & 70. *Mox*, recte χύδην edidit Ca- c saub. consentiente utroque msto codice. *Dein*, διὰ τὴν αἰτίαν ταύτην αὐτὸν habent ed. Ven. & Bas. cum vetustis membranis; non αὐτὸν ταύτην, ut ed. Cas.

Ἀρχίδαμος ὁ Λάκων. *Archidamum* eum intelligebat *Dalecampius*, qui decennali bello (primis decem annis belli Peloponnesiaci) saevo & crudeli Atticam vexavit. At, quod hîc tradit Athenaeus, id ad illius nepotem, *Archidamum tertium* pertinere, collatis aliorum auctorum testimoniis, Strabonis, Diodori, Pausaniae, Plutarchi, demonstravit MEURSIUS, DE Regno Lacedaem. cap. 19. Quod dein edidimus, συνειθίσθη, id haud dubiâ nititur veterum librorum auctoritate. *Ibid.* ἐσπούδασεν tenuimus, quod cum editis dedit ms. *A.* e quo etiam scripturam αἰεὶ adscivimus: quae particula nisi adiecta esset verbo, praelaturus eram *imperfectum* ἐσπούδαζεν, quod offerebat ms. *Ep.* Recte dein συνεξελθεῖν dedere ambo mssti. d αὐτοῦ τὸ σῶμα dedit ms. *A.* In *Epit.* omissum αὐτοῦ pronomen.

Θρᾳκῶν φησι τῶν καλουμένων Κροβύζων. Horum & Strabo meminit, lib. VII. pag. 318. b. & Stephanus Byzant.

διά τινων ὑπολαμπάδων. »Refert philologus, *Ptole-* e »*maeum secundum*, κατατεινόμενον ὑπὸ ποδάγρας πλείους »ἡμέρας, ὥς ποτ' οὖν ἐράϊσε, [ἐῤῥάϊσε dedit ms. *Ep.*] καὶ »κατεῖδεν διά τινων ὑπολαμπάδων τοὺς Αἰγυπτίους παρὰ »τὸν ποταμὸν ἀριστοποιουμένους, καὶ τὰ τυχόντα προσφε»ρομένους, ἐπί τε τῆς ἄμμου χύδην ἐῤῥιμμένους, εἰπεῖν, ὦ »τάλας ἐγὼ, τὸ μηδὲ τούτων ἕνα γενέσθαι. Domi in valetudi»nario adhuc inclusus semiaeger Ptolemaeus, aërem apertis »fenestris non admittebat: sed *per specularia aut simile quid* »forâs prospiciebat. Hae sunt quas ὑπολαμπάδας auctor »vocat; quod non plane cubiculum illustrarent, sed velut »sublustris noctis imaginem in illud inducerent. Ita inter»pretamur hanc vocem: quam neque nos alibi offendi»mus, & sibi non intellectam confessus est auctor Epi»tomae. [Scilicet omisit Breviator tres voces διά τινων ὑπολαμπ. quod etiam brevitatis studio facere ei licuerat.] »Non dicitur in hac narratione, quare ad Nilum convi»via agitarent Aegyptii. Ego divino, id factum per oc-

e » caſionem alicuius feſti & δημοτελοῦς ἑορτῆς. Tunc ſoli-
» ti veteres in Deorum templis epulas celebrare de reli-
» quiis hoſtiae quam mactaverant. Ergo cum ad templa,
» quae erant circa Nili ripam, πανσυδεὶ exiiſſent Alexan-
» drini; pars in ipſis aedibus ſacris, pars in adiunctis τε-
» μένεσιν epulabantur, plerique ſecundum Nili ripam. Mos
» fuit Aegyptiorum ad Nilum templa aedificare. Vitruvius
» lib. IV. cap. 5. *Si ſecundum flumina aedes ſacrae fient, ita*
» *ut in Aegypto circa Nilum, ad fluminis ripas videntur ſpecta-*
» *re debere.* Praeterea conſtat, veteres ſi quando vellent ge-
» nio indulgere, riparum virideis veſtitus & litorum amoe-
» nitates ſolitos ſectari: quas Graeci Latinique pariter *actas*
» dixerunt. Unde illud fuit vulgi ſermone tritum, Σήμερον
» ἀκτάσωμεν, quoties ſeſe liberalius invitabant. Non igi-
» tur dubium, Aegyptios, etiam cum per religionis ſuae
» ritus non cogerentur, frequentia ad Nilum agitaſſe con-
» vivia. Photius, in Excerptis ex Iſidori vita: Αὖθις δέ
» ποτε παρὰ τὸν Νεῖλον ἑστιωμένοις ἀμφοτέροις, παρῆν δ' ἐκ
» τρίτων ὁ ἡμέτερος φιλόσοφος, ἀνέδραμεν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ
» πλόκαμος, ὡς ἰδεῖν, πεντάπηχυς.« CASAUBONUS.

Poſtrema verba, Ὦ τάλας ἐγὼ, τὸ μηδὲ τούτων ἕνα γενέσθαι, citans VALCKENARIUS ad Phoeniſſ. p. 573. γενέσθαι με ſcribendum cenſuit cum Euſtathio ad Odyſſ. ε'. pag. 233. l. 49. At voculam hanc ſuo arbitrio ille adiecit, quam nec ms. *A.* nec ms. *Ep.* agnoſcit, utpote facile per ſe ſubintelligendam. Ellipticam phraſin, τὸ μηδὲ τούτων ἕνα γενέσθαι ibidem interpretatur Euſtathius, ὅτι μηδὲ τούτων εἷς ἐγενόμεν, vel, ὡς δυστυχὲς γέγονέ μοι τὸ μηδὲ τούτων ἕνα γενέσθαι. Plura eiusdem generis exempla Valckenarius l. c. collegit.

AD CAP. LII.

f Περὶ δὲ Καλλίου καὶ τῶν τούτου κολάκων φθάνομεν καὶ πρότερον εἰπόντες. *Luxuriae Calliae, Hipponici filii,* uno verbo meminerat Noſter lib. IV. p. 169. *Adulatorum* eius nulla ibi mentio. Eiusdem *Calliae* mentionem fecerat lib. I. ut ex Epit. pag. 23. f. diſcimus, ubi ex Eupolidis fabula, cui *Adſentatores* titulus, (conf. ibi Animadv.) nonnihil de eo adfertur: ibi igitur fortaſſe in Opere pleniore paulo uberius de hoc locutus erat Athenaeus. De eodem *Callia*

confer, quem iam ſupra laudavimus, PERIZONIUM ad Aelian. Var. Hiſt. IV. 16. & 23.

ἐν ἀγρῷ τῷ ἐκείνου. Sic commode ms. *A.* a quo praeter rationem receſſerunt iuniores. In *Epit.* omiſſa iſta verba cum aliis pluribus, & omnino nimis conciſa haec narratio. *Ibid.* εἰς οἴκημά τι ἔμενος. Sic ſcripſi, pro vulgato εἰς οἴκημα τιθέμενος.

προστάξας ἀνάστατον γενέσθαι ποιῆσαι τὴν πόλιν. a
» Tolle alterutrum duorum verborum, γενέσθαι ποιῆσαι: » nec multum refert utrum potius. « CASAUBONUS. — Utique e duabus lectionibus conflata iſta ſcriptura videtur. Habes apud Polybium aliosque ſcriptores dictionem, ἀνάστατον ποιεῖν πόλιν, *everiere, funditus delere urbem;* ἀνάστατον ποιεῖν χώραν, *vaſtare regionem & cultoribus vacuam reddere;* ἀναστάτους ποιεῖν, *everſa urbe, ſedibus pellere cives:* item illam, ἀνάστατον γενέσθαι ὑπό τινος, *everti, deleri, ſedibus ſuis pelli.* Ambo verba citra incommodum vix iungi poſſunt. Videtur ἀνάστατον γενέσθαι ſcripſiſſe auctor: tum in orâ aut inter lineas adiectum fuiſſe verbum ποιῆσαι, ſcholii vice fungens. Utramque ſcripturam imperite dein iunxit librarius: quod in vetere noſtro codice ſaepius factum obſervavimus. Confer quae ad finem huius Capitis notamus. In *Epit.* tota ῥῆσις deeſt.

παρ' Ἱππόνικον τὸν Καλλίου. In nobili illâ & opulentâ familiâ, per plures continuas generationes, *Hipponici* & *Calliae* nomina alternatim obtinuerunt. Paulo poſt rurſus nominatur *Hipponicus, Calliae* illius famoſi *pater:* is Hipponicus dicitur Athenaeo ab ἐκείνου γεγονὼς, *ab illo* prius nominato *ortus*, nempe illius nepos, & ipſe Calliae filius & Calliae pater. Cuius familiae ſucceſſionem luculenter illuſtravit PERIZONIUS ad Aelian. XIV. 16.

ἀνασκευασθέντων ὑπὸ τῶν Περσῶν ἁπάντων τῶν Ἐρετριέων. » Interpres, *omnibus Eretr. occiſis.* Immo vero, *translatis* » *alio*, μετοικισθέντων. Eretrienſes fuiſſe omnes occiſos ne» mo Hiſtoricorum dixit: ſed everſâ ipſorum urbe trans» latos eſſe in Aſiam. « CASAUBONUS. — In ſervitutem redactos, & dein Suſa in Perſiam translatos, Herodotus ſcribit lib. VI. cap. 101. & 119. Heſychius: Ἀνασκευάζειν· μετατιθέναι. Ἀνασκευαζόμενοι· μετοικιζόμενοι. Confer Valeſium ad Harpocr. v. Ἀνεσκευάσατο, Heſychii etiam editori laudatum.

ὧν οἰκοδομήσηται τοῖς χρήμασιν. Sic codex ms. b

uterque. Subintelligendum est autem nomen οἶκον vel οἴκημα, in ipso verbo latens. *Ibid.* τούτων οὖν τῶν χρημάτων. Sic ms. *Ep.* cum edd. τούτων οὖν ὄντων τῶν χρημάτων ms. *A.* ubi quaenam potissimum vis insit participio ὄντων non video. *Ibid.* τί πλῆθος οὐχ ἑταίρων περὶ αὐτὸν ἦσαν. Dalecampius, *multis scortis stipatus:* a quo praeter rem ἑταῖρας pro ἑταίροις huc invectas esse monuit HEMSTERHUSIUS ad Luciani Timon. c. 12.

εἰς τοσοῦτον αὐτὸν περιέστησεν ὁ περὶ ἡδονὴν βίος. »Vide »Proverbium, *Calliae defluunt pennae.*« DALECAMP. — Adde PERIZON. ad Aelian. IV. 23. qui etiam de errore monuit, quem Aelianus, quum ea quae hoc capite continentur Athenaeo suffuraretur, commisit.

Τὸν δὲ Νικίου φησὶ τοῦ Περγασῆθεν &c. φησὶ, *ait;* nempe idem *Ponticus Heraclides*, e quo desumta ista de *Callia*. Περγασὴ, (unde Περγασῆθεν) δῆμος τῆς Ἐρεχθηΐδος φυλῆς. Stephanus Byz. & Harpocration. *Ibid.* Αὐτοκλέης. Sic perspicue ms. *A.* quod haud dubie magis Graecum nomen est, quam Ἀντοκλέης, quod temere editum erat. De secundâ huius nominis literâ nescio quis scrupulus iniectus erat Breviatori, aut ei certe calligrapho qui nostrum codicem *Ep.* exaravit: nam in hoc sic scriptum, ἀ τοκλέης, duarum fere literarum spatio inter α & τ relicto. Eumdem *Autoclem* Theophilo comico memoratum supra vidimus, XI. 472. e. *Ibid.* Ἐπικλέης. *Epicles*, diversus puto ab hoc, nominatur infra, XIII. 591. c. pater Phrynes Thespiensis.

ἅμα τὸν βίον ἐτελεύτησαν. Quod paulo ante observavimus, in vetere cod. *A.* duas scripturas imperite iungi, id hîc rursus in eodem codice usu venit; ubi sic scribitur, ἅμα τὸν βίον καταναλώσαν ἐτελεύτησαν. At huius erroris origo diversa esse videtur atque illius de quo modo monebamus. Ibi veteri scripturae iungebatur interpretamentum, ex scholio in contextum invectum. Hîc primum per incogitantiam videtur librarius ex his quae modo praecedebant repetiisse verbum καταναλώσαν, cui hîc non erat locus: (nam τὸν βίον καταναλίσκειν in eam sententiam quae huius loci est, *vitam finire*, Graece dici non posse videtur:) deinde vero errorem intelligens, veram & propriam huius loci scripturam adposuit; sed (quod ipsum etiam aliâs subinde ab eodem factum vidimus) mendosam scripturam vel oblitus est delere, vel consulto non delevit, cum librum liturâ deformare nollet.

AD CAP. LIII.

Περὶ δὲ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ πάνυ τρυφῆς. Contra auctoris mentem Dalecampius: *de Alexandri nimio luxu*: nempe τῆς πάνυ corrigens, nec cogitans Ἀλέξανδρον τὸν πάνυ idem ſonare ac id quod latine dicimus *Alexandrum Magnum*. *Ibid.* Ἵππος μὲν ὁ Ὀλύνθιος ἐν τῷ περὶ τῆς Ἡφαιστίωνος καὶ Ἀλεξάνδρου τελευτῆς. »*Ephippi Olynthii* ver»ba de Alexandro confer cum iis quae ex eodem Hiſto»rico habentur libro decimo.« Casaubonus. — Vide X. 434. a. & quae ibi de titulo libri adnotavimus. *Ibid.* ἐχρημάτιζε recte ed. Ven. cum utroque msto.

Νικοβούλη. Eamdem *Nicobulen* nominans lib. X. pag. 434. c. adiecerat, ἣ ὁ ἀναθεὶς ταύτη τὰ συγγράμματα.

Ibid. οἱ ἀγωνισταί. Heſychius: Ἀγωνισταί· ὑποκριταί.

τὴν τοῦ Ἄμμωνος πορφυρίδα καὶ περισχιδεῖς καὶ κέρατα. »Περισχιδεῖς, in *Ephippi* narratione, *calceorum* »*genus quoddam, pretioſorum*, ut vel ex hoc loco apparet. »In quorum albo Iulius Pollux σχιστὰς & λεπτοσχιδεῖς »recenſet. At Heſychius *calceos* πολυσχιδεῖς [περισχι»δεῖς] inter viles vult fuiſſe.« Casaubonus. — Confer Animadv. ad VI. 259. c. Sub ſcripturâ Epitomae, καὶ περισχιδῆ, neſcio an aliud quid lateat. Si abeſſet καὶ particula, videri poterat auctor Epitomae πορφυρίδα περισχιδῆ ea notione accepiſſe, qua ὁ χιτὼν σχιστὸς dicitur: de qua videndus H. Steph. Theſ. III. 1196. c. d. e. & Heſychius in σχιτὸς, ibique Interpp. At id quidem muliebre veſtimentum eſſe traditur. Sed vel ſic fortaſſe de *veſtimenti* quodam genere cogitaverat Breviator.

ἔχων τὴν Περσικὴν στολήν. Sic ms. *A.* Et ad ſententiam deſiderabatur tale aliquod participium. Quatuor illa verba deſunt *Epit.*

ἐνίοτε δὲ καὶ τὴν τοῦ Ἑρμοῦ· τὰ μὲν ἄλλα σχεδὸν &c. Omiſſis verbis, quae reliquo ſermoni haud admodum expeditâ ratione interiecta ſunt, breviter in Epitomâ & luculente ita ſcribitur: Ἐνίοτε δὲ καὶ τὴν τοῦ Ἑρμοῦ, (ſcilicet ἐσθῆτα ἐφόρει) τά τε πεδίλα καὶ τὸν πέτασον &c. Quod in parentheſi ait auctor καὶ χιτῶνα μεσόλευκον, id Q. Curtius III. 3, 17. his verbis effert, *purpureae tunicae medium album intextum erat.* Confer ſupra, Animadv. ad V. 215. c.

Ἐν Ἐκβατ. δὲ ποιήσας τῷ Διονύσῳ θυσίαν &c. Nihil ſequitur quod ad iſtum nominativum ποιήσας referatur: e quo

ſatis adparet, haud integram eſſe orationem. Totam hanc narrationem omiſit Breviator: vetus codex *A.* nihil ab editis diſſentit.

b εἷς τις τῶν ὀπισθοφυλάκων. Ὀπισθοφύλαξ dicitur *dux extremi agminis*, qui aliâs ὁ οὐραγός. Quae notio non convenire videtur huic loco: videturque, ſicut paulo poſt ὁπλοφύλαξ adpellatur ille homo, ſic & hic ὁπλοφυλάκων ſcribi debuiſſe. *Ibid.* στεφανοῖ χρυσοῖς τρισχιλίοις, καὶ – – μυρίαις πανοπλίαις &c. Verbo στεφανοῦν Graecos ſubinde generatim uſos eſſe pro τιμᾶν, *honorare*, monuit Harpocration in Στεφανῶν. Vide Lexicon noſtrum Polybianum, voc. Στέφανος & Στεφανοῦν, & loca ibi indicata. *Ibid.* καὶ, ὅταν Ἀθήνας πολιορκῇ. Athenienſibus cum alias ob cauſſas, tum praeſertim ob receptum intra urbem Harpalum, infenſum Alexandrum in Graeciam traiicere conſtituiſſe, Athenas oppugnaturum, conſtat. Vide ſaltem Curtium, X. 2.

AD CAP. LIV.

Ὅτε, φησὶν, εἶλε Δαρεῖον. ἀνεῖλε malebam. Sed εἶλε tenet Aelianus: qui totam fere hanc narrationem ſive ex eodem, e quo illam Athenaeus hauſit, CHARETE deſcripſit, ſive (quod ex reliquis hominis plagiis fit probabile) ex ipſo Athenaeo noſtro in Variarum ſuarum Hiſtoriarum compilationem transtulit, lib. VIII. cap. 7.

Ibid. γάμους συνετέλησεν ἑαυτοῦ καὶ τῶν ἄλλων φίλων. Harum nuptiarum mentionem faciens Plutarchus lib. I. De Fort. Alex. Opp. T. II. pag. 329. ἑκατὸν, ait, Περσίδας νύμφας, ἑκατὸν νυμφίους Μακεδόνας καὶ Ἕλληνας, &c.

c ἑκάστη ἦν κλίνη κεκοσμημένη στολῇ γαμικῇ εἴκοσι μνῶν, ἀργυρᾶ· ἡ δὲ αὐτοῦ χρυσόπους ἦν. Cum μνῶν ἀργυρῶν legeretur, vertit Dalecampius: *Stragulis nuptialibus, quorum pretium fuerunt argenteae minae viginti, quemque lectum ornatum fuiſſe; regium vero, pedibus inſuper aureis.* Similiter Gallicus interpres, niſi quod ἑκατὸν pro εἴκοσι legit: *Ils étoient ornés comme pour un jour de noces, & avoient couté chacun cent mines d'argent.* Nobis vera videbatur ſcriptura ἀργυρᾶ, quam dedit ms. *Ep.* Quod codex *A.* habet ἀργυρᾷ *cum iota* (pro illius more) *ad latus ſcripto:* id ad στολῇ referebatur, perincommode; nam ex eo quod ſubiicitur, ἡ δὲ αὐτοῦ χρυσόπους ἦν, intelligi par erat, ἀργυρᾶ

hîc ad κλίνη referri debere, idemque valere ac ἀργυρόπους: quam in partem etiam Aelianus acceperat, diſerte ita ſcribens: καὶ ἑκάστη κλίνη ἀργυρόπους ἦν, ἡ δὲ αὐτοῦ χρυσόπους. Sed fortaſſe, quod in ms. *A.* ſcribitur ἀργυραῖ, id non ἀργυρᾷ valet, ſed ἀργυραῖ plurali numero: quod verum videtur; quandoquidem ad praecedens pronomen ἑκάστη relatum adiectivum aut verbum, perinde & in ſingulari & in plurali numero poni poteſt.

ὑπὸ δὲ ταῦτα πορφυροῖς &c. *ſub quibus* (aulaeis) *alia* d *erant purpurea* &c. »Alia, a ſuperioribus tecta, ne pulve»re inquinarentur; ſed quae praeſentibus rege & convi»vis detegerentur.« DALECAMPIUS. *Ibid.* αὐλαίαι – – κανόνας ἔχουσαι περιχρύσους. DALECAMPIUS, *aulaea, – – auratis argentatisque regulis ſuſpenſa:* adiectâ ad vocem *regulis* Notâ: »Sic ego verto κανόνας, ligna regulis ſimilia »in parietes transverſim porrecta, quibus clavis tapetes »affiguntur: vulgo *liteaux.*« — VILLEBRUNIUS: »*Ces tapis étoient terminés à leurs extrémités par des rouleaux dorés & argentés.*

Θαυματοποιοὶ δὲ ἦσαν. Facile mihi perſuaſi, ſic ſcripſiſ- e ſe Athenaeum; quamquam δὲ particulam ignorent ambo mssti. De θαυματοποιοῖς nonnihil dictum ad I. 6. f. Qui hîc nominantur *praeſtigiarum artifices, Scymnus Tarentinus, &c.* eosdem iam ſupra nominaverat auctor, I. 20. a. Ibi Συρακούσιος ex Epit. editum: hîc Συρακόσιος recepimus e ms. *A.* Omiſſis omnium artificum nominibus, locum hunc ſic exſecutus eſt Breviator: Καὶ ἐλειτούργησαν πάνυ πολλοὶ καὶ βαρβάρων καὶ Ἑλλήνων. καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς θαυματοποιοὶ ἦσαν διαπρέποντες, [ſic ille parum commode iſta iunxit; quoniam δὲ particulam non habebat exemplum operis plenioris, quo utebatur:] καὶ ψιλοκιθαρισταὶ, καὶ αὐλῳδοὶ, καὶ ποιηταὶ τραγικοί τε καὶ κωμικοί· [*tragoedos* & *comoedos* pro *poëtis tragicis & comicis* acceperat:] ὧν ἐκτίθεται ὁ ῥήτωρ οὗτος Ἀθήναιος καὶ τὰ ὀνόματα.

Ἀριστώνυμος Ἀθηναῖος. Idem gryphorum luſu clarus perhibetur, X. 452. f.

Ibid. Διονύσιος ὁ Ἡρακλεώτης. Diverſus puto ab illo, f qui *Metathemenus* cognominatus eſt; de quo vide VII. 281. d. e. *Mox*, pro οἱ πρῶτοι, quod erat editum, commode οἱ πρῶτον dedit ms. *A.* *Ibid.* τὸ Πυθικὸν πύλησαν. »Apollinis dimicationem cum ſerpente Pythone.« DALECAMP. *Ibid.* Τιμόθεος. Idem fortaſſe tibicen, qui memo-

f ratur lib. XIII. pag. 565. a. & apud Suidam in Τιμόθεος, T. II. ed. Küſt. pag. 475. ineunte. Pro Φρύνιχος, *Paulus* LEOPARDUS Emend. IX. 21. (in Gruteri Theſ. Crit. T. III. p. 185.) Φρῦνις legendum cenſuit: illum puto tibicinem intelligens, cuius Suidas meminit in Φρῦνις κιθαρῳδός. Iſtud ab eodem LEOPARDO veriſſime obſervatum iudicavi, pro eo quod vulgo hîc legebatur, Σκαφισίας, Καφησίας ſcriptum oportuiſſe; ut intelligeretur idem qui memoratur XIV. 629. b. & apud Laërt. in Zenone, VII. 21. Apud Plutarchum quidem in Pyrrho, pag. 387. d. per *iota* vocalem Καφισίας ſcriptum nomen editur, uti hîc edebatur. Porro alius eſt Καφησίας, cuius idem Plutarchus meminit in Arato, pag. 1029. d. & Καφεισίας, apud eumdem DE Deo Socratis, Opp. T. II. pag. 575. ubi tamen fortaſſe pariter Καφησίας ſcriptum oportuerat.

Διονυσιοκόλακες. »Miro errore, ubi eſt ſcriptum, »Καὶ ἔκτοτε οἱ πρότερον καλούμενοι Διονυσοκόλακες, Ἀλεξ»ανδροκόλακες ἐκλήθησαν, habent Excerpta Διονυσοκομικοὶ »& Ἀλεξανδροκομικοί. At in membranis, Διονυσιοκόλακες. »De his ſatis libro ſexto.« CASAUBONUS. — At noſter codex *Epit.* veras tenet ſcripturas, Διονυσιοκόλακες & Ἀλεξανδροκόλακες. Ad editam vero ſcripturam Διονυσοκόλακες nihil h. l. ex ms. *A.* adnotatum; quod neſcio an & hîc, ut aliâs, teneri a nobis debuerit. Vide Animadv. ad VI. 249. f. Caeterum verba illa, καὶ ἔκτοτε οἱ πρότερον καλουμ. Διονυσ. &c. commodius ſtarent paulo inferius poſt iſta (pag. 539. a.) μυρίων πεντακισχιλίων.

Θεσσαλὸς καὶ Ἀθηνόδωρος. De eisdem *tragoedis* conf. Plutarchum, lib. II. DE Fort. Alex. pag. 334. d. e.

Οἱ δὲ πεμφθέντες, φησὶ, στέφανοι ὑπὸ τῶν &c. Φησὶ, *ait:* nempe *Chares* hiſtoriarum ſcriptor, initio huius capitis nominatus. Caeterum poteras etiam ſuſpicari, φασὶ ſcriptum oportuiſſe, id eſt, *aiunt.* Omiſſo illo verbo, poſt στέφανοι in ms. *Ep.* inſeritur vox, cuius poſterior pars intricato admodum nexu comprehenditur, nec vero aliud niſi τηνικαῦτα ſignificare poteſt: quam vocem utrum in operis plenioris codice repererit Epitomae auctor, an ſuo arbitratu exegeſeos cauſſa adiecerit, non auſim definire.

AD CAP. LV.

Ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἀθλοθετῶν &c. Vide IV. 144. f. & lo-

ca ibi citata. *Clearchea* ista omisit Epitomae auctor; nihilo magis, ut videtur, quam nos, frigidis ingenii flosculis, quibus ille scriptor mire sibi placuit, delectatus.

Ὧν εἷς ἦν καὶ Ἄγνων &c. Hanc *de luxu amicorum Alexandri* narrationem rursus ex Athenaeo in suos loculos transtulit Aelianus, Var. Hist. IX. 3. ubi consuli possunt Interpretes. In scripturam ὑφ' αἷς, pro qua est ἀφ' αἷς apud Aelianum, consentiunt apud Nostrum ambo codices mssti cum editis. Pro edito olim καταστρατοπεδιαῖς, in ms. *A.* fortasse ει & ι permutatis καταστρατοπεδίαις scribitur: recte vero καταστρατοπεδείαις dedit ms. *Ep.* quemadmodum apud Aelian. c

περιϊστάντες recte dederunt ambo mssti. Iidem, paullo post, ὑφ' ἣν, non ὑφ' ἧς, ut perperam edebatur. De *aurea platano aureaque vite* vide Brisson. De Regno Pers. lib. I. sect. 77. *Vitis aureae, uvarumque e gemmis compositarum* supra etiam, pag. 514. f. mentio facta. Quod ἐχούσας hîc legitur, pro eo utique ἔχουσαν malles, quod ad *vitem* solam referretur. Sed pluralem numerum, cum editis, tenent ambo mssti: quae si vera scriptura, intelligentur simul *uvae vitis*, simul *platani fructus*, qui pariter *racemorum* quodammodo formam habent. d

χρυσοῖ δὲ κίονες πεντήκοντα κατεῖχον αὐτήν. Sic pro eo quod hîc legebatur, κίονες ὀκτὼ, cum ex Aeliano, tum ex Polyaen. IV. 3, 24. corrigendum monuerat Perizonius ad Aelian. l. c. Ipsam autem veram lectionem πεντήκοντα perspicue scriptam nobis exhibuit noster ms. *Ep.* Pro eo quod apud Athenaeum & Polyaenum subiicitur, οὐρανίσκοι, Aelianus ὁ ὄροφος posuit, quod est alterius vocabuli interpretamentum.

ποικίλμασιν ἐκπεπονημένοι πολυτελέσιν. Desunt ista Epitomae. Ferri autem nullo modo potuit editum ἐκτεμπόμενοι: in quo nihil quidem (quod sciam) mutat ms. *A.* sed certissimâ ratione ex Aeliano & Polyaeno corrigendum docuit Perizonius. *Ibid.* μηλοφόροι περὶ αὐτὴν ἐντὸς εἱστήκεσαν. Dalecampius, *foris adstabant:* nempe ἐκτὸς corrigens. At ἐντὸς cum omnibus Athenaei libris tenet & Aelianus & Polyaenus. De *malophoris* dictum est pag. 514. b. c. ἐξησκημένοι valet *ornati, exornati.* Vide XI. 409. c. Mox ἐφειστήκει cum editis recte habet ms. *Ep.* e

παρὼν Θεόκριτος ὁ σοφός. Monuit Valesius ad Polyb. VIII. 11, 13. nostrae editionis, pro σοφὸς apud Athenaeum a f

a σοφιστὴς corrigi debere ex Strab. XIV. p. 645. Et σοφὸς quidem tenent cum editis apud Noſtrum codices mssti: ſed Valeſii ſententiae favet lemma, quod ab antiqua manu ſcriptum in *orâ membranarum A.* in hunc modum: Τὸ ἐπὶ τῇ ἐπιστολῇ λεχθὲν ὑπὸ Θεοκρίτου τοῦ Χίου σοφιστοῦ. Apud Suidam, in Θεόκριτος Χῖος, idem ῥήτωρ adpellatur: de quo praeter Suidam videndus FABRICIUS Bibl. Graec. T. II. pag. 435 ſq. Idem *Theocriti dictum*, de quo hîc agitur, refert Plutarch. De Educat. Pueror. Part. II. cap. 16.

Homericum verſum habes Iliad. ε'. 83. π'. 334. & υ'. 477. Nos eum hîc dedimus ſicut in utroque codice noſtro, praeeunte Homero, ſcribitur. Iunior aliquis librarius, ſive primus Athenaei editor, voces Τὸν δὲ eodem hexametro incluſurus, ſuo arbitratu ſic ſcripſerat:

Τὸν δ' ἕλε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή.

AD CAP. LVI.

Ἀντίοχον δὲ τὸν Γρυπὸν ἐπικαλούμενον. Eamdem hiſtoriam iam ſupra (lib. V. pag. 210. d. e.) retulerat Deipnoſophiſta.

b περὶ τοῦ ὁμωνύμου αὐτῷ Ἀντιόχου λέγων, τοῦ ἐπ' Ἀρσάκην εἰς Μηδίαν στρατεύσαντος. *Antiochum* hunc fuiſſe, qui *Sidetes* cognominatus eſt, ſupra monuimus, ad V. 210. d. De cuius & immani luxuriâ & expeditione adverſus Parthos ſusceptâ videndus praeſertim Iuſtinus lib. XXXVIII. cap. 10. tum Appianus De Rebus Syriacis, cap. 68. Oroſ. V. 10. & Livii Epit. lib. LIX. Apud quos quidem omnes *Phraates* nominatur Parthorum rex, qui apud Noſtrum *Arſaces*, ſcilicet nomine omnibus Parthorum regibus communi; ut Iuſtinus docet, XLI. 5, 6. & Strabo, XV. 702. d.

c χωρὶς τῶν ἀναλισκομένων καὶ ἐκφατνιζομένων. De poſteriori verbo vide Animadv. ad VI. 270. d. Caeterum pro eo quod ſequitur σωρευμάτων, fortaſſe ut V. 210. d. ſic & hîc σωρεύματα ſcriptum oportuerat, ad ſequentia referendum. At ibi quidem deſunt duo verba καὶ ἐκφατνιζ. hîc vero genitivum σωρευμάτων tuentur ambo codices mssti.

καὶ μετὰ ταῦτα μελιπήκτων καὶ στεφάνων ἐκ σμύρνης καὶ λιβανωτοῦ ἀνδρομήκεσι λημνίσκων χρυσῶν πιλήμασι πλήθη. »Scribe ex libro quinto, [pag. 210. d.] σὺν ἀνδρομήκεσι »λημν.« CASAUBONUS. — Deeſt h. l. tota ῥῆσις in *Epit.* Ab editis autem nil diſſentit ms. *A.* Nos vero in loco haud

satis caeteroquin expedito nihil ausi sumus mutare. Vide c
quae ad V. 210. d. olim notavimus, rursusque paulo ante
ad XII. 535. f. Quemadmodum vero hîc iunguntur *bellaria*
& lemniſci, ſic & apud Suetonium, in Neron. c. 25. quem ad
locum quae de *lemniſcis* docuit Caſaubonus, conſuluiſſe
iuvabit. Inprimisque notanda Feſti verba: *Lemniſci, id*
eſt, faſciolae coloriae dependentes ex coronis. Mira porro di-
ctio videri poteſt, *coronae ex myrrhâ & thure;* cuius ſimi-
lem notavimus pag. 514. a. Quae ita accipienda videntur,
ut *faſciae*, e quibus complicatae coronae erant, intelligan-
tur *odoribus illis* fuiſſe *imbutae:* quam in ſententiam Galli-
cus interpres commode dixit, *des couronnes parfumées de myr-*
rhes & d'encens.

AD CAP. LVII.

Κλύτος δὲ ὁ Ἀριστοτελικός. Deeſt nomen in *Epit.* Sed
Κλύτος, non Κλεῖτος, dedit ms. *A.* quemadmodum lib.
XIV. pag. 655. b. c. Obſcurus caeteroquin ſcriptor. *Mox*
dein, τὸν Σαμίων τύραννον ſcripſi cum ms. *Ep.* Sic lo-
quuntur Graeci. Si abeſſet vocab. τύραννος, commode di-
ctum foret Πολυκράτη τὸν Σάμιον. Ad res nobiles, quas d
undique coëgiſſe perhibetur *Polycrates*, referendum etiam
quod apud Noſtrum lib. I. pag. 3. a. de *librorum collectione*
memoratur. *Moloſſorum canum* nota nobilitas: item *capra-*
rum e Scyro, de quibus conf. I. 20. a. Satis etiam nota lana
ex *Mileſiis ovibus:* de quibus vide Bocharti Geogr. Sacr.
Part. I. lib. I. c. 6. Et ex quo Samum translatae ſunt Mile-
ſiae oves, *Samia lana* non minus quam Mileſia nobilitata
eſt, ut ex Theocriti Idyll. XXV. 126. intelligitur.

Ἄλεξις δ' ἐν τρίτῳ Σαμίων Ὡρῶν. »Sequitur, Ἄλεξις
»δ' ἐν τρίτῳ Σαμίων Ὡρῶν. Non hîc ſolum, ſed & libro
»ſequente, [XIII. 572. f.] ALEXIDIS Σάμιοι aut Σαμια-
»κοὶ Ὧροι laudantur: ut nullam excuſationem mereatur do-
»cti viri περιεργία, cui placitum hîc ſcribi ὡρῶν: ut eſſet
»libri titulus, *De Sami pulchritudine.* Atqui nemo ei con-
»ceſſerit vel ἀκριβιγῶς Graece doctus, librum eo argu-
»mento, quod ipſe hariolabatur, poſſe inſcribi Περὶ ὡρῶν
»Σαμίων. Teneamus igitur omnium librorum lectionem,
»& vertamus, *De Samiacis Finibus.* Familiaris hic antiquis
»ſcriptoribus titulus, cum alicuius urbis τοπογραφίαν in-
»ſtituerent aut antiquitates in literas referrent. Sic fuere

» qui Ἀθηνῶν ὅρους vel ὁρισμοὺς inſcriptos libros ederent: » quorum mentio in Scholiis Ariſtophanis ad Aves. [*verſ.* » 998.] Libro ſeptimo laudatur Heropythas in Κολοφωνίων » ὅροις: libro octavo, Creophylus ἐν τοῖς Ἐφεσίων ὅροις. Ita » *Alexis Samiacos fines* deſcripſerat. De hoc opere ſen- » ſiſſe Antigonus Caryſtius videtur, cum ſcribit: [c. 132. » ed. Beckm.] Ὁ δὲ τοὺς Σαμιακοὺς ὅρους συγγεγραφὼς, » ἐπὶ τῶν πρώτων κληθέντων μαθητῶν τῶν περὶ Ἡρόστρατον, » φησὶ χελιδόνα λευκὴν φανῆναι. Sed & Duris Samius & » Aëthlius quidam eodem titulo libros conſcripſerant: quo- » rum non uno loco Athenaeus meminit. « CASAUBONUS. — His in ed. Caſ. 2. & 3. haec adiiciuntur: » Quum au- » tem omnibus iis quos indicavimus locis, ὅρων conſtanter » ſcriptum ſit: quumque eam lectionem manifeſto confir- » met quod dicebamus laudari ſcriptorem incertum in Scho- » liis Comici, in Ὁρισμοῖς Ἀθηνῶν, non poteſt dubitari, in- » terpretationem quam attulimus rectam eſſe. Ὁρογράφοι » igitur ſunt, [ſic ille ſcribere voluerat, non ὡρογράφοι, ut in ed. 3. ſcriptum video] » *qui regionem aliquam deſcripſe-* » *runt:* quos cavè confundas cum iis qui a veteribus Grae- » cis dicti ſunt ὡρογράφοι, quaſi dicas *Annalium Conditores:* » nam ὧρος illis erat *annus.* Cenſorinus: *Sunt qui tradant* » *hunc annum trimeſtrem Horon inſtituiſſe: eoque ver, aeſtatem,* » *autumnum, hiemem,* ὥρους, *& annum* ὧρον *dici, & Graecos* » *annales* ὥρους, *eorumque ſcriptores horographos.* Sic accipien- » dum in Plutarchi libello De Herodoto, [Opp. T. II. pag. 869. a.] » οἱ Ναξίων ὡρογράφοι, *qui Annales Naxiorum ſcri-* » *pſerunt.* « — Haec Caſaubonus; merito utique Dalecam- pium reprehendens, ὧρῶν de ſuâ coniecturâ corrigentem: at non minus ipſe reprehendendus, quod ſcripturae editio- nis Baſileenſis, quam ob oculos & ipſe & Dalecampius habuerat, ὥρων, non modo non dignatus ſit meminiſſe, ſed & diſerte adfirmaverit, ὧρων eſſe *omnium librorum lectionem.* Atqui in principe editione Venetâ pariter ὥρων ſcribitur, e qua id accepit Baſileenſis. Iam illud equidem neſcio, an in vetuſtis etiam membranis noſtris hîc ὥρων ſcribatur: nullus quidem ex illis a Caſauboni editione, quae ὧρων habet, hoc loco diſſenſus adnotatus eſt: ſed fa- cile unius literae differentia effugere potuit aciem diligen- tiſſimi alioquin adoleſcentis, qui illum codicem noſtri cauſ- ſâ excuſſit. Quidquid ſit, nullam hucusque rationem vi- dimus, cur ab ea ſententia discederemus, quam in Anim-

adv. ad IV. 175. e. satis stabilitam putamus, Ὥρων, non Ὄρων, cum hoc loco tum in omnibus similibus locis scriptum oportuisse. Et Grammaticorum testimoniis, quae ibi collegimus, de *Horographis* Graecarum civitatum, adiici merebantur duo testimonia, ab eodem Casaubono (in his, quae ex Schedis eius in ed. 2. & 3. adiecta sunt) prolata; alterum Plutarchi, Censorini alterum. Movere nos poterat aliquantisper, de sententiae summâ deturbare non debuit id quod ex Aristophanis vetere interprete protulit Casaubonus. Ille cum ait, Μελίτη γὰρ ἅπαν ἐκεῖνο, ὡς ἐν τοῖς Ὁρισμοῖς γέγραπται τῆς πόλεως, manifeste loquitur de re ad *topographiam* Atticae unice spectante. Videntur autem illi Ὁρισμοὶ τῆς πόλεως *instrumentum* aliquod vel *documentum publicum* fuisse, quo & ipsius urbis Athenarum descriptio consignata erat, & antiqua nomina finesque singulorum Atticae pagorum. Contra, quaecumque testimonia Athenaeus ex Ionicarum civitatum Ὥροις adfert, in eis non tam de locorum situ aut nominibus potissimum agitur, quam de *priscâ civitatum Historia.*

ὡς καὶ ἀντερᾶν Ἀνακρέοντι τῷ ποιητῇ. De *Polycratis adversus Anacreontem zelotypiâ*, uberiora leges apud Aelianum, Var. Hist. IX. 4. e

ναῦς πήξας, ἀπὸ τῆς πατρίδος Σαμίας ἐκάλεσε. Peculiari structurâ fuere *Samiae* quae vocabantur *naves:* de qua vide Hesychium in Σαμίων τρόπος, &, quem ibi Interpretes laudarunt, Plutarchum in Pericle, pag. 166. d. e. ubi quidem non Σαμία ναῦς, sed Σάμαινα dicitur, quod perinde est. Conf. Hesych in Σάμαινα, & Suid. in Σαμίων δῆμος.

ζηλώσας τὰ Λυδῶν μαλακά. Conf. XII. p. 515. e. & sqq. f & XV. 690. c. Adde Suidam in Λυδιάζειν. *Ibid.* ὅθεν τῷ μὲν Σάρδεων Ἀγκῶνι γλυκεῖ προσαγορευομένῳ τὴν παρὰ τοῖς Σαμίοις Λαύραν ἀντικατεσκεύασεν ἐν τῇ πόλει, καὶ τῶν Λυδῶν ἄνθεσι πάντα ἔπλησε τὰ διαγελθέντα Σαμίων ἄνθεα. τούτων δὲ ἡ μὲν Σαμίων Λαύρα στενή τις ἦν γυναικῶν δημιουργῶν πλήθουσα, καὶ τῶν πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ ἀκρασίαν πάντων βρωμάτων, ὧν ὄντως ἐνέπλησε τὴν Ἑλλάδα. τὰ δὲ Σαμίων ἄνθη, γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν κάλλη διάφορα, ἔτι δὲ τῆς συμπάσης πόλεως ἐν ἑορταῖς τε καὶ μέθαις. Nihil in his ab editâ scripturâ, quam eamdem veteres membr. *A.* tenent, discessimus; nisi quod πλήθουσα praeeunte ms. *Ep.* inseruimus, & deinde ὧν ex constante virorum doctorum coniecturâ adiecimus. Ecce vero iterum CLEAR-

f CHUS, & acumen hominis, flosculique! Videamus primum generatim quid sit de quo agitur: deinde de verbis dispiciemus. In urbe Samo vicus erat, in quo prae caeteris venalia erant omnia cupediarum genera: ibidem fortasse etiam magnus numerus mulierum habitabat corpore quaestum facientium. Is vicus veluti *proprio* nomine Λαύρα dictus fuisse videtur; quod aliâs *generale* nomen *vici* sive *viae in urbe* est. Iam CLEARCHUS, Samiorum luxum cum Lydorum mollitie collaturus, *illum vicum*, ait, *a Polycrate Samiorum tyranno, Lydiarum deliciarum aemulo, per ipsam illam aemulationem constructum & de industriâ oppositum fuisse illi apud Lydos Sardibus famoso loco turpibus voluptatibus consecrato*, quem γλυκὺν ἀγκῶνα vulgo dictum fuisse supra aiebat, apud Nostrum, XII. 516. a. *Eisdemque rebus*, quae in illo vico venales erant, (nempe & mulieribus corpore merentibus, & delicatis cibis) *Graeciam implevisse Polycratem* ait: nihil aliud, puto, significans, nisi, ex *Ioniâ* potissimum omne luxuriae genus in Graeciam esse translatum. Caeterum in delicatorum etiam ciborum genere *Samiae* potissimum *placentae*, ut prae caeteris aestimatae, commemorantur apud Plutarch. de Sanitate Tuenda, pag. 124. f. In *verbis* CLEARCHI, quae huc spectant, pro στενή τις, eruditissimus CORAY, in *Notis mssitis*, στέγη τις corrigendum censuit, quod Hesychius (in Τέγη) per οἴκημα interpretatur; quod ipsum vocabulum haud raro turpiori notione pro *lupanari* accipitur. Eamdem emendationem occupaverat GRONOVIUS ad Herodot. lib. I. c. 80. (vide Observ. Gronov. ad calcem Herodoti ex editione Wessel. pag. 82. Observ. ad pag. 72, 41.) Eamdemque etiam ADAMO probatam fuisse reperio. At ipsum nomen λαύρα satis videtur indicare, non de singulari domo, sed de pluribus deinceps domibus, verbo, de *integro vico* vel *via in urbe* agi. Si quid mutandum, στενωπός τις malles cum Casaubono, cuius Animadversionem mox subiiciemus; aut στενωπή τις, cum TOUPIO, in Curis Noviss. in Suid. pag. 248. quod quidem nomen *terminatione foeminin*â nusquam, quod sciam, reperitur, nisi in loco huc spectante ex Proverb. Alexandr. citato ab Hesychii Editore ad voc. Λαύρα, his verbis: Ἡ Σαμιακὴ λαῦρα στενωπὴ ἦν παρὰ Σαμίοις. Sed nulla satis idonea ratio subesse videtur, cur editam scripturam, quam uterque mstus codex tuetur, damnemus: & στενή τις commode ita intelligi potuerit,

ac si dixisset Clearchus, ἡ μὲν Σαμίων Λαύρα, στενή τις λαύρα ἦν &c. Eustathius vero ad Iliad. π'. pag. 1108. l. 50. quum ait, hunc ipsum locum respiciens, λέγει δὲ λαῦραν μὲν, στενήν τινα περιοχὴν, vocabulum περιοχὴν non ita adiecit ac si illud apud Athenaeum reperisset: sed suo nomine istud dixit; Athenaei vero verba ex *Epitomâ* paulo ante adposuerat, quae illud substantivum ignorat. Iam cum post verba στενή τις ἦν continuo sequerentur illa γυναικῶν δημιουργῶν, recte Toupius videns verbum aliquod desiderari, μεστὴ γυναικῶν δημ. legebat: nobis vero in eamdem prorsus sententiam verbum πλήθουσα codex *Epitomae* dedit: quod verbum miror ex Epitomâ Hoeschelianâ aut ex Eustathio non esse a Casaub. adnotatum; nam id ipsum Eustathius loco citato agnoscit. Totam *Clearchi* ῥῆσιν his verbis complexus est Breviator: Ἀπώλετο δὲ ζηλώσας, ὥς φησι Κλέαρχος, τὰ Λυδῶν μαλακά. ὃς τῷ Σαρδέων ἀγκῶνι γλυκεῖ (perperam γλυκὺ habet noster cod.) προσαγορευομένῳ τὴν παρὰ Σαμίοις λαύραν ἀντεσκεύαζεν, στενήν τινα οὖσαν καὶ γυναικῶν δημιουργῶν πλήθουσαν καὶ τῶν πρὸς ἀπόλαυσιν. Post haec continuo sic pergit: Ὅτι Ἀλκισθένης ὁ Συβαρίτης &c. Superest, in eâdem ῥήσει ut quaeramus quasnam *Clearchus* γυναῖκας δημιουργοὺς dixerit. Casaubonus cum Dalecampio eâ notione accepit, quae libro V. pag. 172. a. est exposita, ubi vide Casauboni Animadv. Quos sequens Corayus, illud perspecte monuit, eâ ratione post δημιουργῶν *delendam* esse καὶ particulam: »ut constructio (inquit) atque sensus sit, γυναικῶν, αἱ ἐδημιούργουν τὰ πρὸς ἀπόλαυσιν, καὶ ἀκρασίαν »βρώματα.« — At, si nonnisi de *delicatis cibis* hîc cogitaverat *Clearchus*, haud adparet cur hanc *Samiorum lauram* cum *Lydorum* γλυκεῖ ἀγκῶνι contulerit, qui locus alii generi voluptatum prae caeteris erat dicatus. Quare probabilior nobis Eustathii visa est interpretatio; qui honestiore vocabulo rem turpiorem significare Clearchum voluisse existimavit, δημιουργοὺς γυναῖκας dicentem quas alii ἀποδυσιλαύρας, πανδοσίας & λεωφόρους vocant, nempe *publica prostibula*. Eum vide ad Iliad. π'. pag. 1108 extr. & ad Odyss. χ'. pag. 777 extr. & sq. Dein vero post βρωμάτων intercidisse ὧν pronomen, recte a Casaubono, consentientibus aliis doctis viris, monitum est.

Haec de *Samiorum Laura*. Iam quod de *Floribus* subiicitur, id cum in verbis, tum ad sententiam, intricatius est,

f & est hîc vere *Clearcheus* flosculus. Quod aliàs amantem hunc scriptorem vidimus, idem & nunc facit. Vetus aliquod & obscurum ambiguumque arripiens proverbium, suum in sensum torquet. Circumferebatur olim proverbium his verbis, Σαμίων ἄνθη, *Samiorum flores*; nescio qua origine vulgari coeptum, aut quo sensu usurpari vulgo solitum. Videri poterat a prisco *Sami* nomine repetendum: quae insula, cum Ἀνθέμουσα & Ἀνθεμὶς olim dicta fuerit, (vide Steph. Byz. in Σάμος, & eius Interpp.) *floribus* potissimum *amoena* fuisse videtur. At Suidam si audis, Σαμίων ἄνθη in eos dici solebat, *qui infimis utuntur voluptatibus*: ἐπὶ τῶν ὑστάταις ἡδοναῖς χρωμένων. CLEARCHO nostro placuit, τὰ Σαμίων ἄνθη interpretari *pulchritudinis flore praestantes mulieres virosque*, & omnino *totam civitatem in festivitate & temulentiâ*, id est, quod hodie nonnulli *in floribus* aiunt, *viventem*. Et haec quidem interpretatio utcumque rationem habere videri possit: de qua confer TOUPII Cur. Nov. pag. 248. & quem ille laudavit Libanium, Epist. 20. ad Maximum. At, quid sit quod de *Lydorum floribus* memorat, quos a nemine alio nominatos reperimus; id non magis liquet nobis, quam quid dicat, *Polycratem Lydorum floribus implesse omnia*, (*ut essent*) *pervulgati Samiorum flores*: nam hoc quidem sonant, ni fallor, verba ista, τῶν Λυδῶν ἄνθεσι πάντα ἔπλησε τὰ διαγγελθέντα Σαμίων ἄνθεα. Quae verba citans TOUP. l. c. nihil in eis mutandum censuit: DALECAMPIUS vero sic converterat, *Lydorumque floribus famosos illos Samiorum flores opposuit ex adverso*: ut, pro πάντα ἔπλησε, ἀντεποίησε legisse videatur, quemadmodum ex illius mente PURSANUS correxit: VILLEBRUNIUS quidem, pro suâ sermonis Graeci peritiâ, ἀντέθησε (sic) proposuit. Doctiss. CORAY adnotavit: »Forte, καὶ τοῖς τῶν »Λυδ. ἄνθεσιν ἀνταναπλησε τὰ διαγγ. Σαμ. ἀνθ.« Caeterum in fine, post καὶ μέθαις, desiderari videtur verbum aliquod, ad complendam sententiam necessarium.

Gratulari nobis possemus, e difficili loco, nec eo admodum per se notabili, utcumque tandem nos emersisse: sed ecce supersit spissa CASAUBONI ad eumdem locum Animadversio; quam pro instituto nostro, quod plerisque probari Lectoribus huius operis intellexi, integram debeo adponere. Scilicet *decimum caput Animadversionum Casauboni in duodecimum Athenaei librum*, multa quidem non magnopere huc facientia continens, totum tamen ad hunc

Clearchi locum refertur. Cui capiti hanc inſcriptionem f praefixit doctus Animadverſor:

» *Samiorum* λαῦρα. στενὴ *pro* στενωπός. λαῦρα *vicus. Bea-*
» *torum* λαῦρα, *quae Alexandriae.* λαῦρα & λάβρα. λαυ-
» ρὸν & λαβρὸν, & *ſimilia. Epiphanii locus exponitur,*
» *male a quibusdam acceptus.* λαῦραι *diverſae ſub Archi-*
» *epiſcopo Alexandrino.* ἄμφοδος *idem ac* λαῦρα. *Veterum*
» *monachorum* laurae *vel* labrae. *Euagrii locus emendatus.*«

Animadverſio ipſa huiusmodi eſt: »*Polycratis, Sa-*
» *mi tyranni, luxuriem* commemorans Dipnoſophiſta, ſic
» infit ex *Clearcho:* Ὅθεν τῷ Σαρδέων [rectius Σάρδεων
» edd. & mssti.] ἀγκῶνι γλυκεῖ προσαγορευομένῳ τὴν παρὰ
» τοῖς Σαμίοις λαῦραν [λαύραν edd. & mss.] ἀντικατεσκευα-
» σεν ἐν τῇ πόλει. Erat in fama ille infamis Sardium urbis
» locus Γλυκὺς ἀγκὼν dictus: de quo ſatis ſupra hoc ipſo
» libro. Aemulatione Sardianorum Polycrates exſtruxit
» in urbe Samo eam quae dicta eſt λαῦρα Σαμίων. Quid
» ſit, mox explicatur: ἦ Σαμίων λαῦρα στενή τις ἦν γυναι-
» κῶν δημιουργῶν καὶ τῶν πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ ἀκρασίαν πάν-
» των βρωμάτων. ὧν ὄντως (vel οὗτος) ἐνέπλησε τὴν Ἑλ-
» λάδα. Poſtrema verba ita ſcribi & distingui debent, in
» editis male concepta. *Samiorum laura*, inquit, *vicus fuit,*
» *ubi habebant mulieres quae placentas & dulciaria opera con-*
» *ficiebant, & omnes cibos ad voluptatem & luxuriam.* Niſi eſt
» mendum, στενὴν ἀντὶ στενωποῦ poſuit; id eſt, pro *vico*
» aut *via in urbe*: erit igitur ellipſis nominis ὁδός. Sed for-
» taſſe verius eſt, omiſſam vocem incuriâ librariorum re-
» ſtitui debere: & ſcribendum, στενὴ ἀμφοδός τις, vel στε-
» νωπός τις ἦν. Graecum eſt purum putum vocabulum λαῦ-
» ρα, Latino *vicus* reſpondens. Utraque dictione ſignificatur,
» & *via in urbe*: & συνοικία, ſive *plures domus coniunctae,* quae
» unam magnam *inſulam* efficiunt. (In ed. Caſ. 2. & 3. haec
» adiecta: » Herodotus lib. I. de Babylone: πυλίδες ἐπήε-
» σαν, ὅσαι περ λαῦραι.) Eadem voce & *Alexandrini* ſunt
» uſi: de quibus ſtatim ſubiicitur, Οἶδα δὲ κἀγὼ παρὰ
» τοῖς ἐμοῖς Ἀλεξανδρεῦσι λαῦράν τινα καλουμένην μέχρι
» καὶ νῦν εὐδαιμόνων, ἐν ᾗ πάντα τὰ πρὸς τρυφὴν ἐπωλεῖ-
» το. *Novi ego quoque apud Alexandrinos meos quendam vi-*
» *cum, qui vocatur hodieque Beatorum vicus, ubi quae-*
» *cumque ad delicias faciunt vendebantur.* Alexandriae Λαύ-
» ρα εὐδαιμόνων, ut Romae *Tuſcus vicus*: nam, ut dixi-
» mus, λαῦρα & *vicus* idem. Nihil autem intereſt ſive λαῦ-

f » ρα ſcribas per υ ſive λάβρα per β. etſi enim aliud pro-
» prie λαῦρον aliud λαβρὸν, vulgo tamen & pronuntiatio
» & ſcriptura eadem. [nempe ex pravo librariorum me-
» diae & infimae Graecitatis uſu.] Sic λαυρὸν ὕδωρ apud
» Homerum & Hippocratem, & λαυρὸν ἐπαιγίζειν apud
» Apollonium in Argonauticis, pro λαβρόν: ſic καλαύρο-↓
» & καλάβρο-↓ paſſim. νεβρίδιον & νευρίδιον, πέταβρα &
» πέταυρα apud Suidam: &, cum ſignificatu longe diffe-
» rant ἅβρα, *delicata*, & αὔρα, *aura*, tamen ἀπὸ τῆς στε-
» ρεᾶς ἅβρας ἐμπνεῖσθαι, leges apud Epiphanium lib. tertio.
» Quamobrem errat inſigniter vir ille magni nominis, [Va-
tablum, puto, dicit:] » qui vocem λάβρα apud eundem
» Epiphanium, quae nihil aliud eſt quam λαῦρα, peregrinam
» dictionem vult videri. Locus Epiphanii eximius, & dignus
» qui obiter hîc a nobis explicetur. Sic igitur ille initio tra-
» ctatus de Ario & Arianorum ſecta: Φασὶν αὐτὸν Λίβυν
» τῷ γένει, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ πρεσβύτερον γεγονότα, ὃς
» προϊστατο τῆς ἐκκλησίας τῆς Βαυκάλεως οὕτω καλουμένης.
» ὅσαι γάρ εἰσιν ἐκκλησίαι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐν Ἀλεξ-
» ανδρείᾳ ὑπὸ ἕνα ἀρχιεπίσκοπον οὖσαι, καὶ κατ' ἰδίαν ταύ-
» ταις ἐπιτεταγμένοι εἰσὶ πρεσβύτεροι διὰ τὰς ἐκκλησια-
» στικὰς χρείας τῶν οἰκητόρων πλησίον ἑκάστης ἐκκλησίας
» αὐτῶν καὶ ἀμφόδων, ἤτοι λαβρῶν ἐπιχωρίως καλουμένων
» ὑπὸ τῶν τὴν Ἀλεξανδρέων κατοικούντων πόλιν. Sedebat
» Alexandriae archiepiſcopus & patriarcha, regendae uni-
» verſae eccleſiae totius regionis. Erant praeterea in ſin-
» gulis urbis vicis conſtituti presbyteri, qui eccleſiaſtica
» negotia ſuorum quisque vicanorum curabant. Uni ha-
» rum minorum eccleſiarum Baucalis nomen fuit: quia
» videlicet in vico eiusdem nominis erat ſita: niſi fuit ali-
» qua peculiaris cauſſa eius appellationis. Ἀμφόδους ap-
» pellat Epiphanius cum omnibus Graecis *vicum in urbe*, id
» eſt, *plures domos cohaerentes invicem* ad modum magnae
» inſulae: quod & nomen declarat: nam ἄμφοδος eſt συνοι-
» κία περὶ ἣν ἔστιν ὁδὸς, *multae domus quos via publica am-*
» *bit.* Et addit Epiphanius, has ἀμφόδους Alexandrinis di-
» ci vulgo λαύρας. Alexandriam Graecam urbem fuiſſe,
» & vulgo Alexandrinos Graece locutos eſſe, imperitiſſi-
» mi ſunt veteris hiſtoriae qui neſciunt, impudentiſſimi
» qui negant. Illi igitur vicos ſuos, & ἀμφόδους quidem,
» ut alii Graeci; ſed magis uſitate λαύρας vocabant, aut
» quod idem eſt λάβρας. Credamus ita eſſe, vel quia Epi-

» phanius hoc ſcripſit: vel propter Athenaeum, homi- f
» nem Aegyptium, qui vocem λαῦρα pro *vico* ſolitam eſſe
» uſurpari Alexandriae ita clare demonſtrat, ut clarius ni-
» hil queat. At viro illi docto de quo diximus, ne creda-
» mus: qui tantum verborum perdidit, ut de voce λά-
» βρα, & loco iſto Epiphanii ea nobis perſuaderet quae
» ſunt falſiſſima. Omnino enim quaecumque ſunt ab illo,
» partim in Academia, partim in Notis ad Biblia ſuper
» hoc adnotata, ἄῤῥητα ſint ἀμείνω. An negabit vir eru-
» ditus ἀμφόδους ab Epiphanio dici *vicos?* atqui ſic vete-
» res interpretantur: quorum teſtimoniis ſuperſedeo. Ga-
» lenus in XVI. De Uſu partium, τὰς ἐν ἀμφόδοις κρήνας
» appellat, *fontes vicanos.* Procopius De Aedificiis Iuſt. δι-
» λὼν τοῖς στενωποῖς τὰς ἀμφόδους ἁπάσας. Alii ἄμφοδα
» potius dixerunt. Vide Suidam in Ἀγυιαί. Significat ἄμ-
» φοδος & *viam in urbe*, ut Latinorum *vicus.* Procopius
» De Aedificiis Iuſt. libro quinto, loquens de Hieroſoly-
» mis, τὰς ἀμφόδους ἐν κλίμακος τρόπῳ ἀπὸ ὀρθίου εἰς τὸ
» πρανὲς κατατείνοντες. Porro, quemadmodum plura in
» urbe aedificia invicem cohaerentia λαύρας vel λάβρας di-
» xerunt: ſic etiam monaſteria ubi plures monachi ha-
» bitabant in diverſis cellis, ſub uno tamen praefecto Ab-
» bate *lauras* Eccleſia vetus appellavit. Euagrius libro IV.
» capite VII. συνήκμαζε τῷ Ζωσιμᾷ ἀνὴρ Ἰωάννης τοὔνομα,
» ταῖς ἀρεταῖς παραπλήσιος, ἐν Χουσικᾷ τῇ λαύρᾳ. Capite
» XXXVIII. Εὐστόχιος κατακρατούντων καὶ μάλιστα ἐν τῇ
» καλουμένῃ νέᾳ λαύρᾳ τῶν τὰ Ὠριγένους πρεσβευόντων δό-
» γματα, πᾶσαν ἔθετο σπουδὴν τούτους ἀπελάσαι. Aper-
» tius idem lib. I. cap. XXI. loquens de Eudocia Theodoſii
» uxore, quae pietatis zelo Hieroſolyma venerat, & mul-
» ta ibi devoti animi monimenta reliquit: ὥστε, ait, καὶ
» εὐαγῆ δείμασθαι φροντιστήρια, καὶ τὰς καλουμένας λαύ-
» ρας· ἐν αἷς ἡ μὲν δίαιτα διάφορος, ἡ δέ γε πολιτεία ἐς ἕνα
» τελευτᾷ θεοφιλῆ σκοπόν. Ita ſcribendus hic locus, qui in
» editis libris corruptus eſt. Phocas Imp. in Conſtitutio-
» ne quadam, Κελλία δὲ καὶ τὰς καλουμένας λαύρας ἐν ἐρή-
» μοις οἰκοδομεῖν οὐκ εἴργομεν. Alibi λάβραι indiſcriminatim
» pro eodem ſcriptum offendes. In conſtitutione Manue-
» lis Comneni, qua immunitas eccleſiaſticis & monachis
» conceditur: Διὰ τοῦ παρόντος Χρυσοβούλου θεσπίζει καὶ
» διορίζεται πάντα τὰ σήμερον νεμόμενα ἀκίνητα παρὰ τῶν
» ἄνωθεν ἀριθμηθέντων μοναστηρίων, ἢ καὶ ἡσυχαστηρίων, ἢ

» καὶ ἀναχωρητικῶν κελλίων, ἢ λαβρῶν, καὶ ἁπλῶς κατοι-
» κητηρίων μοναχικῶν. Auctor Historiae miscellae, libro
» XXIV. *Monasteria duarum magnarum labrarum, sanctae vide-*
» *licet memoriae Charitonis, & Cyriaci Sabae.* Paullo post:
» *Similiter autem & laurae eremi opinatissimae, sancti Charito-*
» *nis & sancti Sabae, & reliqua monasteria & ecclesiae desertae*
» *factae sunt.* Etiam hodie montis Atho incolae monachi,
» sua coenobia *lauras* vulgo nuncupant. Haec si observas-
» set eruditus ille vir, nunquam de superiore Epiphanii
» loco adeo alienam vero sententiam in medium protulis-
» set.« (Istis in ed. Cas. 2. & 3. adiiciuntur haec: » Po-
» stremo non praetermittemus dicere, aliud fuisse *lauras*,
» aliud *coenobia.* Nam in vita S. Euthymii anachoretae, quam
» Cyrillus quidam scripsit, ita scriptum est: *Te oportet ve-*
» *nire ad meam lauram, & fratrum quidem cellas diruere ab*
» *ipsis fundamentis, coenobium vero aedificare illic, ubi meum*
» *aedificasti coemeterium. Non enim lauram, sed coenobium po-*
» *tius esse locum, Deo placet.*) « Haec ille: cum quibus con-
ferri possunt quae collegit Du Cange in Gloss. Graec. voce Λαῦρα, & in Gloss. Latin. voce *Laura.* Ad CLEARCHI vero verba, quae nos hucusque exercuerunt, multa utiliter adnotavit H. STEPHANUS, Thes. T. II. pag. 543.

AD CAP. LVIII.

a Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Θαυμασίοις. » Historia de *panno*
» *illo mirabili Alcisthenis* desumta dicitur ex *ARISTOTELE*
» ἐν τοῖς Θαυμασίοις. Intelligit librum περὶ θαυμασίων ἀκουσ-
» μάτων, ubi extat hodieque totidem paene verbis planeque
» iisdem narratio haec. Merito igitur priorem lectionem ἐν
» τοῖς περὶ τρυφῆς θαυμασίοις respuimus: falsa est enim.«
CASAUBONUS. — Exstat haec narratio in libello, quem
dixit Casaubonus, cap. 99. ed. Beckm. pag. 200 & sq. &
quidem auctior a fine, descriptâ ipsius panni fabricâ. Re-
cte vero idem Casaubonus e libri titulo duo verba περὶ
τρυφῆς abiecit; quae quidem mssti libri cum editis ante
Casaub. agnoscunt. Etenim non modo alibi nusquam hoc
titulo citatur ille libellus, qui sub *Aristotelis* nomine cir-
cumfertur: sed, non potuisse ita inscribi, (περὶ Τρυφῆς)
ipsa libri inspectio docet: in quo non de *luxu* aut *luxu-*
ria agitur; sed nonnulla quidem artis humanae, pleraque
vero omnia naturae miracula sunt, quae narrantur. Est

tamen vetuſtis noſtris membranis antiquior hic error: qui a eum etiam codicem, quo Breviator uſus eſt, occupaverat. Vetuſtior ille librarius, a quo iam ſaepe ſimillimas turbas in Athenaei libros invectas obſervavimus, cum oculis aberraſſet in vocabulum τρυφῆς, quod continuo deinde legitur, per incogitantiam titulum libri ſic ſcripſerat περὶ τρυφῆς: tum, cognito errore, verum titulum Θαυμασίοις adiecit; ſed, obſtinate propoſitum tenens, lituram facere noluit. Sic prodiit falſus ille titulus, ἐν τοῖς περὶ τρυφῆς θαυμασίοις, quem integrum codex *A.* ſervavit. Epitomae auctor, quum nullius fere libri ab Athenaeo citati titulum adponere conſueſſet, exceptis eis libris qui *Ariſtotelem* auctorem habent aut ei vulgo tribuuntur, eumdem titulum ſic decurtavit, ut ἐν τοῖς περὶ τρυφῆς ſcriberet.

ὑπὸ τρυφῆς ἱμάτιον τοιοῦτον κατασκευάσαι τῇ πολυτελείᾳ. Verba ὑπὸ τρυφῆς non leguntur in Ariſtotelico libello, nec ibi his erat locus. Suo arbitratu haec Athenaeus adiecit: quia, tamquam *luxuriae exemplum*, haec narratio ab illo adlata eſt. At cum iſtis verbis minime congruit id quod ſequitur, κατασκευάσαι: quo verbo ſignificatur, *ipſum* illum hominem *ſua manu* veſtem illam *confeciſſe*: quod quidem inſignis & *ſolertiae* fortaſſe & *patientiae* argumentum foret, non vero *luxus* aut *luxuriae*. Quare fere non dubito κατασκευάσασθαι ſcripſiſſe Athenaeum, i. e. *conficiendam ſibi curaſſe*. In ipſo libello, unde haec ducta, ſic ſcribitur, Ἀλκισθένει τῷ Συβαρίτῃ φασὶ κατασκευασθῆναι ἱμάτιον. Sin *ipſum* ſtatuas *confeciſſe* veſtem, ut qui quaeſtum ex illa facturus fuiſſet; parum commode verba ὑπὸ τρυφῆς ab Athenaeo fuerint adiecta.

Paulo poſt, quum nude ſic legeretur, καὶ τῶν δεικνυμένων πάντων ἐκεῖνο θαυμάζεσθαι, recte monuit Casaubonus: »Scribe ex Ariſtotele, καὶ τῶν δεικνυμ. μάλιστα »πάντων &c. — Etiam hic vetus error fuerat in Athenaei libris: quem correcturus Epitomae auctor ita ſcripſit: καὶ δεικνύμενον, πρὸς πάντων θαυμάζεσθαι. b

Quae huic narrationi in ipſo Ariſtotelis (qui perhibetur) libello ſubiiciuntur, ea huc adponere lubet; cum quod minus intellecta interpretibus videam, tum quod mire confirment id quod de ſignificatione vocabuli ζῶα vel ζῴδια, ubi de pictura vel ſculptura agitur, iam ſaepius monuimus. Ἦν δ' αὐτὸ μὲν (ſic ibi continuatur narra-

b tio) ἀλουργὲς, τῷ μεγέθει πεντεκαιδεκάπηχυ. ἑκατέρωθεν δὲ διείληπτο ζωδίοις ἐνυφασμένοις, ἄνωθεν μὲν Σούσοις, κάτωθεν δὲ Πέρσαις· ἀνὰ μέσον δὲ ἦν Ζεὺς, Ἥρα, Θέμις, Ἀθηνᾶ, Ἀπόλλων, Ἀφροδίτη. παρὰ δὲ ἑκάτερον πέρας Ἀλκισθένης, ἑκατέρωθεν δὲ Σύβαρις. Vides, ζώδια hic non *animalia* dici; ſed *urbium*, *Deorum*, & *hominum figuras*. *Superne*, urbis *Suſorum* ſpecies erat; *inferne*, variae ſtabant *Perſarum figurae*: in medio, *Dii* erant cum *Deabus*: verſus *extremam* oram, *ab uno latere*, *ipſe Alciſthenes* acu pictus erat; *ab altero*, patriae *Sybaris* imago.

Περὶ δὲ Σμινδυρίδου τοῦ Συβαρίτου &c. HERODOTUM vide *lib. VI.* cap. 126. De eodem homine confer Noſtrum, VI. 273. b. & notata ad XII. 511. c. Item Aelianum Var. Hiſt. XII. 24. & IX. 24. *Ibid.* ὡς ἀποπλέων. Ex ratione iuſtae ſtructurae orationis aut verbum finitum ſequi debebat ad iſtud participium relatum; aut ὡς ἀπέπλει ſcriptum oportebat, vel ἀπέπλεεν, ut PURSANUS correxit. Sed haud rarae ſunt apud Deipnoſophiſtam noſtrum eiusdem generis ἀνακολουθίαι. Nomen *filiae Cliſthenis*, apud eumdem Noſtrum VI. 273. edebatur Ἀγαρόστη conſentientibus msstis: recte vero Ἀγαρίστης hîc habent libri omnes, ut eſt apud Herodotum & apud Aelian. XII. 24. In una ed. Caſ. 3. vitioſe Ἀγαρίτης ſcribitur.

c Quae ſubiiciuntur verba, εἵποντο γοῦν αὐτῷ χίλιοι μάγειροι καὶ ὀρνιθευταί: non ſunt ea Herodoti; ſed vel *Timaei*, quem continuo deinde citat Athenaeus, vel *Chamaeleontis Pontici*, quem ſuperiori loco citaverat. Qui ὀρνιθευταὶ nominantur, eos HEYNIUS (in Opuſc. Acad. T. II. pag. 134.) non tam *aucupes*, quam *volucrium altores & fartores* intelligendos cenſuerat. At hos ὀρνιθοτρόφους Graece dixeris. Ὀρνιθευτὴν non alium niſi τὸν ὀρνιθοθήραν vel ἰξευτὴν, id eſt *aucupem*, interpretantur veteres Grammatici omnes: & ὀρνιθευτικὴ & ὀρνιθεία, *aucupium* dicitur Polluci, VII. 139. & verbum ὀρνιθεύειν apud Xenophontem, loco ab H. Steph. Theſ. III. 1457. d. citato, non aliud niſi ὀρνιθοθηρᾶν ſonat. A qua notione cur hîc discederemus, nullam nos quidem ſaris idoneam cauſſam vidimus. Quid ſit quod in membr. *A.* ſcribatur Τίμαιος ἐν τῇ τῆς ἑβδόμης, neſcio. Suſpicari licebat, debuiſſe fortaſſe ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς ἑβδόμης: ſed adquieſcendum putavi in eo quod editum erat, ἐν τῇ ἑβδόμῃ.

Διονύσιος – – εἰς τὴν Λοκρῶν πόλιν παρελθὼν, &c. » De hac

» hiſtoria adi ad Strabonem libro ſexto. « CASAUBONUS. — Habes apud Strab. lib. VI. p. 259 ſq. & apud Aelian. lib. IX. cap. 8. quorum narrationem cum *Clearcheâ* hac, quam Athenaeus adpoſuit, contuliſſe iuvabit.

d ἐπὶ τῆς ὁδοῦ στήσαντες μεθ' ὕβρεως ἐνηκολάστησαν αὐτοῖς. Duo verba, μεθ' ὕβρεως, in editis omiſſa, dedit uterque codex mstus. αὐτοῖς tenent mssti cum editis: pro quo, ſi verum eſſet αὐτὰς, quod dein in editis ſubiicitur, hîc αὐταῖς oportebat. Et *foeminino* quidem genere utrobique Aelianus uſus eſt: ſed cum αὐτοῖς apud Athenaeum convenit & αὐτοὺς, quod deinde habet Epitoma, & τελευτησάντων, quod libri omnes agnoſcunt. Nempe in τῶν τέκνων numero etiam *filius* erat *adoleſcentulus*, ut Strabo docet: cuius reſpectu ſequentia pronomina & participium in *masculino* genere efferri potuerunt.

e τὰ δὲ λοιπὰ κρέα νεμησάμενοι. In Athenaei exemplo quod KÜSTERI olim fuerat, ipſius manu h. l. in orâ ſic ſcriptum: » *An* νειμάμενοι? « — Scilicet haud immerito iſta verbi forma inſolentior viſa erat Küſtero: quae apud nullum alium (quod ſciam) auctorem hodie reperitur. Adnotatam eam tamen apud Suidam videas, fortaſſe ex ipſo hoc Athenaei loco: Νεμήσασθαι· διαμερίσασθαι. Nempe ab antiquo verbo νεμέω, idem valente ac νέμω.

ὅθεν πρὸς τὴν ἀνόσιον ἀρὰν κατήλεσαν αὐτῶν τὰς σάρκας. Cum pro κατηλέησαν, quod in ed. Ven. & Baſ. legitur, percommode κατήλεσαν ſcribatur in Epitoma, a καταλέω, *molâ frango, in mortario vel piſtrino comminuo*; eo magis mireris Caſaubonum tacite κατηλόησαν hîc edentem, cui idem ipſum verbum κατήλεσαν Strabo, ad quem nos remittit, in eâdem narratione offerebat. Quod autem κατήλεσαν αὐτῶν τὰς σάρκας hîc ſcribitur: pro τὰς σάρκας, licet conſentiant mssti libri cum editis, haud cunctanter tamen τὰ ὀστᾶ corrigendum cenſuiſſem, niſi CLEARCHI ſtylum a nullo ineptiarum genere admodum abhorrentem iam nimis frequentibus documentis cognoviſſemus. Eodem pertinet quod continuo ſequitur ἵν' ἡ τροφὴ σιτοποιουμένων κατεδεσθῇ: ubi ſi abeſſet verbum κατεδεσθῇ, in promtu erat ᾖ pro ἡ corrigere: ἵν' ᾖ τροφὴ σιτοποιουμένων. Sed κατεδεσθῇ tenent mssti cum editis: quare relinquendum *Solenſi ſcriptori* genus ſcribendi patriam redolens. Verum enimvero, — ne quid temere! ne quid praecipitanter! maxime vero caveamus, ne quid ira-

e te aut invidioſe dicere videamur! *Solenſis* ſane non modo *Clearchus* fuit & huius ſimiles ſcriptores: verum ex eodem oppido oriundos etiam novimus nobiliſſimos auctores, Chryſippum philoſophum, Philemonem comicum, Aratum Phaenomenorum auctorem. Ac fieri poteſt, ut, quod iam ſaepius profeſſi ſumus *CLEARCHI* genus ſcribendi inficetum & frigidum & fatuum nobis videri, quodque perſaepe in declarando dictorum illius ſenſu aqua nobis haeſit, eius rei culpa non in *Clearchum*, ſed in *nos ipſos* fuerit conferenda; qui per noſtram tarditatem acumen huius Scriptoris & elegantias flosculosque nec capere, nec pro merito aeſtimare valeremus. Quidquid ſit: hoc quidem loco nulla *Clearchi*, nonniſi *librariorum* culpa ſubeſſe videtur: & gratias habemus VILLEBRUNIO, aurem nobis vellicanti, ac veram (uti nunc quidem videtur) auctoris ſcripturam, ſive ſuo ex ingenio, ſive, quod facile credas, ex ADAMI feliciſſimâ coniecturâ, aperienti. Nempe non κατεδεσθῇ, ſed καταδευθῇ ſcriptum oportebat, a verbo καταδεύω, *madefacio*. Eâque ratione ne id quidem adeo male habebit, quod non τὰ ὀστᾶ, ſed τὰς σάρκας dixit. Licet enim diſerte Aelianus ſcribat, *carnes eos ab oſſibus ſeparaſſe*, ac *dein oſſa comminuiſſe*; facile tamen intelligitur, crudis oſſibus multas adhuc carnoſas partes adhaeſiſſe. Etiam iſta initio, πρὸς τὴν ἀνόσιον ἀρὰν, quae minus recte Dalecampius converterat, *poſteaquam diras ſunt imprecati*, rectius iidem Gallici interpretes reddiderunt, totum locum his verbis interpretantes: *Pour ſatisfaire à cette exécrable imprécation, ils passèrent ces chairs ſous la meule, afin que le pain de ceux qui y moudroient leur bled en fût impregné.* In Notâ monuit VILLEBRUNIUS: »*Je lis, comme il le faut*, αὐταῖς καταδευθῇ. «

μητραγυρτῶν καὶ τυμπανοφορούμενος. Sic mssti cum editis. Euſtathius vero hunc locum citans, ad Od. ρ'. pag. 636. l. 36. ſcribit: μητραγυρτῶν καὶ τυμπανιζόμενος ἢ τύμπανον κρούων. Aelianus vero, μητρ. καὶ τύμπανα κρούων καὶ καταυλούμενος. At τυμπανοφορούμενος (quod idem utique ſonat ac τυμπανιζόμενος) non valet *tympanum pulſans*: ſed *cui tympanum pulſatur, cui adeſt aliquis tympanum pulſans*; quemadmodum καταυλούμενος non dicitur *tibiâ canens*, ſed *cui tibiâ canitur, cui adeſt tibicen*. Conſentaneum eſt autem, ut dixiſſe Clearchum intelligamus, *ipſum Dionyſium tympanum pulſaſſe*, quod facere illi agyrtae ſole-

bant. (conf. PERIZON. ad Aelian. & quem is citat Sueto- e
nium, Auguſt. c. 68.) Quare τυμπανοφορῶν hîc le-
gendum videtur: cui verbo fortaſſe, ut apud Aelianum, ad-
iectum fuit alterum καὶ καταυλούμενος, quae duo per in-
cogitantiam veteris librarii in unum confuſa fuerint.

Εὐλαβητέον οὖν τὴν καλουμένην τρυφὴν &c. Mireris quid
ſit quod τὴν καλουμένην τρύφὴν dixerit *Clearchus*. No-
bis id ipſum dixiſſe videtur, quod in latina verſione dicen-
tem fecimus. Quemadmodum aliâs fere proverbio aliquo,
ad rem de qua agitur utcumque adcommodato, concludere
narratiunculas ſuas ſolet hic ſcriptor: ſic nunc in vocabu-
lo τρυφὴ veriverbium maxime ſpectat; rectèque τρυφὴν
nominatam ait, quae omnia *frangat* & *evertat perdatque*.

AD CAP. LIX.

Διόδωρος δ' ὁ Σικελιώτης ἐν τοῖς περὶ Βιβλιοθήκης. »Nun-
»quam factum ut *DIODORUS Siculus* hiſtoricos ſuos An-
»nales inſcriberet *De Bibliothecâ*: ſed *Bibliotheca*, quod lon-
»ge eſt aliud. Praeterea apud Diodorum Siculum libro XI.
»[cap. 25.] non eſt vox Γέλωνι in ſermone de *piſcinâ*: ne- f
»que ex eius verbis poſſis eam tueri. Adde quod *Agrigen-*
»*tum* non Gelonis, ſed Theronis in poteſtate tum fuit.
»Haec παραράματα ſunt huius philologi, dum Excerpto-
»rum ſuorum fidem ſequitur. « CASAUBONUS. — Facilis
is error erat, cum paulo & ante & poſt iſta Diodori ver-
ba, de *Gelone* agatur. De Therone, Agrigenti dynaſta,
vide ibid. cap. 20.

ἐπαγομένων ποταμῶν καὶ κρηναίων ὑδάτων. Adnota-
verat doctiſſimus CORAY, ποταμίων ſcribendum vi-
deri: percommode ſane. At ποταμῶν etiam apud ipſum
Diodorum hodieque vulgo ſcribitur.

ἐν τῇ δεκάτῃ τῶν περὶ Ἀγαθοκλέα. Utique περὶ Ἀγα-
θοκλέους deſiderabam: & ſic correcturus eram, niſi ite-
rum eodem modo legeretur lib. XIV. p. 618. c. ἐν δευτέρῳ
τῶν περὶ Ἀγαθοκλέα.

κάλλει διάφορον. Percommode διαφέρον legebatur a
in editis. Sed praeter rationem disceſſum erat a vetere
ſcripturâ, quam e ms. *A.* reſtituimus. In *Epit.* deſunt iſta
verba. Eaedem veteres membranae, paulo poſt, ὃν κα-
λεῖσθαι dedere, non καλεῖσθαι δέ. In *Epit.* eſt ὃς καλεῖται
Μῦθος. Καλλατιανὸς geminatâ λ literâ cum eisdem

membr. ſcripſimus: quae quidem ſi vera ſcriptura, e Moeſia oriundus fuerit *Silenus* ille, quem hîc nominat Athenaeus; de quo conſulendus Vossius lib. III. De Hiſtoricis Graecis, pag. 375 ſq. De *Callatiâ* vero Moeſiae vide Cellarii Orb. Antiq. lib. II. cap. 8. pag. 589. & Steph. Byz. in Κάλατις. Calatianus fuit Demetrius ille, qui de Aſia & Europa ſcripſit, Straboni memoratus, & Laërtio, V. 83. At multo eſt veriſimilius, *Siculum* natione fuiſſe hunc ſcriptorem ex Καλῇ Ἀκτῇ, de qua in Animadv. ad Athen. VI. 272. f. dictum eſt. Itaque aut Καλλατῖνος ſcripſerit Athenaeus, quemadmodum gentile iſtud nomen apud Diodorum Sicul. XII. 29. vulgo ſcribitur; aut, quod rectius foret, Καλακτῖνος, quemadmodum apud Diodorum Weſſelingius, & apud Athenaeum Holstenius corrigendum cenſuerat in Notis ad Stephanum Byz. p. 239.

b Καλλίας ἐν ὀγδόῃ τῶν περὶ Ἀγαθοκλέα Ἱστοριῶν. Sic ms. *A.* Ἱστοριῶν deeſt ed. Caſ. In ed. Ven. & Baſ. eſt, Καλλίας ἐν ὀγδόῃ τῶν Ἱστοριῶν, omiſſis novem verbis. Caeterum conf. pag. 541. f. & ibi not.

περὶ Δαμοφίλου λέγων &c. »De *Siculo Damophilo*, *au-*»*ctore belli* Siculi [belli *Servilis*] lege eiusdem Diodori Re-»liquias libri XXXIV. [T. X. edit. Bip. p. 104 ſqq. & Excerpt. Peireſc. pag. 366.] »Παραδρομὴν eleganter Athe-»naeus vocat homines *ad utrumque latus accurrentes*, cum »Damophilus rhedâ aut lecticâ veheretur.« Casaub.

AD CAP. LX.

Δημήτριος δὲ ὁ Φαληρεὺς, ὥς φησι Δοῦρις, --- τὰ λοιπὰ πάντα διὰ τὴν ἔμφυτον ἀκρασίαν ἠφάνιζε, &c. Inſunt in his, & in eis quae ſequuntur, nonnulla quae parum convenire videantur in *Phalereum Demetrium*: de quibus monuit Bonamy, in Vita Demetrii Phalerei, in *Memoires de l'Acad. des Inſcript.* T. VIII. pag. 157 ſqq. veluti ſtatim hoc ipſum, quod de immodica profuſione, tum quod de flagitioſis amoribus memoratur. Quare ſpecie non caret, quod, quae apud Athenaeum noſtrum, conſentientibus libris, *Phalereo Demetrio* tribuuntur, eadem apud Aelianum Var. Hiſt. IX. 9. ad *Poliorceten Demetrium* referantur. At recte tamen Perizonius (in Notis ad Aelian. ad quas remittimus Lectores) iudicaſſe videtur, deceptum potius Aelianum eſſe aut illius librarios, quam

Athenaeum. Ac ſane, quamvis alioqui laudetur Demetrii Phalerei adminiſtratio reipublicae, & aucti per eum civitatis reditus; (conf. Laërt. V. 75. & Strab. IX. pag. 398.) nihil tamen magnopere impedit, quo minus credamus multa eum etiam privatae luxuriae cauſſâ profudiſſe. Facile praeterea credi poteſt, multa adverſus eum a multis, praeſertim poſt Caſſandri mortem invidioſe & mendaciter dicta atque ſcripta fuiſſe, & praeſertim a *Duride Samio*, e cuius Hiſtoriis iſta refert Athenaeus; quem quidem ſcriptorem & alia multa adverſus Athenienſes mentitum eſſe, Plutarchi teſtimonio novimus, in Pericle pag. 167. Nec vero illud profecto incredibile aut inauditum, hominem & philoſophiam profeſſum, & cuius talia praecepta celebrata eſſent, quale illud *Demetrii Phalerei*, (apud Laërt. V. 80.) *Iuvenes oportere domi parentes, in itinere obvios, in ſolitudine vero ſe ipſos revereri;* eumdem tamen ſecreto nonnumquam turpibus voluptatibus operam dediſſe. Neque vacaſſe eâ culpâ Phalereum Demetrium, ſatis ex eis quae de eodem Laërtius adfert intelligitur: quamquam & hac parte exaggeratum fortaſſe nonnihil a *Duride* eſt; a cuius tamen narratione neutiquam diſſentit *Caryſtii Pergameni* teſtimonium, quod continuo ſubiicitur.

c Θοίνας τε &c. Sic neceſſario ſcriptum oportuiſſe (τε, non δὲ) orationis conſecutio manifeſte indicare nobis videbatur. Ex ms. *A.* quidem nihil adnotatum: ipſa autem iſta verba, usque ἔχων, deſunt *Epit.* *Ibid.* τῇ δὲ καθαρειότητι. Dedit hoc ms. *Ep.* quod non aſpernandum duxi. Vide II. 65. d. & ibi notata; item Anim. ad III. 74. d.

d ἀνθινά τε (temere ἄνθινά τε in ed. Caſ. ſed recte in eiusdem Animadv.) πολλὰ τῶν ἐδαφῶν ἐν τοῖς ἀνδρῶσι κατεσκευάζετο διαπεποικιλμένα ὑπὸ δημιουργῶν. »*Multa in an-*» *dronibus pavimenta conſiebant florida, picturata ab artificibus* » *muſivariis.* Graeci veteres hos artifices ψηφοθέτας voca» bant, ut dictum eſt ad Suetonium: [v. ad Sueton. Iul. c. » 46.] recentiores, imitati Latinos, μουσιοῦν uſurpant pro *pi*» *cturare de muſivo.* μουσίωμα illis opus eiusmodi. μουσιώτης, » *artifex muſivarius.* ἀνθινὰ *pavimenta* appellat, vel *picta mul*» *tis diverſis coloribus*, vel *in queis veri flores depicti.*« CASAUB. — De voc. ἀνδρῶν vide eiusdem Animadv. ad IV. 148. b.

ὁ τοῖς ἄλλοις τιθέμενος δεσμοὺς Δημήτριος. Haud dubie ad *Phalereum* hoc pertinet: de quo loquens Strabo l. IX. pag. 398. ait: οὐ μόνον οὐ κατέλυσε τὴν δημοκρατίαν, ἀλλὰ

καὶ ἐπηνόρθωσε· δηλοῖ δὲ τὰ ὑπομνήματα ἃ συνέγραψε περὶ τῆς πολιτείας ταύτης ἐκεῖνος. Edidit autem cum alia huc ſpectantia, tum περὶ τῆς Ἀθήνησι Θεσμοθεσίας *libros quinque*; teſte Laërt. V. 80. Adde quae de νομοθεσίᾳ Demetrii, etiam apud Ptolemaeum, collegit Menagius ad Laërt. V. 77. Iſtud quoque, quod ſubiicitur, de *artis lenociniis quibus formae ſpeciem conciliare ſtuduit*, ad *Phalereum* potius quam ad *Poliorceten* pertinere, PERIZONIUS demonſtratum ivit, ad Aelian. IX. 9. Monuerat etiam h. l. CASAUBONUS: » Quod *Demetrius* ἐπεμελεῖτο καὶ τῆς ὄψεως, arguit *Callible-*» *phari* cognomen, ab hoc ſtudio illi inditum. « — Non *Calliblepharum* quidem, ſed eamdem in ſententiam Χαριτοβλέφαρον cognominatum fuiſſe reperio, apud Athen. XIII. 593. f. & apud Laërt. V. 76. indeque apud Suidam, in Δημήτριος Φανοστράτου.

e ἐν δὲ τῇ πομπῇ τῶν Διονυσίων ἣν ἐπεμψεν (ſic ms. *A*. non ἔπεμπεν) — — ἡλιόμορφος προσηγορεύετο. Videri hoc poterat ad *Poliorceten Demetrium* ſpectare, ad eam ſcilicet rem quae a Noſtro lib. VI. cap. 62 & ſeq. expoſita eſt, ubi etiam exhibetur carmen Ithyphallicum, in quo (pag. 253. e.) ἥλιος δ' ἐκεῖνος in Poliorceten Demetrium dici legimus. At propius ſi ſpectaveris, longe diverſa ratio eſſe intelligetur. Nam, ut alia taceam, *Demetrius* is, de quo hîc agitur, eodem tempore *archon* fuit *Athenis*: at Poliorcetes Demetrius, Antigoni filius, quo tempore illa in eius honorem panegyris inſtituta eſt, de qua ſuperiori loco agebatur, *Rex* ab Athenienſibus & *Servator* nominatus erat; atque ipſum etiam nomen illius dignitatis, quam qui gerebant *Archontes* vocabantur, abrogatum erat, teſte Plutarcho in Demetrio, pag. 893. (conf. Weſſeling. ad Diodor. lib. XX. c. 73. l. 22.) Annus is fuit ſecundus Olympiadis CXVII. (Diodor. Sic. XX. 45 ſq.) *Phalereus* vero *Demetrius*, ſervatâ veteris reipublicae formâ, *Archon* creatus erat Olymp. XCVII. 4. teſte Diodoro, XX. 27. Porro ἡλιόμορφος adpellatus eſt hic Demetrius; id eſt, *facie* vel *formâ Soli ſimilis*; alter, *Sol ipſe*. Quid quod hîc adponuntur ipſa carminis verba, longe diverſa ab illis quae in Ithyphallico carmine leguntur. Praeterea iſtud carmen totum *in Demetrii honorem* compoſitum; hoc contra *in Bacchi honorem*, cuius laudes *archon Demetrius* (obiter ἡλιόμορφος adpellatus a choro) celebrat. Denique ipſe *numerus libri Hiſtoriarum Duridis*, quem utroque loco diſerte

nominavit Athenaeus, argumento esse poterat, in hac e narratione, quae e *Duridis libro decimo sexto* desumta est, de *Phalereo Demetrio* agi; quum illa de Demetrio Poliorcete, quae tertio anno post gesta sunt, *libro vigesimo secundo* ab eodem *Duride* exposita fuerint.

ἦδεν χορὸς εἰς αὐτὸν ποιήματα Σειρώμενος τοῦ Σολέως, ἐν οἷς ἠλιόμορφος προσηγορεύετο·

Ἐξόχως δὲ εὐγενέτας ἠλιόμορφος
ζαθέοις ἄρχων σε τιμαῖς γεραίρει.

» Assentior *Dalecampio*, legenti ποιήματα Καστορίω» νος τοῦ Σολέως. Eius poëtae facta mentio libro decimo » extremo. « Casaubonus. — At non tam Dalecampium, quam *Paulum* Leopardum nominare doctissimus Animadversor debuerat, cui ille emendationem istam debuit. Et Σολέως, pro eo quod editum erat Σωλέως recte ms. *A.* dedit; in Σειρώμενος vero nil mutat. Quo in nomine peccatum esse a librariis non equidem dubito: sed pura puta *coniectura* Leopardi erat, cum Καστορίωνος corrigendum censeret, Emend. lib. VI. cap. 20. (in Gruteri Thes. Crit. T. III. p. 121.) *Castorionem* illum *Solensem* poëtam nemo alioquin novit, nisi ex frigidis quibusdam in *Panem* compositis versibus, quos e Clearcho Solensi auctor noster adposuit, lib. X. pag. 454 extr. & seq. Neque ita clara illius nominis vestigia in huius loci scriptura insunt, ut insignior aliqua veri species coniecturae illi inde accedat. Poteramus certe, si quid inde lucraremur, alias atque alias de nomine, quod hîc corruptum legitur, coniecturas facere nihilo minus probabiles. *Chori verba*, continuo tenore vulgo edita, in *tres versiculos* (quam recte, doctiores viderint) distribuimus. Illud vero fidenter faciendum duximus, ut pro ἠπιόμοιρος, quod hîc nullo sensu & contra manifestam auctoris mentem legebatur, ἠλιόμορφος corrigeremus: de quo Kuhnius monuerat, ad Aelian. Var. Hist. XII. 14. Vulgatam quidem scripturam tenet uterque codex mstus, qui tamen paulo ante in ἠλιόμορφος consentiunt. Epitomae auctor, cum eamdem scripturam ἠπιόμοιρος in suo exemplari reperisset, speciem quamdam conciliaturus errori, ita scripsit: ἐν οἷς ἠλιόμορφος προσηγορεύετο· ἐξόχως τε εὐγενέτας· ἠπιόμοιρος. Quem locum ob oculos habens Eustathius, ad Od. ζ'. pag. 456. c. priora verba adposuisse satis habens, omisit postremum verbum. Dalecampius, vulgatum tenens, *in-*

e *genium mite ſortitus* latine reddidit. Similiter Gallici interpretes, *le coeur plein de bonté.* At dubitari non poteſt, vocabulum ἡλιόμορφος, quod ipſum maxime notare voluerat Athenaeus cum Duride, in iſtis verſiculis poni debuiſſe. αἰτίαν ἔχων ὡς τὰ Ἐπιφάνεια τοῦ ἀδελφοῦ θύων. DALECAMPIUS: *eo praetextu quod occiſo fratri ſe parentalia ſacrificare diceret.* Et *idem* in orâ: »Ἐπιφόνια, quaſi *peremptalia*, aut »*peremptoria*: non ἐπιφάνεια.« — Multis modis rectius doctiusque CASAUBONUS: »Sequitur, inquit, *Demetrium occiſo fratre ipſius Himeraeo ab Antipatro, cum Nicanore verſatum eſſe*, αἰτίαν ἔχοντα ὡς τὰ Ἐπιφάνεια τοῦ ἀδελφοῦ »θύοντα: id eſt, *credente vulgo*, [vide Animadv. ad IX. »368. b.] *fratri ſuo Epiphania ſacra ipſum facere.* Impietatis »crimen eſt, quod hîc Demetrio impingitur: quaſi ille »fratrem ſuum in Deorum numerum retulerit, & more »caeterorum Deorum ſtatis ſacrificiis feſtisque colere in»ſtituerit; conſecrato honori eius die, quem *Epiphania* »appellabat. Graeci ἐπιφανείας *Deûm* vocant *eorum praeſentiam in terris*, quando vel oculis ſpectandos ſe exhi»berent, vel aliquo modo praeſentiam ſuam teſtatam fa»cerent. Dionyſius Halic. libro ſecundo: [cap. 68.] Πάνυ »δ' ἄξιον καὶ τὴν ἐπιφάνειαν ἱστορῆσαι τῆς θεᾶς, ἣν ἐπε»δείξατο ταῖς ἀδίκως ἐγκληθείσαις παρθένοις. Idem paullo »poſt Epicureos graviter reprehendit, & omnes philoſo»phos, τοὺς διασύροντας τὰς ἐπιφανείας τῶν θεῶν. In Grae»corum hiſtoriis frequens dictio eſt ἐπιφάνεια, hoc ſenſu. »Cicero *praeſentiam* latine vertit, cum ait in ſecundo DE »Naturâ Deorum: *Itaque & in noſtro populo, & in caeteris, »Deorum cultus religionumque ſanctitates exſiſtunt in dies maiores atque meliores. Idque evenit non temere, nec caſu: ſed »quod praeſentiam ſaepe ſuam Divi declarant.* ὅτι πολλάκις τὴν »ἐπιφάνειαν αὐτῶν οἱ θεοὶ ἐπιδείκνυνται. Et libro extremo: »*Praeterea ipſorum Deorum ſaepe praeſentiae quales ſupra com»memoravimus*, &c. Inde ſunt inſtituta *feſta Epiphania* ad »celebrandam memoriam alicuius Deorum ἐπιφανείας. Sic »populus Chriſtianus *Epiphania* appellavit diem conſecra»tum in honorem & memoriam τῆς πρώτης ἐπιφανείας »Domini noſtri Ieſu Chriſti. Sic *Demetrius Phalereus*, ut »ex hoc loco apparet, *Epiphania fratris ſui*, crudeliter *ab »Antipatro trucidati* (ut legere eſt apud Plutarchum in »Demoſthene, & in Excerptis Photii ex Arriani hiſtoriis »τῶν μετὰ Ἀλέξανδρον) agitabat. Exiſtimo autem, De-

» metrio fratrem in quiete viſum, aut tale quid acci-» diſſe, quod eum impulerit, ut ei *Epiphania* faceret, & » privatam hanc ſolennitatem inſtitueret. Veteres Athe-» nienſes impietatis eos arceſſiſſe, qui defunctis honorem » ullum Diis proprium haberent, teſtis eſt Attica hiſtoria: » & nota omnibus calumnia in Ariſtotelem. «

Κασάνδρῳ δὲ γενόμενος φίλος, &c. Haec quin ad *Phalereum* ſpectent, dubitari non poſſe videtur. *Ibid.* τρεῖς f συνοικίας. συνοικία, *inſula in urbe, ampla domus multarum aedium;* (conf. PERIZON. ad Aelian. XIII. 12.) praeſertim vero, *quam dominus aliis habitandam elocat*, ut docuit REISKIUS, in Ind. Graec. Aeſchin.

Θεόγνιν. » *Theognis, deliciae Demetrii*, in msstis eſt » Δίογνις. « CASAUBONUS. — Illi *mssti*, ſunt codices *Epitomae:* atque etiam noſter ms. *Ep.* Δίογνιν habet; ſed adpoſitis ſuperne duobus punctis, quibus in hoc codice notari ſolet vitioſa aut ſuſpecta ſcriptura.

περιπατ. παρὰ τοὺς Τρίποδας. » *Tripodes:* Athenis via, » ſic dicta quod in ea ſtarent dicati aenei tripodes. Pau-» ſanias. « DALECAMP. — Pauſanias lib. I. c. 46.

AD CAP. LXI.

Νικόλαος — ἐν τῇ δεκάτῃ καὶ εἰκοστῇ τῶν Ἱστ. Haud a dubie mendoſus prior numerus. Sed quid ſcripſerit Athenaeus aegre divinias. *Ibid.* Λεύκολλον, φησὶν, &c. » De » *Lucullo*, plura auctor libro ſexto ſub finem. « CASAUB. — Vide ipſum extremum caput illius libri. Utque ibi Λεύκολλος habent mssti cum editis, ſic rurſus h. l. codex ms. uterque recte, & ex conſtanti uſu Graecorum ſcriptorum. *Ibid.* ἐξωκεῖλαι. Ad iſtam editionum omnium ſcripturam nihil hîc e ms. *A.* adnotatum: quare ferendam putavi ob ea quae ad p. 521. adnotavimus. Omiſſum id verbum cum aliis nonnullis in *Epit.* *Ibid.* δυεῖν βασιλέων. Sic recte ambo mssti, non βασιλέοιν. Ubi *numerus binarius* diſerte adiicitur, ibi nil opus eſt, ut *ſubſtantivum* nomen in *dualis numeri formâ* ponatur. δυεῖν pro δυοῖν, etiam in maſculino genere poſitum apud Noſtrum iam ſubinde obſervavimus. Tenent quidem eamdem formam mssti cum editis.

Διαβόητος δ' ἦν παρὰ Ῥωμαίοις καὶ Σίττιος ἐπὶ τρυφῇ καὶ μαλακίᾳ. Neminem turbet, quod DALECAMPIUS, in verſione quidem *Sittium* tenens, in orâ adnotavit: » Quidam legunt: *Famoſos etiam ob luxum & mollitiem apud*

» *Romanos Quinti filios Rutilus fuiſſe tradit;* ut de Arrii gna» tis hoc dicatur, de quibus Horat. Sat. 3. lib. II. *Quinti* » *progenies Arrii, par nobile fratrum* &c. « — Et *Sittii* & *Rutilii* nomen tenent libri omnes, quibus quidem uberius Athenaei opus continetur: nam praetermiſſa haec in *Ep.* quam ne viderat quidem Dalecampius. Sed (quod iam ſaepius obſervavimus) ſic ille Interpres *ſuas* interdum *coniecturas* ſolet proponere. Temere vero Gallicus interpres *Sextium* pro *Sittio* in ipſa verſione poſuit. Fuiſſe ſane Romanae familiae nomen Σίττιος, ex Appiano conſtat aliisque ſcriptoribus a Reimaro ad Dion. lib. XLIII. c. 3. laudatis: quamquam is *Sittius*, cuius luxuriam *RUTILIUS* notaverat, nusquam alibi memoratus hodie reperiatur. De *Rutilio* confer Noſtrum, IV. 168. *d. e.* ubi etiam *Apicius* memoratur, quem omnes homines luxuriâ ſuperaſſe Poſidonius ſcripſit. De aliis *Apiciis*, eodem nomine famoſis, vide quae notavimus ad lib. I. pag. 7. a.

b Παυσανίαν δὲ καὶ Λυσ. Rectius hoc eſſe iudicavi, quod editum erat, quam Παυσανίαν τε, quod eſt in ms. *A.* Sed fortaſſe veriſſimum erat quod habet ms. *Epit.* Καὶ Παυσ. δὲ καὶ Λυσ.

In *THEOPOMPI* ſermone de *Lysandro*, καὶ θεραπεύειν δυν. ſcripſimus praeeunte ms. *A.* In *Epit.* omiſſa iſta verba. Dein, ἡδονῶν ἁπασῶν uterque codex ms. dedit.

AD CAP. LXII.

c Παῤῥάσιον τὸν ζωγράφον &c. »De *Parrhasio* iterum » libro ultimo. « CASAUBONUS. — Vide XV. 687. b. c. & ibi adnotata. Etiam haec quae de *Parrhaſio* hîc habet Noſter, eadem in Variarum ſuarum Hiſtoriarum libro nono retulit Aelianus, cap. XI. quo in libro ille, quae de *hominibus luxuriae nomine famoſis* commemoravit Athenaeus, pleraque eodem fere ordine ac tenore, nonniſi dictionem ſubinde ſuo ſtylo mutans, deſcripſit. *Epitoma* h. l. ita habet: Ὅτι Παῤῥάσιος ὁ Ἐφέσιος ζωγράφος πορφύραν ἀμπεχόμενος &c. ubi illud ὁ Ἐφέσιος ſuo arbitratu adiecit Breviator, *patriae* nomen huc transferens e ſequente Epigrammate, cuius nonniſi primum verſum dein adpoſuit.

οὗτος γὰρ παρὰ μέλος ὑπὲρ τὴν γραφικὴν τρυφήσας. Omiſit iſta Breviator. Si vera ſcriptura ὑπὲρ τὴν γραφικὴν, videtur praemittenda fuiſſe particula coniunctiva, παρὰ μέ-

λος καὶ ὑπὲρ τὴν γρ. Si eſſet ὑπὲρ τῆς γραφικῆς, ſententia haec foret, *praeter modum ob artem ſuam ſe efferens.* Quam in ſententiam Plinius ait: *Foecundus artifex: ſed quo nemo inſolentius & arrogantius ſit uſus gloriâ artis.* Sed nil mutandum: rurſus ſimillimo modo pag. 687. b. ſcriptum, παρὰ μέλος ὑπὲρ τὴν ἑαυτοῦ τέχνην τρυφήσας.

Ἀβροδίαιτος ἀνὴρ &c. »*Habrodiaetum*, inquit Plinius, *ſe* d »*appellavit Parrhaſius*; reſpiciens verſum hîc deſcriptum.« Casaubonus. — Plinium vide lib. XXXV. cap. x. ſect. 36. num. 5. Quo vero potiſſimum ſenſu vocabulum ῥαβδοδίαιτος ceperit is, qui illud adſcripſiſſe fertur, haud certo definiam equidem; nec multum intereſſe videtur. In ed. Ven. & Baſ. omiſſa ſunt iſta omnia, καί τις ὑπεραλγήσας, & quae ſequuntur usque τάδ' ἔγραψε: ita ut ab illo hexametro, qui ſolus ſtatim adponitur, continuo pergatur ad pentametrum, qui illum in ſubiecto Epigrammate excipit. Quae deerant, ea ſupplevit *Caſaubonus*; eademque habet noſter ms. *A.* & maiorem partem etiam *Ep.*

Quae ſubiiciuntur *Epigrammata* tria, Analectis ſuis inſeruit Brunckius, T. II. pag. 60. cuius ſimul conferendae Notae & Emendationes, T. III. pag. 138. In *primi Epigrammatis verſ.* 1. pro τάδε γράψε, rectius diviſis vocibus τάδ' ἔγραψε ſcripſit idem vir doctus: eodemque modo in ms. *A.* distinctae ſunt voces, poſtremo vero verbo adiecta ν litera, ἔγραψεν. Eodemque prorſus modo, τάδ' ἔγραψεν, editum etiam erat pag. 687. b. & hîc paulo ſuperius, τόδ' ἔγραψε, ubi primus verſus ſolus adponitur. *Verſ.* 3. Cum ὅς γ' ἀνέφυσε, ut editum repererat, ſic *Brunckius* tenuiſſet, perſpecte Iacobs in Animadv. Vol. II. P. 1. pag. 185. monuit, mire ineptam ſibi eo loco poſitam videri γε particulam, & ὅς νιν ἔφυσε legendum propoſuit. Et ignorat ſane importunam voculam vetus noſter codex, labante quidem metro; cuius commodum fulcrum adhibuimus ex docti Viri emendatione, qui recte etiam monuit nihil incommodi hîc habere *tertiae perſonae pronomen:* quo tamen ſi quis fuerit offenſus, is facili negotio ὅς μ' ἀνέφυσε corriget. *Verſ.* 4. πρῶτα φέροντα τέχνης. Inſolentiorem dictionem πρῶτα φέρειν, pro φέρεσθαι, contra ea quae a Weſſelingio & Valckenario ad Herodot. IX. 78. disputata ſunt, defendit Iacobs l. c.

Ἤνχησε δ' ἀνεμεσήτως. Dalecamp. *nec citra invidiam.* Cuius rationem ſecutus Gallicus interpres, legere ſe ait,

Ηὔχησε δ' αὖ νεμεσητῶς. Immo vero in iſtam ſententiam, οὐ κ ἀνεμεσήτως ſcripturus auctor fuerat: & ſic correcturus eram equidem, ſi quid mutato opus eſſe cenſuiſſem. Sed in vulgata ſcriptura adquieſcendum putavi. Primum epigramma reprehenſores inveniſſe dixerat auctor: nunc ait, neminem commemorari, qui hoc alterum reprehendiſſet. Poterat etiam hoc reſpectu *minus invidioſum* hoc epigramma videri, quod, quamvis ſua arte mirum in modum glorietur *Parrhaſius*, tamen ad extremum profiteatur, *nihil effici a mortalibus poſſe, quod non ſit reprehenſioni obnoxium:* quodque ipſe faſſus ſit, *incredibilia ſe dicere.* Confer quae ad eadem verba adnotavit *Caſaubonus*, in Animadverſione paulo inferius ſubiectâ.

Sed videamus ipſum Epigramma. Cuius primum verſum ita ſcripſimus:

e Εἰ καὶ ἄπιστα κλύουσι λέγων τάδε, φημὶ γὰρ ἥδη.

Mire vero turbata haec erant in editis: aliquantulo minus in membranis. In ed. Ven. totus locus ſic deſcriptus erat.

Ηὔχησε δ' ἀνεμεσήτως·

Ἐν τούτοισι καὶ ἄπιστα κλύουσι λέγω (ſic)
φημὶ γὰρ ἥδη τέχνης εὑρῆσθαι
τέρματα τῆσδε σαφῆ χειρὸς ὕφ' ἡμετέρης. ὑπέρβλητος
δὲ πέπηγεν
οὖρος ἀμώμητον δ' οὐδὲν ἔγεντο βροτοῖς.

Aliter digeſti ſunt verſus in ed. Baſ. atque etiam verba nonnulla mutata, in hunc modum: Ηὔχησε δ' ἀνεμεσήτως ἐπὶ τούτοισι, καὶ ἄπιστα κλύουσι λέγων.

φημὶ γὰρ ἥδη,
τέχνης εὑρῆσθαι τέρματα τῆσδε σαφῆ
χειρὸς ὕφ' ἡμετέρης, ἀνυπέρβλητος δὲ πέπηγεν.
οὖρος ἀμώμητον δ' οὐδὲν ἔγεντο βροτοῖς.

Quae ob oculos habens DALECAMPIUS, ſic interpretatus eſt: » *Gloriatus quoque eſt arroganter, nec citra invidiam quam-* » *vis audientibus narraret incredibilia, de ſua peritia, in his* » *quoque:*

Iam vero nunc aio,
huius artis finem invectum eſſe
meis manibus: at inſuperabilis me hîc affixit
terminus; ſic mortalium cuivis eſt quod conqueratur.

Qui illud recte viderat, tollendam poſt πέπηγεν (*verſ.* 3.) diſtinctionis notam, & poſt οὖρος (*verſ.* 4.) ponendam: ſed vocem οὖρον perperam accipiens, ad vocabulum *terminus*

hanc Notam in orâ retulit: »In eius sepulcro videntur e »haec scripta fuisse.« — CASAUBONUS, universam editionis Basileensis scripturam adcurate tenens, (nisi quod recte post οὖρος (*vers.* 4.) non post πέπηγεν, orationem distinxit) ad totum locum haec adnotavit: »Alibi dixi»mus, ὅρον aut πέρας alicuius rei dici, quod volumus in»telligi *summum* esse. Sic πέρας φιλίας, ὅρος πενίας, *sum»ma amicitia, summa paupertas.* πέρας τέχνης, *ars perfecta,* »*cui nihil possit addi.* [Vide l. 12. b. & IX. 377. a. & utrobique notata.] »Cocus apud Hegesippum: [apud Athen. VII. 290. b.]

»Οὐκ· ἀλλὰ τὸ πέρας τῆς μαγειρικῆς τέχνης
»εὑρηκέναι ταυτὸν νόμιζε μόνον ἐμέ.

»Sic in descripto hîc Epigrammate, postquam dixit *Par»rhasius, sibi inventa artis suae* τέρματα: addit, ἀνυπέρβλη»τος δὲ πέπηγεν οὖρος· ἀμώμητον δ' οὐδὲν ἔγεντο βροτοῖς. »Pessime viri docti ista acceperunt, qui οὖρον sive ὅρον *tu»mulum* interpretati sunt. Nihil ineptius. Nam *Parrhasius* »pergens in gloriatione consummatae artis: *Haeret*, in»quit, *terminus*, *nulli* pictori *superabilis. Caeterum nihil est in »rebus humanis, quod reprehensioni non sit obnoxium.* Venu»sta plane epigrammatis clausula. Ubi autem legerunt in»terpretes μωμήσασθαι pro *conqueri?* Iidem, [at omnes illi, quos *plurali numero* dicit, *interpretes*, non sunt nisi unus Dalecampius; nam ad Natalem Comitem hoc non spectat, cuius etiam perraro rationem habuit Animadversor] »cum »in praecedentibus hisce verbis, Ἤὔχησε δ' ἀνεμεσήτως ἐπὶ »τούτοισι καὶ ἄπιστα κλύουσι λέγων, negationem desi»derari animadvertissent, quod nimis certum est: ante vo»cem ἀνεμεσήτως eam collocarunt: quod non probamus »nos, qui ita potius scribendum censemus: Ἤὔχ. δ' ἀνεμεσ. »ἐπὶ τούτοις, ἅτε οὐκ ἄπιστα τοῖς κλύουσι λέγων. »Id est: *Gloriatus est citra invidiam, facile credentibus qui au»diebant cum diceret*, ea nimirum quae deinceps sequuntur. »Si cui placeat magis τὸ, οὐκ ἀνεμεσήτως, dicemus re»spexisse Athenaeum iudicium illud, quo magnis suffra»giis superatus est Parrhasius a Timanthe Sami.« — Principium Epigrammatis non attigit doctissimus Animadversor. Cuius rationem primum secutus BRUNCKIUS, Analector. T. II. p. 601. idem deinde in Notis & Emendd. T. III. pag. 138. collato Aristidis testimonio in Orat. περὶ τοῦ Παραφθέγματος, pag. 386. (ubi sic vulgo scribitur: ἀλλ'

ε ἐμὲ πρώην ἀνὴρ ἑταῖρος – – ζωγράφου τι ἐπίγραμμα ἐξεδίδασκε τουτονὶ κἄπιστα κλύουσι λέγω τάδε· φημὶ γὰρ ἤδη &c.) primum Epigrammatis verſum, permutatis inter ſe duorum verborum ἄπιστα & κλύουσι ſedibus) ſic conſtituendum cenſuit:

»Οὐχὶ κλύουσιν ἄπιστα λέγω τάδε· φημὶ γὰρ ἤδη.«

Iacobs, in Animadv. in Anthol. Vol. II. P. 1. pag. 189. videndum ait, ne minori mutatione ſic concinnandus verſus fuerit:

»Οὔ κεν ἄπιστα κλύουσι λέγω τάδε· φημὶ γὰρ ἤδη.«

Fiorillo, Obſervation. in Athen. pag. 95. »veriſſime reponere« ſibi viſus eſt:

»Κἀγὼ ἄπιστα κλύουσι λέγω τάδε. &c.«

Nobis primora Epigrammatis verba in ipſa librorum Athenaei ſcriptura haud admodum obſcure latere videbantur. Nam τούτοισι καὶ, ex pravo veteris noſtri librarii uſu, valet τούτοις εἰ καὶ. Igitur, acceptâ (ut par erat) ex Ariſtide voculâ τάδε, ad complendum verſum neceſſariâ, oriebatur verſus commodiſſime habens, qualem edidimus:

Εἰ καὶ ἄπιστα κλύουσι λέγω τάδε· φημὶ γὰρ, ἤδη.

Ubi poſt τάδε, apodoſeos cauſſâ ad protaſin Εἰ καὶ &c. relatae, ſubintelligitur ὅμως λέγω, vel οὐδὲν ἧττον λέγω. *Licet incredibilia audientibus dicturus ſim haecce, nihilo minus dicam. Aio enim, iam artis huius repertos eſſe terminos*, &c. ſive (ut Plinius eadem Graeca verba l. c. latine reddidit) *artem hanc a me iam eſſe conſummatam.* Pro λέγω, neſcio an λέγων habeat vetus cod. *A.* Ad hanc ſcripturam quidem λέγων, quam ed. Caſ. ex Baſ. acceperat, nihil ex cod. msto adnotatum eſt: & ferri etiam utcumque hoc poſſit. Commodius tamen videtur λέγω, quod & apud Ariſtidem reperitur, & apud Noſtrum in Veneta editione, niſi quod in hac temere *iota* ſub ω ſubſcriptum ſit; quod quidem operarum errore factum videtur, quae *punctum*, quod *poſt* λέγω ponere debuerant, ſub extremâ verbi literâ poſuerunt. Denique haud dubie verum eſt id, quod ed. Ven. cum ms. *A.* dedit, ἐν, non ἐπὶ τουτ. ut ſit ἐν τούτοις, *in hisce*, nempe *in his verbis*, quae continuo ſubiiciuntur: quâ formulâ ἐν τούτοις nulla apud Deipnoſophiſtam noſtrum frequentior. *Epitomae* auctor totum locum his verbis expedivit: Ἤὔχε δὲ οὗτος, τὰ τῆς τέχνης εὑρῆσθαι αὐ-

τῷ τέρματα. ἐπάγων καὶ ὅτι ἀνυπέρβλητος αὐτῷ πέπηγεν οὖρος· ἀμώμητον δ' οὐδὲν ἐγένετο βροτοῖς.

Ἀγωνιζόμενος δέ ποτε πρὸς καταδεέστερον ἐν Σάμῳ τὸν Αἴαντα. Quemadmodum ἀγωνίζεσθαι στάδιον Graeci dicunt, *inire certamen curſus in ſtadio*, & ἀγωνίζεσθαι δρᾶμα πρός τινα, *de fabulâ docendâ cum aliquo certare*, & alia ſimilia: ſic *Parrhaſius* hîc dicitur ἀγωνιζόμενος τὸν Αἴαντα πρὸς καταδεέστερον, *decertaſſe de pingendo Aiace* (nempe, de illius contentione cum Ulyſſe ſuper armis Achillis) *cum pictore qui in arte erat inferior.* Haec paulo enucleatius Aelianus his verbis expreſſit: Τὸ δὲ ἐπίγραμμα (*titulus* vel *argumentum picturae*) ἦν αὐτῷ ὁ Αἴας ὑπὲρ τῶν ὅπλων τῶν Ἀχιλλέως ἀγωνισάμενος πρὸς τὸν Ὀδυσσέα. Pro eo quod Athenaeus ait, πρὸς καταδεέστερον: idem Aelianus ſuo arbitratu ſcripſit, συνέτυχε δὲ ἀντιπάλῳ οὐ κατὰ πολὺ ἐνδεεστέρῳ αὐτοῦ. De eadem re Plinius l. c. ſic ſcribit: *Magnis ſuffragiis ſuperatus a Timanthe Sami in Aiace armorumque iudicio, herois nomine ſe moleſte ferre dicebat, quod iterum ab indigno victus eſſet.*

στρόφιον λευκὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς εἶχεν. Poſtremum verbum, quod deerat editis, uterque dedit codex ms. De vocab. στρόφιον conf. Toup in Suid. P. III. pag. 445 ſq. f

σκίπωνί τε ἐστηρίζετο χρυσᾶς ἕλικας ἐμπεπαισμένῳ. Recte σκίπωνί τε dedere ambo mssti: quod vocabulum & Euripidi, in Hecub. 65. & Ariſtophani in Veſp. 727. e mſstis codicibus reſtituit BRUNCK: cuius vide utrobique Notas, & confer PORSONUM ad Eurip. l. c. Etiam apud Aelianum in eadem narratione, IX. 11. κατεῖχε δὲ σκίπωνα ſcribitur. Cf. Noſtrum, XII. 553. e. χρυσᾶς ἕλικας, *aureas veluti capreolas* reddidit Dalecamp. de *vitium capreolis* cogitans, quae ἕλικες vocantur. χρυσὰς ſuo more habet ms. *A.* quemadmodum & πορφυρὰς, & ſimilia, pro χρυσᾶς, πορφυρᾶς. De verbo ἐμπαίειν dictum ad XI. 488. b.

χρυσοῖς δὲ ἀναστάστοις (ſive ἀναστάστοις) ἐπέσφιγγε τῶν βλαυτῶν τοὺς ἀναγωγέας. Dalecampius: *aureis habenis adſtringebat calceorum anſas.* Aeliani interpres: *aureis fibulis ſuperne calceamentorum ligulas conſtringebat:* nempe *ligulas*, a ligando nominatas, *corrigias* dicens ſive *lora*, quibus ligatur calceamentum. (Vide Voſſii Etymologicon, voc. *Ligula.*) Quem reprehendens PERIZONIUS, & rectius a Dalecampio expoſita iſta verba pronuncians, τοὺς ἀναστάστους intelligebat *corrigias*, *vincula*, quae im-

f mittebantur in anſulas, & dein *retro trahebantur*: ἀναγωγέας vero, *anſulas* crepidarum, utrimque ex calceis vel crepidis ſurgentes, quae anſulae per vincula iſta ſurſum ducuntur vel trahuntur. Has easdem *anſulas* idem Perizonius *ligulas* etiam nominans, in verſione ſic poſuit: *& aureis corrigiis calceamentorum ligulas conſtringebat.* Quod mihi plane inverſâ & contrariâ ratione, atque oportebat, factum videtur: rectèque a vetere Aeliani interprete VULTEIO expoſitum hunc locum arbitror. Vocabulum ἀγωγεὺς haud dubie *lorum* ſignificabat Graecis. Heſychius: Ἀγωγεύς· ἱμάς. Suidas: Ἀγωγεύς· ὁ λῶρος. καὶ, Ἀγωγεῖ, ἱμάντι, ᾧ ἄγεται ὁ ἵππος. Cuius uſus exemplum habes ex Xenophonte a Budaeo, & H. Stephano, Theſ. T. I. pag. 67. d. itemque a Küſtero ad Suid. adpoſitum: duo alia ex Polybio notavimus nos in Lexico Polybiano. Quare ἀναγωγεὺς vix aliud quid ſignificare poterit atque *lorum quo aliquid attrahitur* vel *ſurſus trahitur*; & οἱ ἀναγωγεῖς τῶν βλαυτῶν erunt qui aliâs οἱ ἱμάντες τῶν ὑποδημάτων dicuntur, nempe *lora, corrigiae, vincula*, quibus *adducuntur liganturque crepidae & calcei.* Quod τὰς ἀναγωγὰς ſcribitur apud Euſtath. ad Iliad. ξ'. pag. 990. l. 40. id ſive codicis Epitomae, quo ille uſus erat, ſive librariorum qui ipſius Commentarium deſcripſerunt, erratum eſt: noſter quidem codex *Epit.* τοὺς ἀναγωγέας tenet. Et aut hoc ipſum in ſuo etiam codice reperiſſe Euſtathium, aut certe ſuſpicatum eſſe ſic legendum, ſatis ipſe ſignificavit, quum eodem loco, ubi iſta Athenaei verba adfert, moneat vocabulum ἀναγωγεὺς idem valere ac τελαμὼν, nempe *lorum.* Quod vero ibidem mox adiicitur, λέγει δὲ ἡ ἱστορία βλαυτῶν ἀναγωγὰς, τὰ ἰδιωτικῶς λεγόμενα καλάμια τῶν ὑποδέσεων: ſi ipſe ita ſcripſit Euſtathius, tum vero καλάμια *quae* ſuâ aetate *vulgo vocari* ait, niſi velimus manifeſte eum pugnare ſecum & contrarium dicere ei quod modo dixerat, pariter intelligi debebunt *corrigiarum* aut *vinculorum quoddam genus quibus calcei ligantur.* At idem alibi obſervat, (ad Iliad. τ'. pag. 1248. l. 7.) καλάμιον *dici*, χρυσοῦν κοσμάριον, ὃ τοὺς πλοκάμους περιέχει, id eſt, *parvum quoddam ornamentum cincinnos continens.* Quo pertinet quod eſt apud Heſychium: Καλαμὶς, κοσμάριόν τι περὶ τοὺς πλοκάμους: & quod apud Pollucem V. 96. in mundo muliebri recenſentur, κάλαμος καὶ καλαμὶς καὶ ἔντροπον, χρυσᾶ καὶ ἐπίχρυσα πάντα. Quare quum *aureum illud ornamentum, quo*

crepidas *adſtrinxit* Parrhaſius, apud Athenaeum & Aelianum non vocabulo ἀναγωγέας ſignificetur, ſed illis verbis quae vulgo ſic ſcribuntur, χρυσοῖς ἀναστάστοις vel ἀναστάστοις, ſuſpicari licebat Euſtathium loco citato non ſcripſiſſe λέγει δὲ ἡ ἱστορία βλαυτῶν ἀναγωγὰς, τὰ ἰδιωτικῶς λεγόμενα καλάμια τῶν ὑποδέσεων: ſed λεγ. δὲ ἡ ἱστ. βλαυτῶν ἀνὰ στάστους, τὰ - - - καλάμια τῶν ὑποδ. & καλάμια intellexiſſe eum *aureas* quasdam *fibulas*, quibus corrigiarum extremitates *adſtrictae* fuiſſent. Cui tamen coniecturae rurſus repugnare illud videtur, quod hîc καλάμια ait τὰ ἰδιωτικῶς λεγόμενα, id eſt, *vulgo, vulgi ſermone ſic dicta*: altero loco autem, ubi καλάμιον *aureum ornamentum* interpretatur, diſerte adiecit, κατὰ τοὺς παλαιοὺς εἰπεῖν. Sed hoc utcumque ſit: illud certum manere videtur, τοὺς ἀναγωγέας hîc dici *lora, vincula, corrigias*, quibus adducuntur calcei liganturque. Iam hos ἀναγωγέας quum dicatur *adſtrinxiſſe* Parrhaſius, ſive *coërcuiſſe*, (ἐπέσφιγγε) χρυσοῖς ἀναστάστοις vel ἀναστάστοις, vocabulo hoc (quamcumque ſtatuamus veram illius ſcripturam) vix aliud ſignificari potuit, niſi *fibulae aureae*: quae *in calceis*, quoniam *linguae* exſertae ſpeciem referebant (quemadmodum etiam in icone conſpicitur, quam ex Balduino adponi Perizonius curavit) vulgo γλῶτται & γλωττίδες, latine *linguae, lingulae*, & reſciſſâ *n* literâ *ligulae*, dicebantur. Vide Heſych. in Γλώσσας, & Platonem comicum apud Athen. XV. 677. a. Sed de ipſius vocabuli ſcriptura, quod hoc loco & Athenaeus & Aelianus poſuiſſent, oritur dubitatio. Parum quidem diſſentiunt libri. Apud Athenaeum in editionibus omnibus ἀναστάστοις ſcribitur, nec ad hanc ſcripturam aliud quidpiam ex ms. *A.* adnotatum. Quod ἀναπάστοις habet noſter ms. *Epit.* id quidem proprium huius codicis erratum eſt, qui haud dubie ἀνασπάστοις debuerat, quemadmodum apud Euſtathium l. c. & apud Aelianum vulgo ſcribitur. At, quo pacto *fibula* quae ad *conſtringendum* vel *coërcendum vinculum* valeat, ἀνάσπαστὸν aut ἀνάσπαστον (ſive masculam formam ſtatuas, ἀνασπαστὸς aut ἀνάσπαστος) nominari potuerit, difficile dictu fuerit: habent enim haec vocabula paſſivam notionem, ſignificantque *id quod adſtrictum ſit*, non *quod adſtringat coërceatque aliud quidpiam*. Deſiderabatur tale nomen, quod per ſuam formationem ſignificet *instrumentum quo aliquid adſtringatur, attrahatur*,

contineaturque. Habebis autem id ipsum quod quaerimus, si statuas, ἀναστάστροις hîc scriptum oportuisse, & corruptum fuisse a librariis nomen. ἀναστᾷν est *attrahere, contrahere*, & potest etiam pro *adstringere, constringere* poni. Inde legitime deductum fuerit nomen ἀνάστραστρον: quemadmodum ab ἐπιστᾷν formatur ἐπίστραστρον, satis obvium vocabulum.

Quae de *picto a Parrhasio Hercule* subiiciuntur, eadem apud Plinium habes loco supra citato.

AD CAP. LXIII.

a καὶ μονόχρονον αὐτὴν εἶναι. »Μονόχρονον *voluptatem* ap-» pellat auctor ex *Aristippi* sententia, *cuius* sit *unum tempus.* » Vulgo tempus dividitur in praeteritum, praesens & fu-» turum. At *voluptas* Aristippo *unum* dicitur *habere tempus;* » *praesens* nempe: quia praeteritae voluptates non sen-» tiuntur amplius; futurae nondum. Auctor ipse explicat » se: neque aliter accipiendum.« CASAUBONUS. — Notum est, in hoc dein dissensisse ab Aristippo Epicurum, qui & ex praeteritarum etiam voluptatum recordatione, & ex bona spe de futuris, beatam effici vitam statuit.

d Ἀριστίππος μαινόμενος μὲν ὑπὸ τῶν τοῦ Διονυσίου θεραπόντων. Paulo hoc honestius, quam quod apud Laërtium legitur, II. 67. Διονυσίου δὲ προσπτύσαντος αὐτῷ &c.

Ibid. σκωπτόμενος δὲ ἐπὶ τῷ ἀνέχεσθαι. Recte σκωπτομ. mssti; perperam vero iidem cum editis ἐπὶ τὸ ἀνεχ. Dicunt Graeci σκώπτειν τινὰ εἰς τὶ, vel ἐπὶ τινί. Quare ἐπὶ τῷ ἀνέχεσθαι correxi: praeeunte & ALDROBRADINO & MENAGIO ad Laërt. l. c.

Ξενοφῶν ἐν τοῖς Ἀπομνημονεύμασι. Vide *XENOPHONTIS Memorab.* lib. II. cap. 1. *Ibid.* Ἔχω, καὶ οὐκ ἔχομαι. Conf. Menag. ad Laërt. II. 75. Adde Nostrum, XIII. 588. e. *Ibid.* παρὰ Διον. διηνέχθη τισὶ περὶ τῆς ἐκλογῆς τῶν τριῶν γυναικῶν. Nimis breviter & obscure haec dicta. Uberius rem, quam innuit Deipnosophista, narrat Laërtius V. 67.

e καὶ μύροις ἐλούετο. Per se non reprobum erat ἐλοῦτο, quod habent edd. Sed sequi debuimus veterum codicum praescriptum, quorum uterque ἐλούετο dedit.

Ibid. κἀν βακχεύμασιν οὖσ' ἥ γε σώφρων &c. Verba sunt *EURIPIDIS*, in Bacchis, vs. 317 sq. Aliâ occasione pronunciata illa ab Aristippo fuisse tradit Laërt. II. 79. Et facile credi potest, plus semel fuisse ab eodem usurpata.

ALEXIDIS, ex Galateâ, *verſus tertius & quartus* ſic con- e
cepti legebantur in editis:

ἐπέθετο. Κυρηναῖος ἦν
ὡς φησ', Ἀρίστιππός τις σοφιστὴς εὐφυής.

Ibi monuit CASAUBONUS: »Tertius verſus vulnus acce-
»pit in medio. Expleri ſic poteſt:

» — καὶ φιλοσοφεῖν
»ἐπέθετο, ὅτ' Ἀθήνησι Κυρηναῖος ἦν
»ὡς φησ' Ἀρίστιππος.«

In *Epit.* omiſſis primis verſibus, argumentum ſolum re-
liquorum adpoſitum eſt. In ms. *A.* vero *tertius verſus*, unâ
voce auctus, ſic ſcribitur,

ἐπέθετο Κυρηναῖος ἦν ἐνταῦθα.

Eamdem vocem ἐνταῦθα GROTIUS in Excerptis, pag. 563.
ex ingenio ſupplens, in hunc modum conſtituerat verſum:

ἐπέθετο. Κυρηναῖος ἐνταῦθ' ἦν τότε.

Nos, quum verbis, quae membranae habent, nonniſi
unam ſyllabam ad complendum ſenarium deeſſe videre-
mus, certiſſimam rationem in integrum reſtituendi verſus
fore iudicavimus, ſi voculam τις e medio *quarto verſu*,
in quem invito metro invecta erat, in *tertii* finem reiice-
remus. Sic ſervatâ & ſuum in locum reſtitutâ voculâ,
quam prorſus abiecit Grotius, omnia bene habent.

Verſ. 5. De adiiciendo pronomine τῶν, quod poſt f
ἁπάντων ob ſoni ſimilitudinem exciderat, recte monuit
CASAUBONUS.

Verſ. 8 *ſq.* — καὶ τὴν τέχνην μὲν οὐ πάνυ
ἐξέμαθε, τὴν δ' ἀρτηρίαν συνήρπασεν.

»In fine ſcribe, τὴν δ' ἀρτυρίαν συνήρπασε, vel ἀρτυ-
»λίαν. Artem μαγειρικὴν intelligit, ut recte Dalec. Ta-
»men ἀρτηρίαν mssti.« CASAUBONUS. — Sic nempe inter-
pretatus erat DALECAMPIUS:

— »*Sub eoque artis haud ita multum*
»*didicit, verum condimentariam arripuit.*«

Et in orâ notaverat: »ἀρτυρίαν, *culinariam maximo ſtudio*
»*eſt amplexus.*« Eamdem emendationem amplexus GRO-
TIUS, totam eclogam latine ſic reddidit:

Herus meus olim literis operam dedit,
adoleſcens cum eſſet, & promiſit philoſophum.
Tunc Cyrenaeus forte in his locis fuit,
nomine Ariſtippus, doctus, ingenio valens;
qui facile primas ferret aetatis ſuae,

f *ſed idem luxu anteiret caeteros.*
Herus iſti ſeſe in diſciplinam tradidit
dato talento: atque arte de ſapientiae
nil didicit; arte de ſaporis, plurimum.

Extrema verba in eamdem ſententiam reddidere Gallici interpretes, *il attrapa au moins quelques bons avis ſur la cuiſine.* Nobis, licet in contextu nihil auderemus mutare, unice tamen probanda viſa eſt CORAYI noſtri obſervatio, ex reconditis artis & doctrinae theſauris, quibus abundat Vir praeſtantiſſimus, depromta. Ille igitur in *Notis mſstis* ad hunc locum: »Ἀρτυρίαν, inquit, vel ἀρτυλίαν »Dalecampii & Caſauboni ſtare non poteſt. Unice verum »eſt ἀρτηρίαν: dummodo quod mox ſequitur verbum »mutes in συνέσπασεν. Senſus eſt: *& artem quidem non »admodum didicit; arteriam vero* (pulmonis ſcilicet) *rupit:* [ſive, *convulſa eſt ei arteria:*] »id eſt, eo usque ſaginatus »fuit, [& omni generi luxuriae indulſit,] ut *in peripneu»moniam incideret.* Hoc infra, pag. 549. c. de alio helluone ita expreſſit Menander:

»Ἐτρύφησεν, ὥστε μὴ πολὺν τρυφᾶν χρόνον.

»De hoc *pulmonis morbo* loquens Hippocrates (DE Intern. »Affect. ſegm. 2. T. II. pag. 200 extr. ed. van der Linden) »ait: »Ην δὲ ἡ ἀρτηρία σπασθῇ, ἤ τις (lege ἤ τις) »τῶν ἐς τὸν πλεύμονα τεινουσῶν φλεβῶν ταῦτα πάσχει, »κ. τ. λ. Huiusce morbi cauſas alibi (lib. I. DE Morbis, »ſegm. 33. pag. 29.) declarat: in his *frigus poſt compota»tiones ſtrenuas & frequentes:* ὁκόταν πόσιες ἀλέες τε καὶ »ἰσχυραὶ κάρτα λάβωσι - - - ὁκόταν ῥιγώσῃ καὶ ψυχθῇ, »συνέλκεταί τε καὶ συσπᾶται ἤ τε σὰρξ ἢ ἐπὶ τῷ πλευ»ρῷ καὶ τὰ φλέβια.« — Ἀρτηρίαν, ſimpliciter, veteribus Medicis dici *aſperam* quam vocamus *arteriam, quae ab ore in pulmones deſcendit*, monuit Foeſius in Oecon. Hipp. pag. 95. Graecae dictioni reſpondere videtur latina illa apud Plautum, *pulmones diſtrahuntur:* in Curcul. II. 1. 22.

Ἀντιφάνης δ' ἐν Ἀνταίῳ. *Antaeus*, cuius nota fabuloſa hiſtoria, poſſit eſſe *tragoediae* titulus: *comoediae* parum videtur convenire. Comoedias autem ſcripſit *ANTIPHANES:* tragoedias, quod ſciam, nullas. Quare vera videtur ſcriptura, quae alibi apud Noſtrum obtinet, ἐν Ἀντείᾳ: III. 127. b. (ubi vide notata) & XV. 690. a. Fuit autem Ἀντεία, *Antea*, meretricis nomen: a cuius ordinis mulieribus multis Comoediis titulos novimus impoſitos. Et

diſerte etiam comoediam ab *Antea* meretrice denominatam bis memorat Noſter, lib. XIII. pag. 567. c. & p. 586. e. f. ubi tamen mireris non *Antiphanem* nominari auctorem, ſed ignobiliores poëtas *Eunicum aut Philyllium.*

Cum *ANTIPHANIS verſibus*, qui hîc ſubiiciuntur, conferendi ſunt illi *Ephippi*, qui leguntur lib. XI. pag. 509. c. d. ſimili argumento. *Verſ.* 4 *ſq.* »In *quarto* Antiphaneo a »ſcripſimus πιλίδιον ἁπαλὸν, *pileolus delicatus*, ex mſstis. »Prius legebatur πολίδιον, inepte: nec minus inepte, *quin»ti* initio, βεβαία τράπεζα, renuente etiam metro.« CASAUBONUS. — πιλίδιον recte ſcribitur in Epitoma. βαιὰ τράπεζα, a Caſaubono iam in ipſo contextu poſitum, tenuit GROTIUS, *non nimia menſa* in verſione ponens. Sic & Gallicus interpres, *une petite table.* Et ego, cum certius nil haberem, tenui quod Caſaubonus dederat; licet haud ſatis videam quo ſenſu hîc *exigua* vel *modica menſa* commemoretur. Quod ſi in illâ ſcripturâ, βεβαία τράπεζα, quam cum editis habet vetus noſter codex, commodiorem aliquem ſenſum mihi viſus eſſem percepiſſe, metrica quidem ratio me non retinuiſſet quo minus βεβαία reſtituiſſem: poſſit enim vox haec anapaeſtum pedem efficere, penultimâ diphthongo ob ſequentem vocalem correptâ. Sed videndum, ne in voce τράπεζα inſit mendum: pro qua tamen nihil melius nobis occurrebat. In cod. *Ep.* ſic ſcribitur, βαιατράπεζα, quaſi una haec vox eſſet: tum initio vocis ſuperne adſcripta ſyllaba βε. In eodem cod. *Ep.* deinde pro τί μακρὰ &c. τί μικρὸν δεῖ λέγειν ſcribitur, haud dubio errore.

AD CAP. LXIV.

Ἀριστόξενος - - - ἀφίησι παρὰ Διονυσίου τοῦ νεωτέρου πρεσβευτὰς πρὸς τὴν Ταραντίνων πόλιν. »Ne membra»nae quidem antiquae manus aliter haec nobis exhibent »quam ut vulgo eduntur: Ἀριστόξενος δ' ὁ μουσικὸς ἐν τῷ »Ἀρχύτα βίῳ ἀφίησι παρὰ Διονυσίου &c. cum tamen ma»nifeſtiſſimum ſit, ἀφίησι ſcripſiſſe homines imperitos, pro »ἀφικέσθαι φησί.« — Potuerat utique ſic ſcribere Athenaeus ut voluit vir doctus: at, ſi ἀφικέσθαι ſcripſiſſet, deinde non πρὸς τὴν Ταρ. πόλιν (puto) ſcripturus erat, ſed εἰς τὴν Ταρ. πόλιν. Si quid mutato opus eſſet, coniectaturus equidem eram, ἀφεῖσθαί φησι ſcriptum

a oportuiſſe. Sed optime habet id quod conſentientibus noſtris etiam vetuſtiſſimis membranis editum eſt. Ex probatiſſimorum Graecorum ſcriptorum uſu, Ἀριστόξενος ἀφίησι, idem valet ac ἀφεῖσθαί φησι, vel ἀφεῖσθαι λέγει: prorſus ut apud Thomam Magiſtrum pag. 187. aiebat neſcio quis, Γεννᾷ ὁ Πλάτων τὸν οὐρανόν: pro γεννητὸν vel γεγεννῆσθαι λέγει. Quem ad locum plurima exempla eiusdem generis ab HEMSTERHUSIO collecta ſunt, & in illis hoc ipſum quod prae manibus habemus. De eâdem loquendi formulâ recte monuerat Caſaubonus in Notis ad Theophr. Charact. cap. 8. pag. 216. & ad Athen. IX. 387. f. Cuius obſervationis eidem nunc non ſuccurrebat memoria. Conf. XI. 490. a. & ibi notata. Breviator, omiſſis iſtis, caput hoc ab his ſtatim verbis incipit: Ὅτι Πολύαρχος ὁ ἡδυπαθὴς ἐπικαλούμενος, ἐμπεσούσης ποτὲ ἀπορίας &c.

ἐν οἷς εἶναι καὶ Πολύαρχον. Sic ms. cod. uterque cum ed. Ven. Baſ. & Caſ. 3. Temere Πολίαρχον ed. Caſ. 1. & 2. Memoratur tamen Πολίαρχος (nomine ſic ſcripto) apud Aelian. Var. VIII. 4. & ipſe quidem *mollis* homo, ſed Athenienſis, & ab hoc (ut videtur) diverſus.

Ibid. ὄντα δὲ γνώριμον τῷ Ἀρχύτᾳ. Aliud eſt γνώριμος τοῦ Ἀρχύτου, (ſive, Doricâ formâ, τοῦ Ἀρχύτα) *Archytae diſcipulus & familiaris*: aliud, γνώριμος τῷ Ἀρχύτᾳ, *Archytae notus, cui aliqua cum Archyta notitia intercedit.*

b εἰς τὰ τεμένη. DALECAMPIUS, *ad lucum;* adiectâ Notâ: »Tarenti locus is fuit.« — Quod quidem quo auctore ſtatuerit vir doctus, incompertum nobis.

c καταδουλοῦσθαι τὰς ἐπιθυμίας, οὔτε ἔμφρονος &c. »In *Polyarchi* diſſertatione, qua probare nititur ſa»pientis eſſe ἀκολουθεῖν ταῖς ἡδοναῖς, turbant iſta verba: »τὸ δὲ ἀντιτείνειν καὶ καταδουλοῦσθαι ταῖς ἐπιθυμίαις, »οὔτε εὔφρονος, οὔτε εὐτυχοῦς, οὔτε ξυνιέντος εἰδέναι »τίς ποτε ἐστὶν ἢ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως σύστασις. Illud qui»dem non dubium, εἰδέναι perperam ſcriptum eſſe pro »εἶναι: *non eſſe eius qui intelligat* &c. Sed eſt in voce κατα»δουλοῦσθαι nonnulla difficultas. Apud philoſophos, & ſa»crarum etiam literarum auctores, *ſervi cupiditatum* appel»lantur, qui totos ſe illis dediderunt. Si ita hîc accipia»mus, ſenſus erit: *parum ſapere qui adverſantur & quaſi »reluctantur naturae cupiditatibus: & item eos, qui ita ſeſe illis manciparunt, ut ipſis, quaſi dominis, ſerviant.* Optima

» quidem ſententia: ſed an hoc *Poliarchus* (ſive *Polyar-* c
» *chus:* utroque modo enim ſcribitur) voluerit, id vero
» quaeſtionis eſt: non enim videtur haec ſententia ei the-
» ſi quadrare quam ipſe propugnat. Itaque καταδουλοῦ-
» σθαι ταῖς ἐπιθυμίαις potius interpretor, *invitum parere cu-*
» *piditatibus.* De incontinentibus loquitur, qui aſſidue cum
» cupiditatibus ſuis pugnantes, aſſidue ſuccumbunt, & il-
» lis ἑκόντες ἀέκοντι θυμῷ manus dant. Serviunt igitur &
» iſti voluptatibus, non minus quam intemperantes, ſed
» ſerviunt coacti: qui poterant, imo qui debuerant, ex
» huius Thaletis praecepto, naturam ducem ſecuti care-
» re eâ moleſtiâ, & aequo animo frui voluptatibus.« CA-
SAUBONUS. — Haud paulo feliciori ſucceſſu loci huius difficultatem, quae ex pravâ editorum librorum ſcripturâ exſiſtebat, expedivit HEMSTERHUSIUS; ad Thomae Magiſtri obſervationem illam, Δουλοῦμαι τὸν δεῖνα, Ἀττικοί· οὐ δουλῶ: haec monens pag. 249 ſq. » Levis corruptela in
» *Ariſtoxeni* verbis virum ſummum If. Caſaubonum, quod
» miror, habuit exercitum. Scribe vero, τὸ δὲ ἀντιτείνειν
» καὶ καταδουλοῦσθαι τὰς ἐπιθυμίας, *frangere & coër-*
» *cere cupiditates:* ſententia conſtabit, omnis expers difficul-
» tatis.« — Verba, de quibus quaerebatur, praetermiſſa ſunt in *Epit.* Ipſum autem id quod a praeſtantiſſimo viro propoſitum eſt, τὰς ἐπιθυμίας, nobis exhibuere optimae membr. *A.* Eaedem porro, pro edito εὔφρονος, recte ἔμφρονος dedere: ſed in ξυνιέντες εἶδέναι cum editis (quod ſciam) conſentiunt; ubi *Caſauboni* monitum ſecuti, εἶναι poſuimus. Quod paulo poſt ſubiicitur, τεκμήριον δ' ἰσχυρὸν εἶναι, abeſſe ibi infinitivum εἶναι malebam, qui in *Epit.* etiam omiſſus eſt. Sed poteſt ille pendere ab eodem verbo φησὶν, quod praecedebat, quo *naturae vox* ſignificatur. Potuit vero etiam ſuo nomine Athenaeus infinitivo hîc uti, ſubintellecto verbo ἔφη, nempe ὁ Πολύαρχος: nam & in ſequenti diſputatione promiſcue modo finitâ oratione utitur, modo infinitâ.

καὶ εἴ τις που τυραννίδος &c. Non ferendum iudicavi, d
quod poſt νῦν μὲν τοὺς Περσῶν βασιλεῖς vulgo ſcribebatur νῦν δὲ καὶ εἴ τις &c. Iſtud νῦν δὲ haud dubie dormitanti alicui exciderat librario. Ad νῦν μὲν τοὺς Περσῶν βασιλεῖς refertur id quod mox ſubiicitur, πρότερον δὲ τούς τε Λυδῶν καὶ τῶν Μήδων. Ibidem invitis & mſstis libris & ſuperioribus editionibus καὶ τῶν Μήδων βασιλεῖς in ed.

Casaub. legitur, vocabulo βασιλεῖς praeter necessitatem tacite adiecto ab editore. Quod sequitur καὶ ἔτι ἀνώτερον καὶ τοὺς Σύρων: satis notum est, quos praeeuntibus sacrarum literarum monumentis *Assyrios* vulgo vocamus, eosdem a plerisque Graecis scriptoribus *Syros* nominari.

e οὐκ ὀλιγωρητέον οὖν. Sic commode ms. *A.* non ἂν, ut editi. In *Epit.* omnia ista brevius expedita. Et, tollendam quidem ἂν particulam, perspecte etiam CORAYUS monuerat.

AD CAP. LXV.

f τὸν ἡμέτερον τύραννον. Sic recte edd. Ferendum sane non fuisse ὑμέτερον, quod habent veteres membranae, manifestum fit ex initio huius narrationis. τὸν νεώτερον Διονύσιον hîc scripsit Epitomae auctor. *Ibid.* ἐκείνῳ μὲν γὰρ ἥ γε Ἀσία ὅλη χορηγεῖ. »Cum ait, ἥ τε Ἀσία ὅλη, deest »se aliquid apparet, nisi legas ἡ Ἀσία vel ἥ γε Ἀσία. Sed »verius opinor, desiderari unum aut alterum verbum. »Nam Persae tunc temporis praeter Asiam parebat Euro»pae etiam pars aliqua, & Aegyptus fortasse, quam ple»rique ab Asia separarunt.« CASAUBONUS.

a τῆς Σύρων ἐξουσίας. Sic recte ms. *A.* Ad proxima verba notaverat CASAUBONUS: »Scribe, Μήδους δὲ Πέρσαι »διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, non τοιαύτην.« — Recte: & τὴν αὐτὴν dedit ms. *A.* In *Epit.* omissa tota ῥῆσις, inde ab Ὅτι μὲν οὖν περιμαχ. usque ἡδονῶν ἀπόλαυσις.

οἱ δὲ νομοθέται, ὁμαλίζειν βουληθέντες τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, καὶ μηδένα πως τῶν πολιτῶν τρυφᾶν. Articulum τῶν, qui omnino desiderari videbatur, ex *Epit.* adscivi. Verbum ὁμαλίζειν *transitivâ* notione (quam Grammatici vocant) interpretatus est Dalecampius, *mortalium sortem aequare.* Nobis rectius *intransitive* & *absolute* accipi videbatur, ut idem fere valeret ac μετριάζειν.

b ἔγραψαν νόμους περὶ συναλλαγμάτων καὶ τῶν ἄλλων, καὶ ὅσα ἐδόκει πρὸς τὴν πολιτικὴν κοινωνίαν ἀναγκαῖα εἶναι. *Deletâ* καὶ particulâ, iuncta ista malim, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα ἐδόκει πρὸς τὴν &c. Ipsam illam ῥῆσιν, καὶ ὅσα usque ἀναγκαῖα εἶναι omisit Breviator.

καί που τις καὶ ποιητὴς ἐφθέγξατο, Δικαιοσύνας τὸ χρύσεον πρόσωπον. Cuius istud verbum poëtae sit, incertum. *Pindari* esse, haud improbabiliter coniectaverat ERASMUS,

in Adagio *Fictilis homo*, p. 714. Inde in Pindari Fragmentis num. 130. retulit *Schneiderus*. Etiam alterum, Τὸ χρύσεον ὄμμα τὸ τᾶς Δίκας, quis primum protulerit auctor haud constat. Tamquam tritum sermone proverbium adfert Polybius, XXIV. 8, 3. Ἔστι τις Δίκης ὀφθαλμὸς, ἧς μηδέποτε δεῖ καταφρονεῖν ἀνθρώπους ὑπάρχοντας. Celebratur etiam, nescio quo auctore, senarius proverbialis, Erasmo laudatus in Adag. *Iustitiae oculus*, pag. 434.

Ἔστιν Δίκης ὀφθαλμὸς ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.

Quod autem ibidem statuit ERASMUS, sumtum esse proverbium, Δίκης ὀφθαλμὸς, ex illa Chrysippi descriptione, quae apud A. Gellium lib. XIV. cap. 4. legitur: non meminerat ille huius loci apud Athenaeum, e quo intelligitur multo fuisse vetustius.

καὶ βωμοὺς καὶ θυσίας γίνεσθαι Δίκῃ. Sic recte ambo c codices mssti: non Δίκης. *Ibid.* μετὰ ταύτην δὲ καὶ σωφροσύνην καὶ ἐγκράτειαν ἐπεισεκώμασαν. Cum ἐπεισεκόμασαν (sic) scriberetur in ed. Bas. qua usus erat DALECAMPIUS; vertit ille, *Temperantiam & continentiam invexerunt*: adiectâ ad oram Notâ: »Ἐπεισεκόμισαν. Bu»daeus legit ἐπεισεκώμασαν.« — Peraptum sane huic loco verbum foret ἐπεισεκόμισαν, *insuper introduxerunt, invexerunt*: & haud dubie hoc ipsum in animo habuerat voluptatis patronus *Polyarchus*, cum ista loqueretur; sed consulto in invidiosum verbum ἐπεισεκώμασαν deorsisse videtur; quam quidem scripturam cum ed. Ven. & Cas. tuentur ambo nostri mssti. Non solet quidem aliâs cum accusativo casu construi id verbum, sed absolute ponitur, aut cum dativo personae, *comissatum ire apud aliquem, sese ingerere*. Quare BUDAEUS, in Comment. Gr. Ling. p. 1083. hunc locum citans, constructionem verborum sic mutavit, quasi scriptum esset, καὶ σωφροσύνη καὶ ἐγκράτεια ἐπεισεκώμασεν. Id est, ut ipse interpretatur, *inter virtutes sese intulerunt, eodemque nomine dignatae sunt*. Simili ratione apud Nostrum, VI. 231. e. legitur ἐπέλαμψε παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ὁ χρυσὸς, εἰσεκώμασε δὲ καὶ ὁ ἄργυρος. At hîc quidem vulgatam structurae formam tenent libri omnes: quam nihil impedire videtur quo minus in hanc sententiam accipiamus, *insuper obtruserunt illi nobis, inculcaruntque*.

ὥστε καὶ τὸν πειθαρχοῦντα τοῖς νόμοις, καὶ τῇ τῶν πολλῶν φήμῃ, μετριάζειν περὶ τὰς σωματικὰς ἡδονάς. Particulam καὶ *post* ὥστε adscivi ex *Epitoma*, quae illam com-

c mode eo loco insertam dedit. Perperam quidem dein τῶν πειθαρχούντων scribitur in nostro cod. *Epit.* pro τὸν πειθαρχοῦντα. Recte vero rursus idem codex deinde *post φήμῃ commate* interposito distinguit orationem. Quae distinctionis nota quum deesset editis, DALECAMPIUS verbum μετριάζειν cum dativo τῇ φήμῃ construens, mirum in modum sententiam huius loci pervertit, latine sic vertens: *ut qui magistratui & legibus pareret, vulgi opinione ac sermonibus corporis voluptatem metiretur.* Quam versionem quum absque animadversione transmisisset *Casaubonus*, nec in *Adami* schedis quidquam ad hunc locum adnotatum reperiretur, fideliter Dalecampium suum secutus VILLEBRUNIUS, eamdem absurdam interpretationem lectoribus suis obtrusit, his verbis: *de sorte que tout homme soumis aux lois mesuroit l'étendue de ses plaisirs sur l'opinion publique.* Non recordati erant optimi viri, aliud esse μετρεῖν, aliud μετριάζειν: cuius verbi significationem proximum quodque dictionarium illis erat aperturum.

AD CAP. LXVI.

ὡς ἦν τὸ παλαιὸν &c. Sic recte ambo mssti: non καὶ παλαιόν.

d οἰνοβαρὲς &c. Iliad. α'. 225. *Ibid.* ὡς ἀμφὶ κρατῆρα &c. De *Agamemnonis caede*, Odyss. λ'. 418.

Φιλήδονος δ' ἦν καὶ Σπεύσιππος &c. Vide supra, lib. VII. p. 279. e. f. & ibi notata.

AD CAP. LXVII.

e Οὐ μόνος δὲ Ἀρίστιππος καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ τὴν κατὰ κίνησιν ἡδονὴν ἠσπάζοντο, ἀλλὰ καὶ Ἐπίκουρος, καὶ οἱ ἀπὸ τούτου. Falsum hoc esse, quod in *Epicurum & Epicureos* hic dicit Athenaeus, post GASSENDUM monuit MENAGIUS ad Laërt. X. 136. At in hoc capite nonnisi tunc ab Aristippo discessisse Epicurum, quum ab adversariis se pressum sentiret, ab aliis monitum est. οἱ ἀπὸ τούτου posteriori loco, non ἀπ' αὐτοῦ, commode dedit uterque codex mstus.

ἵνα μὴ τοὺς καταιγισμοὺς λέγω, καὶ τὰ ἐπεντρώματα, ἅπερ πολλάκις προφέρεται ὁ Ἐπίκουρος, καὶ τοὺς γαργαλισ-

μοὺς καὶ τὰ νύγματα. » His quatuor vocabulis ſolitus e » uti Epicurus, ut exprimeret animi ad voluptates ruen- » tis impetus. Sed vocem ἐπεντρώματα quis ferat? Equi- » dem referamus cenſeo inter eas Epicuri dictiones, quae » damnatae antiquis Criticis: de queis olim ad Librum X. » Diogenis Laërtii dicebamus aliquid. « CASAUBONUS, *in Animadv. ed.* 1. Sed *in ed.* 2. & 3. ex eiusdem ſchedis haec exhibentur: » Equidem referebam id verbi inter eas Epi- » curi dictiones, quae damnatae antiquis Criticis; de qui- » bus olim ad librum X. Diogenis Laërtii aliquid obſerva- » bamus. Sed haereo nonnihil; quia apud elegantiſſimum » ſcriptorem Philonem id vocabulum obſervo. Proferam » eius locum, ut diſcat lector, quo ſenſu novam vocem » uſurparit Epicurus: nam Dalecampius, qui vertit *vulne-* » *ra*, non ſimpliciter errat. Philo in Allegoriis: [pag. 87. ed. Francof. 1691.] » Ὁ προκόπτων, inquit, λέγεται τὰ » ἐγκοίλια καὶ τοὺς πόδας λούειν, οὐ τὴν ὅλην κοιλίαν. ἱκα- » νὸς γὰρ οὐκ ἔστι πάσην ἡδονὴν διώσασθαι. ἀγαπητὸν δὲ ἐὰν » τὰ ἐγκοίλια αὐτῆς· τουτέστι, τὰ ἐπεντρώματα, ἃ φασιν » οἱ φιλήδονοι ἐπιδύσεις εἶναί τινας τῶν προηγουμένων ἡδο- » νῶν, ἃ γίνεται ὀψαρτυτῶν καὶ σιτοπόνων λίχνων περιερ- » γίᾳ. Non eſt hîc locus explicandi allegoricam interpre- » tationem, quam ibi perſequitur Philo, verborum Moſis » Levit. I. 13. ſed apparet mediocriter attendenti, ἐπεν- » τρώματα Philoni, vel potius ei quem laudat Philo, (is » autem eſt procul dubio *Epicurus*) eſſe gulae ſcitamenta, » quae non ad alimoniam eduntur, ſed ad voluptatem: » qualia ſunt, ait Philo, quae parantur ab artificibus con- » dimentorum, & a panificibus, hoc eſt, confectoribus aut » confectricibus panum vel placentarum, vel ſimilium cu- » pediarum. Ex his conſtat, ἐπέντρωμα non deduci ab ἐπεν- » τιτρώσκω, ſicut apud Hippocratem τρῶμα, quod ſignifi- » cat *vulnus*: ſed ab ἐπεντρώγω, quod eſt *edere aliquid ſu-* » *pra conſuetum cibum*; puta panem & obſonium. « — Sic ille: at ἐπέντρωμα non a τρώγω derivari poſſe, ſed a τρώω deduci debere, recte monuit ERNESTI ad Callim. Hymn. in Dian. vs. 133. provocans etiam ad Euſtathii Comment. in Odyſſ. φ'. pag. 761. l. 28. qui ab eodem themate deducit, & locum hunc Athenaei citans, ἐπέντρωμα, ait, hîc videri ſignificare ἐρεθισμόν τινα τρυφητικόν: id eſt, *irritationem quamdam* (cum pungimur & veluti *inflicto vulnere* ſtimulamur) *ad voluptatem*. — » Latine *morſiunculas* dicas: «

ait Erneſti l. c. καὶ τὰ νύγματα recte ambo dedere mssti.

ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ χυλῶν ἡδονάς. Sic recte ms. *A.* ut libro VII. pag. 280. a. ubi eadem verba iam protulerat Deipnoſophiſta.

f Περὶ γαστέρα, ὦ φυσιολ. Τιμ. περὶ γαστέρα ὁ κατὰ φύσιν &c. Sic idem codex *A.* prorſus ut eodem loco quem modo citavimus; ubi vide notata.

AD CAP. LXVIII.

a Ἄλκιον καὶ Φιλίσκον τοὺς Ἐπικουρείους ἐξέβαλον. »*Epicurei Româ pulſi* conſulto ſenatus nominantur hîc *Al-*»*cius & Philiſcus.* Aelianus libro IX. cap. XII. *Alcaeum* »vocat.« CASAUBONUS. — Rectius ſcriptum nomen apud Aelianum videtur: haud dubie vero mendoſum Ἄλιον, quod habet ms. *Ep.*

Λευκίου τοῦ Ποστουμίου ὑπατεύοντος. *L. Poſtumio* Albino, M. Popilio Laenate Conſulibus, anno Urbis DLXXX. Vide PERIZONIUM ad Aelian. l. c. & HEYNIUM in Opuſc. Acad. Vol. IV. pag. 423. De illis Senatusconſultis cogitaverat Dalecampius, quae ab Aulo Gellio referuntur, Lib. XV. c. XI. Nihil incommodi habebat ſcriptura Ποστομίου, quam exhibebant editi: & quoniam corripitur in latino ſermone ſecunda huius nominis ſyllaba, rectius etiam per ο, quam per ου, in Graecâ ſcripturâ videri poterat efferri. Sed ſolent Graeci Ποστούμιος ſcribere: & ſic ſcribitur etiam in membr. *A.* In *Epit.* omiſſum Conſulis nomen.

Ἀντίοχος δὲ ὁ βασιλεὺς &c. Supple e praecedenti ῥήσει verbum ἐξέωσε, a quo pendet genitivus τῆς αὐτοῦ βασιλείας: quod in ms. *Ep.* indicatur etiam *commate* poſt τοὺς φιλοσόφους interſerto. Quisnam vero ex *Antiochis* ſit is, de quo hîc agitur, incompertum nobis. Fortaſſe primus fuit illius nominis, is qui *Soter* eſt cognominatus.

b διότι κρεμήσονται. Vide ad X. 459. a. *Ibid.* καὶ μὴ ἄλλως γίνηται. Sic recte uterque codex mstus. Ad mendoſum γένεται, quod habebant editi, notaverat CASAUBONUS: »In fine *edicti Antiochi contra Philoſophos* ſcribe καὶ »μὴ ἄλλως γένηται: ſupple ὅρα.«

c *SOPHOCLIS* iambi ex *Antigonâ* exſtant num. 1165 & ſeqq. ed. Brunckii. Iidem iam ſupra ab Athenaeo noſtro adpo-

siti erant, VII. 280. b. c. Recte hîc *vers.* 4. πλούτει τε scribitur in *Epit.* & in edd. ubi πλουτεῖ τε habet ms. *A.*

AD CAP. LXIX.

Λύκων δὲ ὁ Περιπ. – – ἐπιδημήσας παιδείας ἕνεκα ταῖς d
Ἀθήναις. *Studiorum causſâ Athenis agebat Lyco:* erat enim patriâ Troadenſis, ut docet Laërtius V. 65. *Ibid.* ὡς φησιν Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος: nempe, in Vitis Philoſophorum. Vide Indicem Auctorum; & praeſertim Ionſium, De Scriptorib. Hiſt. Phil. lib. II. cap. 4. *Ibid.* περὶ συμβολικοῦ κώθωνος. πρὸ συμβ. κωθ. ed. Caſ. 2. operarum errore, in ed. 3. propagato.

ὥστε καὶ πολλοὺς ὀρρωδεῖν &c. »*Lyconem* philoſophum, e
»qui familiam Athenis duxit, ita damnoſum & πολυτελῆ
»fuiſſe ſcribit dipnoſophiſta, [immo *ANTIGONUS Caryſtius,*] »ὥστε καὶ πολλοὺς ὀρρωδεῖν καὶ βουλομένους προσ-
»ιέναι πρὸς τὴν διατριβὴν ἀνακόπτεσθαι, καὶ καθάπερ εἰς
»πολίτευμα πονηρὸν καὶ χορηγιῶν καὶ λειτουργιῶν πλῆρες
»εὐλαβουμένους προσάγειν. *Ad ſcholam huius ſophi,* inquit, »*ſic verebantur accedere & illi nomen dare, quemadmodum iure*
»*aliquis metuat civis fieri male inſtitutae civitatis, cuius vi-*
»*deat cives ordinariis pro republicâ impenſis eſſe exhauſtos.* Duabus vocibus auctor complexus eſt omnes ſumtus, qui »olim in multis Graecarum civitatum a privatis pro republicâ neceſſario fiebant. Χορηγίαι, ſumtus ad ſolennia »ſacrorum & ludos. Λειτουργίας multa erant genera: ut, »propter bellum aut annonae anguſtiam. Athenis maximum onus fuit trierarchia, & illae quas vocabant ἐπι-»δόσεις. Huiusmodi quaedam onera ſuſtinenda erant iis »qui *Lyconi* vellent operam navare.« CASAUBONUS.

αὕτη (ἡ ἀρχὴ) ἦν ἐπὶ τῆς εὐκοσμίας τῶν ἐπιχειρούντων. Quae hinc ſequuntur duodecim verba, cum deeſſent editis, opportune nobis obtulere optimae noſtrae membranae *A.* Eadem cum plurimis aliis conſulto praetermiſerat Breviator. Mireris vero, non animadverſam eſſe a doctiſſimo Caſaubono lacunam, cum manifeſte interruptus eſſet orationis nexus. In verbis quae ex membr. ſupplevimus, ubi legitur λαβόντα ἀφ' ἑκάστου τῶν ἐπιχειρούντων, malles utique ὑφ' ἑκάστου, id eſt, *ab unoquoque:* ſed eamdem fere in ſententiam ferenda fortaſſe membranarum ſcriptura ἀφ' ἑκάστου, quae proprie valeat, *pro*

unoquoque; quod Gallice diceremus, *à raiſon de chaque écolier.*

f καὶ τῶν Μουσῶν ἐπιμελητὴν γενέσθαι. »Sic Athenienſes »μυστηρίων ἐπιμελητὴν appellabant regem ſacrorum. « DALECAMPIUS. — Certe collegae regis ſacrorum ita vulgo adpellabantur Athenis. Vide Polluc. VIII. 90.

ἃ δὴ πάντα ἐφαίνετο λόγου μὲν ἀλλότρια καὶ φιλοσοφίας εἶναι, τρυφῆς δὲ καὶ περιστάσεως οἰκειότερα. Haec ſic latine reddiderat DALECAMPIUS: *quae omnia profecto parum conſentire videbantur cum ratione ac Philoſophiâ; ſed magis luxui & ſtolidae multitudinis circumfuſis coronis ac circulis convenire.* Ad quae refertur CASAUBONI Animadverſio huiusmodi: »Opponit philoſophiae περίστασιν: id eſt, vitae »alienae a curâ rerum humanarum, occupatam & ſolici»tam, qualis ſolet eſſe vulgo hominum. περιστάσεις di»cuntur caſus qui hominibus uſu veniunt, laeti aliquan»do, ſaepius adverſi & triſtes. Hîc περίστασις eſt vita »expoſita huiusmodi caſibus: in ſacris literis eſt ὁ κόσμος, »cum opponitur τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Frequens vox »in Stoicorum libris & eiusdem aetatis ſcriptoribus; de »qua plura alibi. Apage hinc *coronas* & *circulos* interpre»tum.« — Sane frequens in Stoicorum libris eſt iſte uſus, quem dicit Caſaubonus, vocabuli περίστασις: cuius bene multa exempla collecta dedimus in Indice Graecitatis Epicteteae, item in Lexico Polybiano, pag. 473. num. 2. Sed, quam aliena ſit ab hoc loco illa notio, mireris non animadvertiſſe eruditiſſimum virum. Multis profecto partibus propius ad veram auctoris ſententiam, ſi quid ego iudicare valeo, Dalecampius acceſſerat. Scilicet haud raro περίστασις ſonat *circumſtantium hominum coronam* ſive *circulum:* deinde vero etiam ſignificat *magnificum quemlibet adparatum*, & *copiam rerum ad pompam & faſtum & oſtentationem* pertinentium: quod declarant exempla, quae in Lexico Polybiano l. c. num. 3. collegimus. Qui ſignificatus haud dubie huius loci eſſe nobis viſus erat.

ἀπὸ βραχείας καὶ τῆς τυχούσης ὁρμώμενοι χορηγίας. Simillima locutio apud Xenophontem, Cyrop. lib. I. 6, 17. & apud Epictetum, Differt. III. 21, 9.

οὐ γὰρ ἵνα συρρυέντες &c. »Ante haec deſunt aliquam»multa verba: nam ſuperioribus non cohaerent ſequen»tia. Loquitur enim de conventibus & *ſodalitatibus alio»rum philoſophorum; quos* ait *non voluptatis ergo unà eſſe ſo-*

» *litos*, ἀλλ' ἵνα φαίνωνται καὶ τὸ θεῖον τιμῶντες, καὶ φυ- a
» σικῶς ἀλλήλοις συμπεριφερόμενοι. *Nicolaus* STURIO
» emendabat φιλικῶς: & est sententia optima. Non pro-
» bo tamen; quia in omnibus libris, [cum his qui plenius
opus exhibent, tum in Epit.] » diserte φυσικῶς, id est,
» *secundum naturam hominis.* Homo enim est φύσει ἀγελαῖον
» ζῶον, & societatis amans. Hoc maximum coagulum est
» sodalitatis καὶ συμπεριφορᾶς, id est, *mutitationum:* id
» enim est συμπεριφέρεσθαι, *mutitare*, sive *mutuitare.* vide
» libro IV. [Animadv. ad IV. 177. d. T. III. pag. 21-23.]
» Addit, ἕνεκεν ἀνέσεως καὶ φιλολογίας. Excerpta, φιλολο-
» γήσεως. Quid ἄνεσις, quid φιλολόγησις hoc loco, ele-
» ganter explicat A. Gellius, libro XVIII. cap. 2. « CA-
SAUBONUS. — Noster vero ms. *Ep.* a vulgatâ scripturâ
non dissentit: habet quidem vocabulum in fine decurta-
tum; sed compendio scripturae, quo ille utitur, vix aliud
significari potuit quam ipsa vox φιλολογίας, quae in ple-
niore opere exstat.

εἶχεν εἰκοσίκλινον οἶκον. Ferri poterat εἰκοσάκλι- b
νον, quod erat editum: nam eâdem forma etiam alia no-
mina reperiuntur ex εἴκοσι composita. Sed in εἰκοσίκλινον
consentiunt ambo nostri mssti. *Ibid.* ἦν δὲ ὁ Λύκων καὶ
σφαιριστὴς &c. Conf. Laërt. V. 67.

AD CAP. LXX.

Τῶν Εὐδαιμονικῶν καλουμένων Ἀναξάρχῳ. Conf. VI. 250.
f. & ibi notata. Ferri potest Τῶν Εὐδαιμονικῶν καλουμέ-
νων: sed, quoniam sigillatim prae aliis *Anaxarchus* eo no-
mine adpellatus est, (ut l. c. monuimus) utique Τῷ Εὐδαι-
μονικῷ καλουμένῳ equidem malebam. Adnotavit h. l. CA-
SAUBONUS: » In narratione de *Anaxarcho* multa perver-
» tunt interpretes. Studiosi eorum peccata emendabunt:
» nos ad alia properamus. « — Nos, quoad licuit, operam
dedimus ut Dalecampianae versionis vitaremus errores.

παιδίσκη πρόσηβος. De vocab. πρόσηβος consulendus
Hemsterhus. ad Luciani Somnium, cap. 1. *Ibid.* ἀνασύ-
ρουσα πρὸς ἀλήθειαν τὴν τῶν οὕτως αὐτῇ χρωμένων ἀκρα-
σίαν. Dalecampius, *eorum revera illam spectantium intempe-
rantiam instigavit & inflammavit.* Partim in eamdem senten-
tiam, partim multo etiam magis a mente auctoris aber-
rans Gallicus interpres, sic vertit: *capable de provoquer l'in-*

tempérance de ceux qu'il employoit à ce miniſtere. Perſpecte vero doctiſſimus DU THEIL in Notulis msstis, quarum vellem largiori copiâ uti nobis licuiſſet: *mais, qui à dire la vérité, ne dévoiloit* (ἀναϛύρουϛα) *que l'incontinence de ceux qui la faiſoient ſervir à un pareil miniſtère.* De iſta notione verbi ἀναϛύρειν vide TOUPII Epiſt. Crit. pag. 68 ſq. & quem ille citavit Laërt. II. 116. Nempe ingenioſus ſuo more eſſe voluit CLEARCHUS, cuius iſta verba ſunt. ἀναϛύρειν eſt *veſtem ſurſum retrahere, nudare:* & refertur hoc verbum ad id quod modo dicebatur γυμνὴ παιδίϛκη.

c ἐκ τοῦ Ἀναξίλα Λυροποιοῦ. Sic corrigendum eſſe ex ipſo Athenaeo [IV. 183. b.] & Poliuce, monuit CASAUBONUS. — Anapaeſticos *ANAXILAE* verſiculos ex metri ratione diſtinximus. *Verſ.* 2. χλανίδας θ' ἕλκων dedit uterque mstus codex: non δ' ἕλκων. *Verſ.* 4. ὠὰ κολάπτων. »*Ova tundens.* Sic recte omnes libri, non λάπτων. Ovum »in calido cinere coctum qui vult eſſe, *tundat* oportet; »id eſt κολάπτειν.« CASAUBONUS. — Neminem equidem novi, qui λάπτων corrigere voluiſſet: quod ne ferebat quidem metrica ratio. *Ova exſculpens* reddiderat Dalecamp. *Ibid.* κήρυκας ἔχων. Dalec. *calices multos habens:* nempe κύλικας corrigens; quod tamen nec ad ſententiam aptum eſt admodum, metro vero prorſus repugnat. Pro ἔχων, TOUPIUS ad Suid. T. II. pag. 476. (ut ex *Fiorilli* Obſerv. in Athen. pag. 95. intellexi: nam in Lipſienſi qua utor editione Emendationum in Suidam non reperi locum) ἔδων correxit; ſpecioſe ſane: quam tamen emendationem minime neceſſariam iudicavit FIORILLO; recte. Vide Athen. VII. 287. f. & quae ibi monita ſunt.

Verſ. 7. Ἐφεσίϊα γράμματα καλά. Aliud egerat (puto) FIORILLUS, quum illa Ἐφεσίϊα γράμματα ad *obſcoenas* neſcio quas *picturas* referret. *Picturae* quidem non *in coriaceis ſacculis* ſolent *geſtari.* Suidas: Ἐφέσια γράμματα· ἐπῳδαί τινες δυσπαρακολούθητοι. Id eſt: *Epheſiae literae: incantationes quaedam obſcurae.* Uberiora etiam habes apud Heſychium, in Ἐφέσια (vel Ἐφέσεια) Γράμματα. Adde quos laudarunt Suidae & Heſychii Interpretes. Imprudenti eidem *Fiorillo* exciderat, ut *verſu primo* Ξανθοῖσι ſcriberet, reclamante metro, pro Ξανθοῖς, quod recte vulgo ibi legitur. Ad iſta verba *literas Epheſias* (*verſ.* 7.) commode adnotaverat DALECAMPIUS: »*Notas & voculas magicas:* quas »qui geſtarent, mirâ felicitate, tanquam virgulâ divinâ,

» quidquid optarent, affequerentur. Vide Proverbium, » *Epheſiae literae.* «

AD CAP. LXXI.

Πόσῳ γὰρ τούτων βελτίων Γοργίας ὁ Λεοντῖνος. &c. Sic ms. *A.* Brevius *Epit.* Γοργίας γε μὴν ὁ Λεοντῖνος διὰ τὸ σοφρόνως ζῆν &c.

ἐπεί τις αὐτὸν ἤρετο. Sic recte uterque mstus. *Mox*, d ἐν τετάρτῳ (non ἐν τῷ) περὶ Ποιημάτων dedit ms. *A.* Eadem ſcriptura etiam in lectionibus Aegianis ex cod. Vat. adnotata a Caſaubono: qui tamen tacuit in Animadv.

Τὸ μηθὲν πώποτε ἑτέρου ἕνεκεν πεποιηκέναι. ἕνεκεν ſcripſi cum ms. *A.* Saepius eâ formâ occurrit haec vox, licet non ſequatur litera vocalis. (Sic, paulo ante, ἡδονῆς ἕνεκεν πράξας dedit idem codex: & paulo poſt, διαφυλάξειεν τὴν βασιλείαν.) In πεποιηκέναι conſentiunt libri omnes. Iſtud vero reſponſum, quod a *Gorgia* datum *Demetrius Byzantius* ait, *Nihil umquam ſe alterius cauſſá* (vel, *alterius in gratiam*) *feciſſe*, quo pacto conveniat cum illo quod *Clearchus* retulit, *Nihil ſe voluptatis cauſſa feciſſe*, haud admodum adparet. Id doctos quosdam viros induxerat, ut πεπωκέναι hîc legendum ſuſpicarentur. Sic *Hieron.* Wolfius in Comment. ſuo ad Ciceronis Officia, & Melanchthon in Praef. ad Ciceronis Catonem Maiorem: ut quidem hoc loco in ora unius ex Athenaei exemplis, quibus utor, adnotavit olim vir doctus neſcio quis. Sed nec ſatis commoda haec emendatio videtur; nec citra graviorem cauſſam deſerere librorum ſcripturam debuimus. Gallicus interpres ſententiam ſic ſupplevit: » *Jamais je n'ai rien fait* » *par complaiſance pour autrui* (contre ma ſanté.) «

Ὦχος δὲ &c. » *Ochus*, Artaxerxis filius, de quo vide » Plutarchum. « Dalec. — At quae de Ocho, Artaxerxis filio, & Plutarchus in Vita Artaxerxis extr. & alii auctores tradunt, parum ea conveniunt cum elogio quod ſibi ipſi hîc ille tribuiſſe ſtatuitur.

Κηφισόδωρος, φησὶν, ὁ Θηβαῖος. φησὶν, ſcil. Καρύστιος. e Tum vero ad Κηφισ. ὁ Θηβ. rurſus intelligendum φησὶν, aut γράφει.

ψιλοτάπιδα ἔχοντα κριωτὴν καθάπερ τοὺς στρωματεῖς εὐτελῆ. Dalecampius: *cum glabro tapete croceo, inſtar ſtraguli, parvi pretii.* Ad quae Casaubonus: » Ne » quem decipiant qui iſta corrigunt, ψιλοτάπιδα ἔχοντα

e »κριϰωτὴν &c. id eſt, *ſuper tapete laevi annulos habente, ut* »*illa ſegeſtria quibus annuli involvuntur.* Habuiſſe τοὺς στρω- »ματεῖς annulos quibus utebantur in conſtringendis ſtra- »gulis, teſtis locuples Theophraſtus, Hiſtoriae Planta- »rum libro quarto, [cap. 2 extr.] loquens de arbore cu- »cifera [ſive *cuci*, ex emend. Bodaei] quam & ipſam Pli- »nius vocat *cuci*. *Habet*, inquit, πυρῆνα μέγαν καὶ σφό- »δρα σκληρόν· ἐξ οὗ τοὺς κρίκους τορνεύουσι τοὺς εἰς τοὺς »στρωματεῖς τοὺς διαποικίλους. Plinius [XIII. 9, 18.] ver- »tit, ſed accommodans ſententiam ſeculo ſuo, *lignum in-* »*tus grande, firmaeque duritiae, ex quo velares detornant an-* »*nulos.* Uberius iſta in Commentario de Lectis Veterum. »I nunc, & lege κροκωτὴν cum Dalec. ac de *croceo colore* »interpretare.« — Sic ille. Nos primum obiter monemus, ne quem decipiat quod in orâ ed. Caſ. 2. & 3. hoc loco adpoſita eſt nota, γρ'. κροκωτήν: quaſi hanc lectionem commendaſſet Caſaubonus. Qui editiones illas, quas dixi curarunt, ii neglectim inſpicientes extremam Caſauboni animadverſionem, *ſerio* ab illo *dici* putarunt, quod *per ironiam & deriſionem* ab Animadverſore dictum eſſe ſatis adparet. Caeterum ſententia huius loci, quem totum ſilentio praeteriit Epitomae auctor, minime adhuc ad liquidum perducta eſt: nec ſatis equidem percepi, quo pacto illum intellectum voluerit Caſaubonus. Illud quidem ſtatim perſpicuum eſſe videtur, non *Polydori* Medici, ſed *Antipatri Regis, tenuitatem in victu cultuque* hîc laudare voluiſſe auctorem, cuius iſta verba ſunt. Quare vix dubitari poteſt, perperam vulgo ἔχοντα ſcribi, cum ἔχοντι (nempe Ἀντιπάτρῳ) ſcriptum oportuiſſet: quod perſpecte etiam ab eodem, quem haud multo ante laudavi, docto viro Delaporte Dutheil in Notis msstis monitum eſt. Porro, οἱ στρωματεῖς & hîc apud Athenaeum, & apud Theophraſtum, non, ut aliâs, *involucra ſtragularum* intelligenda; (de qua notione vide Animadv. ad I. 4. b. & ad XI. 473. d.) ſed *ſtragulae ipſae, vela, aulaea, cortinae.* Conf. H. Stephani Theſ. T. III. pag. 1060. a. b. ubi & hunc ipſum Athenaei locum & illum Theophraſti tractavit. Nec aliter Theophraſti verba Plinius intellexerat; apud quem *velares anuli* ſunt, quibus aulaea, vela, cortinaeque contrahuntur aut expanduntur; quemadmodum cum Henr. Stephano l. c. Harduinus ad Plinium interpretatur. Igitur ſententia verborum *Carystii* & *Cephisodori*

apud Athenaeum haec esse videtur: *Antipatrum pro stragulâ, super qua mensae adcumbere solebat, quo tempore convictor illius erat Polydorus medicus, habuisse velum haud magni pretii & satis vulgare, quod ipsum etiam aliâs (ut declarabant annuli,* quibus erat instructum) *vice aulaei vel cortinae fungebatur.* Denique cum vulgo sic scriberetur ἐφ' ἧς καταχεῖσθαι κάδους τε χαλκοῦς, nullâ interpositâ post καταχεῖσθαι distinctione; sententia ea erat, quam & Dalecampius & Gallicus interpres expressit: scil. *super illo tapeto vel velo positos fuisse cados aeneos & pauca pocula.* Quae quam aliena sit sententia, nil opus est multis verbis exponere. Recte vero in ed. Ven. *post* καταχεῖσθαι *comma* interseritur; quo declaratur verbum καταχεῖσθαι non ad κάδους & ad sequentia pertinere, sed ad *Antipatrum*, ac fortasse etiam simul ad medicum: ita quidem ut accusativi κάδους & ποτήρια a remotiori verbo ἔχοντι pendeant: quod magis etiam fit perspicuum ex scripturâ nostrarum membranarum, in quibus non κάδους τε, sed κάδους δὲ scribitur.

AD CAP. LXXII.

Τιθωνὸν δὲ &c. Esse *Clearchi* ista verba, nisi ipsius Athenaei testimonio, lib. I. p. 6. c. constaret, satis ipse stylus & color erat proditurus. Vide ad locum citatum notata. Haud sane incommode editum erat, ἐπιθυμία πρὸς ἑσπέραν ἐπήγειρεν. Singulari numero etiam usus est Breviator, sed orationis structuram sic mutans, τῇ ἐπιθυμίᾳ ἐπεγείρετο: quae verba cum aliis ex Athenaei Epitomâ adposuit Eustath. ad Odyss. α'. pag. 51. l. 14 sq. Nos vero tenendam putavimus veterum membranarum scripturam, ἐπιθυμίαι & ἐπήγειρον.

ὅθεν ἠοῖ συγκοιμᾶσθαι λεχθείς. Hoc dicere videtur Clearchus: Cum totum diem dormiret, per noctem vero crapulae indulgens redeunte aurorâ cubitum ire consuesset, inde nata fabula, ut *cum aurorâ concumbere* diceretur. Pro istis verbis, διὰ τὸ ταῖς ἐπιθυμίαις ἐμπεπλέχθαι ἐπὶ τῷ γήρᾳ καθεῖρκται, Dalecampius in versione haec Latina posuit: *propterea quod per senectutem cupiditatibus irretitus, ut vinculis, obstringeretur.* Gallicus interpres totam postremam ῥῆσιν his verbis reddidit: *Outre cela, comme il s'étoit laissé prendre dans les filets de la volupté, on ajouta que*

f *dans ſa vieilleſſe il avoit été réellement ſuſpendu dans un nid où il étoit enfermé.* At, ἐπὶ τῷ γήρᾳ, nec *per ſenectutem* ſonat, nec *in ſenectute.* Et καθεῖρκται poteſt quidem ſignificare, *conſtrictus* vel *concluſus* eſt: ſed verbum εἴργω, vel (quod perinde eſt) εἵργω, cum ſuis compoſitis, multo frequentius notione *praecludendi, intercludendi, arcendi, prohibendi*, uſurpatur. Quare, τῷ γήρᾳ καθεῖρκται, ſignificat, *ſenectute prohibitus eſt*, nempe *uſu voluptatum:* quod Homeri Scholiaſtes, ad Iliad. λ'. vs. 1. his verbis enunciavit: ὁ δὲ, γέρων γενόμενος, καὶ ἀχθόμενος ὡς τῶν ἐν βίῳ μεταλαμβάνειν οὐ δυνάμενος. Eamdem ſententiam auctor Hymni Homerici in Venerem, vs. 234 ſq. ſic expreſſerat:

Ἀλλ' ὅτε δὴ πάμπαν στυγερὸν κατὰ γῆρας ἔπειγεν,
οὐδέ τι κινῆσαι μελέων δύνατ', οὐδ' ἀναεῖραι.

Id eſt:

Verum quum iam omnino odioſa ſenectus urgeret,
nec poſſet ille ſuorum membrorum ullum movere aut attollere.

Quem Hymnum dum prae oculis habeo, ubi continuo poſt praeſcripta verba ponuntur haec:

ἥδε δέ οἱ κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνετο βουλή·
ἐν θαλάμῳ κατέθηκε, &c.

intelligo, ex hoc loco defendi potuiſſe apud Athenaeum, lib. I. p. 6. c. ἐν θαλάμῳ: ubi ex aliorum auctorum praeſcripto ἐν ταλάρῳ poſuimus. Sed, ut eo redeamus, unde digreſſi ſumus: ſi ea eſt, quam diximus, ſententia verborum τῷ γήρᾳ καθεῖρκται, fatendum omnino, ἐπεὶ τῷ γήρᾳ ſcriptum oportuiſſe, non ἐπὶ τῷ γήρᾳ. Quo poſito, conſequens erit ut ſtatuamus, defectam deinde eſſe orationem, & aut proxime poſt καθεῖρκται intercidiſſe nonnihil, v. c. ἐν ταλάρῳ (vel θαλάμῳ) κρέμαται, ut l. 6. c. aut poſt κρεμαστὸς ὢν ἐκ τούτων intercidiſſe nonnulla verba in eam ſententiam, quam Scholiaſtes Homeri ad Iliad. λ'. 1. ſic expreſſit, ἐκάλεσε (rectius παρεκάλεσε, vel παρεκάλει, ut habet Scholiaſtes Venetus) τὴν Θεὸν ὅπως αὐτὸν τοῦ ζῆν ἀπαλλάξῃ. Scripturam ἐπὶ (pro ἐπεὶ) tenet quidem uterque noſter codex mſtus: ſed *poſt* ἐμπεπλέχθαι recte *comma* interſeritur in ms. *Epit.*

a Καὶ Μελάνθιος &c. Eumdem MELANTHIUM (de quo etiam conf. VIII. 343. c.) cum *Tithono* compoſuerat idem Clearchus apud Noſtrum, l. 6. c. *Ibid.* κνισότερος ὤν. In iſtam ſcripturam cum editis conſentit ms. *A.* Perinde etiam κνισσότερος ſcribi potuit; quod ex *Epit.* habet

Euſtath. ad Odyſſ. ρ'. pag. 626. l. 39. & ad Iliad. φ'. pag. 1331. l. 7.

Διονύσιος, φησὶν, ὁ Κλεάρχου &c. »Hiſtoria de *Dionyſio*, »*Heracleae tyranno*, qui ὑπερεσάρκησεν, extat etiam in Me- »mnonis fragmentis, [apud Photium, pag. 367. & 369. »ed. Hoeſch.] & apud Aelianum, libro IX. cap. 13. « CASAUBONUS. — Vide Aeliani Interpp. l. c.

ἀδηφαγίας, ut alibi, ſic & hîc, ſimplici literâ δ ſcri- b
ptum dedere ambo mssti. *Ibid.* αἷς διὰ τῶν πλευρῶν καὶ τῆς κοιλίας διωθεῖν. ἃς deſiderabam: & ſic apud Aelianum, ταύτας -- διωθεῖν. Similiter apud Polyb. XXII. 11, 17. διωθεῖν τὰς σαρίσσας διὰ τὰ τρήματα. Ac ſane, ſi διωθεῖν ex primitivâ verbi notione intelligas *pellere per, adigere acum per latera*, nonniſi cum *accuſativo* caſu conſtrui potuerit. Sed quoniam etiam ſignificat *perrumpere, penetrare, pertundere*; ferendus fortaſſe etiam *dativus* caſus *inſtrumenti*, quem tenet hîc cum editis uterque codex mstus.

ὑπὸ τῆς πεπωρωμένης ἐκ τοῦ στέατος σαρκός. Sonant haec verba id quod DALECAMPIUS his verbis reddidit, *carne in callum ſpiſſatâ ob nimiam pinguedinem.* Mireris vero eruditum hunc Medicum nihil offenſum fuiſſe iſtâ locutione: qua, ſi corporis humani conſtitutionem rectius notam habuiſſet, non uſurus erat *NYMPHIS*, e cuius hiſtoriâ haec adferuntur; ſed ſatis habiturus erat ſcribere, μέχρι μὲν οὖν τινος ὑπὸ τοῦ στέατος οὐκ ἐνεποίει τὴν αἴσθησιν. Eamdem vero dictionem non modo tenuit Aelianus, verum etiam ſuo more amplificavit, διὰ τῆς πεπωρωμένης καὶ τρόπον τινὰ ἀλλοτρίας αὐτοῦ σαρκός: *per carnem calloſam, & quodammodo alienam ipſi.* VILLEBRUNIUS ſic reddidit: *& de les enfoncer jusqu'à ce qu'on arrivât aux chairs, après avoir percé au delà de la graiſſe*: prudenter, ut Medicus; ut interpres, parum fideliter.

τὸ δὲ πρόσωπον μόνον ὑπερέχων διαλέγοιτο τοῖς ἀπαν- c
τῶσι. Sicut apud Athenaeum ὑπερέχον edebatur, ſic & apud Aelianum vulgo etiam nunc legitur. Quod autem ibi communi conſenſu maluerunt Interpretes, ὑπερέχων, id ipſum nobis hîc obtulerunt ambo noſtri codices mssti.

Μένανδρος ἥκιστά γ' ὢν λοίδορος. Recte γ' ὢν poſuerunt Editores pro τ' ὢν, quod eſt in vetuſtis membranis; non ferendum ſane, niſi aliud quid intercidiſſe ſtatuas. Ipſa verba ἥκιστα &c. omiſit Breviator. Recte item λοίδορος ed. Ven. & Baſ. cum mssts: temere λοιδορὸς ed. Caſ.

c Qui ſequuntur *MENANDRI* verſus, eos correctos eſſe a SALMASIO de Uſuris pag. 566. monuit me *Boiſſonadus*: eorumdem emendationes nonnullas propoſitas eſſe ab *Adr.* HERINGA Obſerv. cap. 28. pag. 239. in clariſſimi DUTHEIL Notis mſstis obſervatum video. Quid ſit vero, quod ab illorum utroque propoſitum eſt, cum neutrius liber nunc ad manus ſit, nec habeo dicere; nec, praeter ea quae nobis in promptu erant ſubſidia, alia admodum deſideraveram. Ad *primum ſenarium*, a fine decurtatum, haec monuit CASAUBONUS: » Qui apud *Menandrum* di-» cebant, παχὺς γὰρ ὗς ἔκειτ' ἐπὶ στόμα, *exules erant He-» racleotae*: qui liberam ſibi fuiſſe in patriâ facultatem que-» rendi de ſuis malis negabant: metuiſſe enim tyrannum, » quem vocabant παχὺν ὗν, ut Latini *porcos* appellant, » quos edacitas obeſos reddidit. Eſt autem alluſum ad pro-» verbium, βοῦς ἐπὶ γλώττῃ μέγας, quo uſus Aeſchy-» lus, & alii Tragici. « — *Alterum ſenarium*,

Ἐτρύφησεν ὥστε μὴ πολὺν τρυφᾶν χρόνον:

latine ſic reddidit GROTIUS, Excerpt. pag. 708.

Nepotem ita egit, agere ut non poſſet diu.

Qui dehinc ſequuntur quatuor verſus, eos trochaicos tetrametros eſſe ſatis adparebat, quamquam duo medii iuſto breviores erant. *Primus vērſus*, cum ſic vulgo ſcriberetur,

Ἴδιον ἐπιθυμῶν μόνος μοι θάνατος οὗτος φαίνεται:

orationis ἀνακολουθίᾳ offenſus GROTIUS, commode Ἴδιος ἐπιθυμοῦντι correxit: quam emendationem ferebat etiam metri ratio, ſi dactylum in imparem trochaici verſus ſedem admitti placeat. Grotii emendationem *Clericus* adoptavit, in Menandri Fragm. p. 10. nec improbavit Bentleius in Emendatt. Audacior IACOBS, Animadverſion. in Anthol. Vol. II. P. III. pag. 261. ſic maluerat:

Πόλλ' ἐπισκοποῦντι μόνος μοι &c.

Nobis tenenda viſa eſt illa ſive ἀνακολουθία, ſive *caſus enallagen* dicere malueris, quam cum editis veteres noſtrae membranae tuentur. Quemadmodum nominativus participii pro genitivo abſoluto frequenter poſitus apud Graecos poëtas reperitur: ſic & idem nominativus pro quolibet alio caſu, quem proprie deſiderabat ſequentis orationis ſtructura, poni potuit; a quo genere ne proſaici quidem ſcriptores abſtinuerunt. Vide Perizon. ad Aelian. Var. Hiſt. lib. II. cap. XI. Breviator, omiſſis duobus pri-

moribus verbis, ab his demum, μόνος μοι θάνατος, in- c
cepit iſtam eclogam: perperam autem dein in noſtro quidem cod. *Epit.* φαίνεται ἀθάνατος ſcribitur, pro εὐθάνατος. *Secundus verſus* ſic editus legebatur:

Εὐθάνατος, ἔχοντα πολλὰ χολάδας κεῖσθαι παχύν.

Ubi CASAUBONUS monuit: »Scribe, ἔχοντα πολλὰς »χολάδας κεῖσθαι πάνυ: *auctо ventre & bene farcto.*« — Qui cur πάνυ maluerit, quam παχὺν, quod tenent ambo mssti cum editis, nulla ratio adparet. πολλὰς χολάδας vero editio Veneta cum utroque msto dabat. Et probum quidem πολλὰς erat, ſed nondum ſatis ad metrum, niſi aut χολλάδας ſcriberes geminatâ λ literâ, aut πολλὰς τὰς χολάδας. Sed de ipſorum horum verborum ſententia diſſentire video interpretes. CASAUBONUS χολάδας, quas dicit poëta, ad *hominis inteſtina* retuliſſe videtur: pariterque GROTIUS, qui πολλὴν τὴν χολάδα in Graeco corrigens, *tentis ilibus* in verſione poſuit. At χολάδα, vel χόλικα, Graeci vocabant *inteſtinum craſſum* ſive *omaſum* animantium: qui delicatus in primis cibus habebatur, ſaepius apud Noſtrum memoratus. In eam partem recte, ut nobis videtur, DALECAMPIUS acceperat, ſic vertens: *ſi quis multis inteſtinis omaſisque diſtentus obeſus iaceat.* In eamdemque puto ſententiam CLERICUS, *oppletum inteſtinis multis iacere pinguem:* & Gallicus interpres, *couché à table avec un ventre rempli de gras inteſtins.* IACOBS l. c. ſic corrigendum cenſuit:

εὐθ. ἔδοντα πολλὰ καὶ χολάδας κεῖσθαι παχύν.

At minus commode ἔδοντα ibi dicturus fuiſſe videtur poëta, qui mox ἐσθίοντα ſubiicit. Sin vel maxime locus ibi iſti verbo eſſet, nullo incommodo pro eodem teneri librorum ſcriptura ἔχοντα eâdem notione potuiſſet, ut paulo ante ad pag. 548. c. monuimus. Immo vero percommode hoc ipſo loco verbum ἔχοντα poſitum videtur; cuius ſignificatus latius patet, ut in utramque partem accipi poſſit, ſive *iam in ventre habentem*, ſive *menſae adpoſita*, ſive ſimul utrumque.

Tertium trochaicum, cum capite truncatum exhiberent d
editi libri,

μόλις λαλοῦντα καὶ τὸ πνεῦμ' ἔχοντ' ἄνω:

de defectu, quo laborabat verſus, nihil quidem ſuſpicatus erat Caſaubonus; GROTIUS vero, ſuffragante *Clerico*, ſic eumdem complevit:

d καὶ μόλις λαλοῦντα καὶ τὸ πεῦμ' ἔχοντα πᾶν ἄνω. IACOBSIUS proposuit:

παῦρα καὶ μόλις λαλοῦντα καὶ τὸ πνεῦμ' ἔχοντ' ἄνω.

Nobis vocabulum ὕπτιον, quod in ipso versus initio omissum erat, uterque noster codex mstus obtulit. Ad posterius hemistichium adnotaverat CASAUBONUS: »Cum »ait *Menander*, καὶ τὸ πνεῦμ' ἔχοντ' ἄνω, intelligit quam »Medici vocant ὀρθόπνοιαν. « — Vocant autem ὀρθόπνοιαν Medici *magnam respirandi difficultatem*; quam ab Hippocrate πνεῦμα μετέωρον dici docuit CLERICUS l. c. simul haec monens: »Dicitur πνεῦμα esse ἄνω, quod aër admis»sus tam cito reiiciatur, ut vix videatur descendere in in»timos pulmonum recessus, sed in *summâ* tantum eorum »*parte* aestuare & reciprocari. «

πραότητι καὶ ἐπιεικείᾳ διενηνοχώς. Recte ἐπιεικείᾳ dedit ms. *A*. Breviator adiectivo nomine usus est, ἐπιεικέστατος.

AD CAP. LXXIII.

Τοιοῦτος ἐγεγόνει καὶ Πτολεμαῖος ὁ ἕβδομος Αἰγύπτου βασιλεύσας. Τοιοῦτος, scil. πάνυ παχύς: *mirum in modum obesus*: unde etiam cognomen ei datum Φύσκων, i. e. *ventricosus*. *Ibid.* ὁ αὐτὸν μὲν &c. Casu quidem magis, quam consilio, αὐτὸν positum erat in ed. Bas. unde in editionem Cas. propagatum: eodem vero modo scribitur in ms. *Ep.* Saepe autem iam observavimus, idem valere αὐτὸν ac ἑαυτόν: & frequentius a librariis aut editoribus αὐτὸν in αὑτὸν mutatum, quam vice versâ. *Ibid.* ὑπὸ δὲ Ἀλεξανδρέων Κακεργέτης ὀνομαζόμενος. Vide IV. 184. c. & ibi notata. In Κακεργέτης recte hîc consentiunt ambo mssti cum edd.

Ποσειδώνιος οὖν ὁ Στωϊκὸς, συναποδημήσας Σκιπίωνι &c. Errasse hîc Athenaeum, nec enim *Posidonium*, aerate posteriorem, sed *Panaetium Stoicum*, *Scipioni comitem fuisse itineris in Aegyptum* suscepti, monuit VOSSIUS lib. I. DE Historic. Graec. pag. 155. Eumdem autem errorem rursus erravit Deipnosophista, lib. XIV. p. 657. f. *POSIDONIUS* vero utique in *Historiis* suis mentionem fecit illius peregrinationis; de qua confer Nostrum, VI. 273. a. & Ciceronem Acad. Quaest. II. 2. ibique Davis.

Mira locutio, in qua nihil (quod ſciam) mutant ve- e
teres membranae, ὑπὸ παχύτητος, καὶ γαστρὸς καὶ μεγέθους, ἣν δυσπερίληπτον εἶναι συνέβαινεν. Utique vero aut priori loco, aut poſteriori, delenda καὶ particula: cum praeſertim pronomen ἣν ad μεγέθους referri non poſſit, ſed ad γαστρὸς ſit referendum. Praeterea ſaturâ ſane non magnâ fuiſſe perhibetur: *Statura brevis*, ait Iuſtinus, XXXVIII. 8, 9. *& ſagina ventris non homini, ſed belluae ſimilis.* Multo commodius in *Epitomâ* ſcribitur: ὑπὸ παχύτητος καὶ γαστρὸς δυσπεριλήπτου τὸ μέγεθος.

προῆει μηδέποτε πεζὸς, εἰ μὴ διὰ Σκιπίωνα. *Minusculâ* literâ initiali ſcribebatur in editionibus omnibus διὰ σκιπίωνα: interpretatusque Dalecampius erat: *Pedibus numquam ille e regia prodibat, ſed perpetuo ſcipione ſubnixus.* Pariterque Gallicus interpres, *ſans ſe ſoutenir avec un bâton.* At id quidem vix memoratu dignum fuerat: & Graece id non ſonabat διὰ σκιπίωνα, ſed σκίπωνι στηριζόμενος, (conf. XII. 543. f. & 553. e.) aut διὰ σκίπωνος. Multo rectius, immo unice recte, & Graecae ſyntaxi convenienter, NATALIS COMES reddiderat, *propter Scipionem.* De cuius interpretationis veritate nemo dubitaverit, qui iſta apud Plutarchum in Apophthegm. pag. 200 extr. & ſeq. legerit: Τοῦ δὲ βασιλέως (de eodem *Ptolemaeo* agitur) μόλις ὁμιλοῦντος βαδίζουσιν αὐτοῖς (ſcil. *Scipioni & Panaetio*, legatis Romanis) δι' ἀργίαν καὶ τρυφὴν τοῦ σώματος, ὁ Σκιπίων ἀτρέμα πρὸς τὸν Παναίτιον ψιθυρίσας εἶπεν· Ἤδη τι τῆς ἐπιδημίας ἡμῶν Ἀλεξανδρεῖς ἀπολελαύκασι· δι' ἡμᾶς γὰρ ἐωράκασι τὸν βασιλέα περιπατοῦντα.

Ἀρτεμίτια. Homo Laco apud Ariſtoph. in Lyſiſtr. f
vs. 1251. Ἀρτεμίτιον dicit pro Ἀρτεμίσιον: item Philiſtus Syracuſius, Hiſtoricus, qui genere Naucratita fuiſſe traditur, Ἀρτεμίτιον pro Ἀρτεμίσιον ſcripſit, teſte Stephano Byz. in Ἀρτεμίσιον: quod *Dorice fortaſſe* a Philiſto ſcriptum idem Stephanus ait. Similiter fortaſſe vulgari Cyrenaeorum aut Alexandrinorum idiomate Ἀρτεμίτια dicebatur, pro Ἀρτεμίσια. Fortaſſe vero etiam non tam ab *Artemide*, quam ab aliâ origine, nomen invenerat hoc feſtum, quod ad *Apollinem* magis quam ad *Dianam* ſpectaſſe videtur. Quidquid ſit, reſtituere auctori noſtro debuimus veterem ſcripturam Ἀρτεμίτια, quam unice agnoſcunt membr. *A.* eamdemque in contextu codex *Epit.* habet, literis σι nonniſi ſuperne inter lineas adſcriptis. Proxima verba, ea

ferie qua edidimus, μεγίστη ἑορτὴ ἐν Κυρήνῃ, exhibentur in utroque msto: in ms. *A.* vero poſt Κυρήνῃ perperam repetitur nomen ἑορτή.

πολλὰ μὲν τῶν ἀγριμαίων. Ad editam olim ſcripturam ἀγριμέων notavit CASAUBONUS: »Scribe τῶν ἀγρι»μαίων, ex libris & Euſtathio. *Ferinam* vocant ἀγριμαῖα. « — Libri iſti ſunt, quibus *Epitoma* continetur. Euſtathii locus, ex eâdem Epitomâ decerptus, exſtat in Comment. in Iliad. χ'. pag. 1379. l. 17. Mireris vero, non ſimul monuiſſe Animadverſorem, ἠμέρων ſcriptum oportuiſſe, non ἱμέρων: quae ſcriptura ex operarum errore in editionem Baſ. irrepſerat, indeque in ed. Caſ. erat translata. ἠμέρων quidem recte editio Ven. dabat, conſentiente utroque cod. msto & Euſtathio l. c.

a πολλάκις δέ τινες καὶ καθάριον ἀκολουθίσκον προσδιδόασιν. Omiſſa haec ſunt in *Epit.* Nos CASAUBONUM ſecuti ſumus, ad vulgatam olim ſcripturam haec monentem: »Adiicit Ptolemaeus, πολλάκις δέ τινες καὶ κιθά»ριον ἀκολουθίσκον προσδιδόασιν. Non poteſt κιθάριον aliud »ſignificare quam *parvam citharam*: quod alienum eſt. Qui »accipiunt pro κιθαριστὴν, negligunt analogiam. Legen»dum καθάριον, *mundum, elegantem.* Fere apud aucto»res [quod iam ſaepius apud Noſtrum obſervavimus] »*mundities* opponitur τῇ πολυτελείᾳ. Ita hîc accipiendum. »Significat, *datum puerum a pedibus*, non magnae rei, ſed »*quem cultus mundities commendaret.* Deſcriptis *impenſis*, »*quas priores ſacerdotes ſoliti facere*, narrat Ptolemaeus, ſe »*omiſſis illis omnibus, phialas ex argento confeciſſe*, τὸ τίμη»μα ἔχουσαν ἑκάστην ἧς προειρήκαμεν δαπάνης: id eſt, »*quae tanti conſtabant ſingulae, quanti totus ille apparatus*, »quem ante deſcripſit, *conſtabat.* « — τὰ τοιαῦτα, adiecto articulo, recte dedit ms. *Ep.*

Εἰς πάχος δὲ ἐδεδώκει καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ. Ad hanc ſcripturam nihil e membr. *A.* adnotatum. Sicut vero pag. 549. a. εἰς πάχος ἐπέδωκαν, ſic hîc neceſſario ἐπεδεδώκει ſcriptum oportuiſſe arbitror: aut fortaſſe ἐνεδεδώκει. Manifeſte quidem mendoſum ἐκδεδώκει, quod habet ms. *Epit.*

AD CAP. LXXIV.

c εἴ τις ἢ τὸ σχῆμα ἀνανδρότερον ἔχων, ἢ τὸν ὄγκον τοῦ

σώματος προπετὴς ἐφαίνετο. Ad editam olim ſcripturam notavit CASAUBONUS: »Scribe εἰ ἦ τὸ σχῆμα, non »εἰ ἦν: pendet enim oratio ab ἐφαίνετο. De hoc *Lacedae-* c
»*moniorum inſtituto* Aelianus Variae Hiſtoriae libro XIV. »cap. VII. Simile illud Strabonis de veteribus Gallis: ἴδιον »δὲ καὶ τοῦτο. ἀσκεῖν γὰρ αὐτοὺς μὴ παχεῖς εἶναι καὶ προ»γάστορας· τὸν δ' ὑπερβαλλόμενον τῶν νεων τὸ τῆς ζώνης »μέτρον, ζημιοῦσθαι.« — Neceſſario εἴ τις ſcriptum oportuit: quemadmodum eſt in utroque msto. Etiam εἴ τις ἦν commode haberet, niſi ſequeretur verbum ἐφαίνετο, quod omiſit quidem Breviator, ſed agnoſcit codex *A*. Tum προπετὴς, ſi vera ſcriptura, idem ſonat quod προγάστωρ apud Aelianum & apud Strabonem loco a Caſaub. citato. Sed, ſi προπετὴς ſcripſit auctor, uſus Graeci ſermonis deſiderabat adiectum participium ὤν, nempe προπετὴς ὢν ἐφαίνετο. Probabilius autem videtur προπετῆ, quod habet Epitoma, ad ὄγκον relatum; ut intelligatur ſtructura orationis in hunc modum, εἴ τις ἐφαίνετο ἔχων ἢ τὸ σχῆμα ἀνανδρ. ἢ τὸν ὄγκον τοῦ σώματος προπετῆ. Quod ſubiicitur κατὰ δέκα ἡμέρας idem valet, ac διὰ δέκα ἡμερῶν apud Aelianum: cuius totam narrationem & quae ibi notarunt Interpretes, cum hac Athenaei narratione contuliſſe iuvabit.

κρέως σκευασίας recte dederunt ambo mssti; non d iunctâ voce κρεοσκευασίας, quam ne analogia quidem ferebat: oportebat ſaltem κρεωσκευσίας, per ω magnum. *Mox*, ubi ſcripſimus ὁ Ἀγαθαρχίδας, articulum adiectum dedit ms. *A*. Ibidem vero cum ſcribitur, κἀν τῇ ἑβδόμῃ εἰκοστῇ, id eſt, *Porro libro viceſimo ſeptimo*; ob cognatum praeſertim argumentum narrationis cum praecedente narratione, quae *ex viceſimo ſeptimo libro* ducta dicebatur, exſpectaſſes ut hîc diceret Athenaeus, κἀν τῇ αὐτῇ δ' ἑβδ. εἰκ. id eſt, *Porro in eodem libro viceſimo ſeptimo*. Sin nude κἀν τῇ ἑβδ. εἰκ. ſcripſit ille, conſequens erit ut aut hîc, aut proxime ante, in *numero libri erratum* eſſe intelligamus. *Ibid.* Ναυκλείδην τὸν Πολυβιάδου. Operarum erratum τῶν Πολυβ. ex ed. Caſ. 1. in editionem 2. & 3. propagatum erat.

ὁρῶν τοὺς Ἀσιαγενεῖς ταῖς μὲν στολαῖς &c. Articulum e ταῖς ibi flagitabat uſus loquendi: & latebat ille in τοὺς, quod in ms. *A*. perperam eo loco repetitum legitur. In *Epit.* inverſis verborum vicibus ſcribitur στολαῖς μὲν

&c. non μὲν στολαῖς: atque ita, nullo incommodo, abesse articulus poterat. Sed quoniam sequitur τοῖς σώμασι cum *articulo*, quem ibi etiam ms. *Ep.* agnoscit, ad στολαῖς quoque articulus desiderabatur.

f Πύθων δ' ὁ Βυζάντιος ῥήτωρ. Huius obiter mentio facta apud Nostrum, II. 50. f. De eodem vide Suidam, & quos ibi laudavit Küsterus.

ὡς Λέων ἱστορεῖ ὁ πολίτης αὐτοῦ. *Leo Byzantius*, Philosophus & Historicus: de cuius scriptis Suidas consulendus. Notandum vero, quae ex *Leonis* testimonio de *Pythone* hîc narrat Athenaeus, eadem ad ipsum *Leonem* referri apud Suidam; cui Philostratus praeiverat in Vita Sophist. lib. I. cap. 2. Cuius confusionis ratio ex iis intelligitur, quae de eodem Leone Byzantio Plutarchus tradit, in Praecept. Polit. pag. 804. cuius verba & Küsterus ad Suidam, & Olearius ad Philostr. pag. 316. adposuit. Nempe *Leo*, quum legatus Athenas missus rideretur ob staturae brevitatem, simili quadam ratione respondit Athenienſibus, qua apud Byzantios usus erat *Pytho*.

Mira orationis structura in istis, καὶ Βυζαντίοις ποτὲ στασιούζουσι πρὸς ἀλλήλους τοῖς πολίταις παρακαλῶν εἰς φιλίαν ἔλεγεν. Naturalis constructio postremorum verborum, ex Graecae syntaxeos lege haec est: ἔλεγε τοῖς πολίταις, παρακαλῶν (scil. αὐτοὺς) εἰς φιλίαν. Quo posito, praecedentia necessario aut ita enuncianda erant, καὶ Βυζαντίων ποτὲ στασιαζόντων πρὸς ἀλλ. aut abiectâ voce Βυζαντίοις sic scribendum, καί ποτε στασιάζουσι πρὸς ἀλλήλους τοῖς πολίταις, παρακαλῶν εἰς φιλίαν, ἔλεγεν. Percommode ista, ut multa alia, in hunc modum concinnavit Breviator: Λεων δ' ὁ Βυζάντιος παχὺς ὢν τὸ σῶμα, τοῖς πολίταις ποτὲ στασιάζουσι πρὸς ἀλλήλους, παρακαλῶν εἰς φιλίαν, ἔλεγε.

Ὁρᾶτέ με, ἄνδρες πολ. Sic ambo mssti, non μὲν. Iidem mox ὅταν οὖν tenent quidem cum editis; sed commodius dein ἐὰν δὲ dederunt.

AD CAP. LXXV.

Πόσῳ οὖν κάλλιόν ἐστιν &c. »Posteaquam multa dixisset »Athenaeus *de praepinguibus* quibusdam & *catasarcis*, ad »*Timocratem* suum conversо sermone, Πόσῳ οὖν, inquit, »κάλλιόν ἐστιν, ἀγαθὲ Τιμόκρατες, πεγόμενον εἶναι λεπτό-

» τερον ὧν καταλέγει Ἕρμιππος, &c. Pendet oratio haec »usque ad illa, quae intervallo satis magno sequuntur, »[pag. 552. f.] Πολλῷ οὖν κάλλιόν ἐστι τοιοῦτόν τινα εἶναι »τὴν ἰδέαν, ἢ ὡς φησιν Ἀντιφάνης, & quae sequuntur. In»ter haec fermo interiectus est *de quibusdam mirae tenuitatis* »*hominibus atque* adeo *prodigiosae*. Talia enim revera sunt »nonnulla eorum quae hîc narrantur exempla. « CASAUB.

τῷ Ταναγραίῳ κήτει ἐοικέναι. » Vide proverbium, *Tana-* a »*graeus cetus*. « DALECAMPIUS. — Tanagra, Boeotiae oppidum maritimum: a quo in proverbio dici *Tanagraeum gallum gallinaceum & athletam*, Suidas adnotavit. *Tanagraeus cetus* apud nullum veterum, quod sciam, praeter Athenaeum, memoratus reperitur. Probabiliter ERASMUS, Adag. pag. 397. statuit, locum proverbio dedisse immani magnitudine cetum ad Tanagram olim adpulsum.

ὁ Ἕρμιππος πρὸς τὸν Διόνυσον τὸν λόγον ποιούμενος νῦν· — Οἱ γὰρ πενόμενοι &c. Sic distincta sunt verba in ms. *A*. In *Epit.* prorsus abest νῦν particula.

Λεωτροφίδου λεπτότερα καὶ Θουμάντιδος. » Primi in »hunc censum (hominum mirae tenuitatis) nomina sua »deferunt *Leotrephides* & *Thumantis*, quorum simul memi»nit HERMIPPUS in *Cercopibus*. Extat idem Hermippi lo»cus in antiquis Comici scholiis ad *Aves*: [vs. 1406.] at»que ibi scriptum Λεωτροφίδης, non solum apud interpre»tem, verum etiam apud ipsum poëtam, qui huius meminit »illâ in fabulâ. In versu *Hermippi*, pro Θουμάντιδος rescri»psit Dalecampius Θαυμάντιδος, & de Iride interpretatur »φιλοσοφικώτερον. Quam vellem acumine isto ingenii es»set usus alibi. Nam hîc quidem non licuit ei esse inge»niosо, propter frigus sententiae quam invehit; propter »constantiam vulgatae lectionis in omnibus exemplaribus, »etiam apud Scholiasten Aristophanis, qui haec ipsa de»scribit; postremo propter ipsum etiam Aristophanem, »qui *Thumantidis* huius sic meminit in Equitibus: [vs. »1268 sqq. ed. Br.]

» μηδὲ Θούμαντιν ἀνέστιον αὖ
» λυπεῖν ἐκούσῃ καρδίᾳ.
» καὶ γὰρ οὑτοσὶ, φίλ' Ἄπολλον
» πεινῇ, δαλεροῖσι δακρύοις
» σὰς ἀπτόμενος φαρέτρας
» Πυθῶνι ἐν, διὰ τὸ κακῶς πένεσθαι.

»Ex quibus verbis duo licet cognoscere: &, prae fame

» exſuccum ac macilentum hunc fuiſſe: & fatidicam Apol-» linis laurum ſolitum mordere: atque inde nomen. Nam » Θούμαντις, eſt Θεόμαντις. Ita nullus Thaumantidi illi ſup-» poſititiae locus relictus. « CASAUBONUS. — Λεωτροφίδου recte ſcribitur in cod. *Ep.* Confer Suidam ſub eâdem voce: qui quidem ſua Scholiaſtae Comici debet.

Καὶ Ἀριστοφάνης δὲ &c. Sic codex ms. uterque, praeb poſita καὶ particula, quae aberat editis. *Ibid.* λέγων οὕτωσί· Καὶ τίς νεκρῶν &c. » *Verſus primus* ῥήσεως *Ariſto-» phaneae ex Gerytade*, ſumtus eſt (ut plurimi alii eius poë-» tae) de Euripide, initio Hecubae. « CASAUBONUS. — Recte vero ex οὕτως & εἰ, quae leguntur in vetuſtis membranis, unam vocem οὑτωσὶ fecerunt Editores. De totâ iſtâ *ARISTOPHANIS* eclogâ, nonniſi pauca verba adpoſuit Breviator, καὶ ἀϊδοφοίτας τούτους καλεῖ· οὓς φησὶ καὶ ἐπὶ λεπτῶν ἐλπίδων ἀχεῖσθαι. Eodem vero pertinet, quod nomina hominum initio ſtatim adiecit, ſic ſcribens: Καὶ Ἀριστοφάνης δὲ λεπτοὺς καταλέγει Σαννυρίωνα τραγῳδὸν, καὶ Μέλιτον καὶ Κινησίαν. Ex coniecturis doctorum virorum & ſuis emendatam eclogam dedit BRUNCKIUS, in Ariſtophanis Fragm. pag. 230 ſq. in *ſecundo* & *quarto verſu* TOUPIUM ſecutus, (Emend. in Suid. P. III. p. m. 546.) *in nono* vero & *decimo* BENTLEIUM, qui eum locum ſuſe tractavit in *Diſſert. upon the Epiſtles of Phalaris*, pag. 298 & ſqq.

Verſ. 2. Cum ἕνα δ' ἀφ' ἑκάστης τέχνης vulgo ſcriberetur, & claudicabat verſus, nec ſatis apta huic loco δὲ coniunctio videri debuit. Quare Brunckius cum Toupio ſic ſcripſerat,

ἔτλη κατελθεῖν. ἕνα γ' ἀφ' ἑκάστης τῆς τέχνης.

Nobis expeditior ratio viſa eſt, quam HERMANNUS praeivit, DE Metris pag. 154. δὲ in γὰρ mutans: quae particulae frequenter invicem permutari ſolent a librariis.

Ad *verſ.* 4. haec adnotaverat CASAUBONUS: » Quartus » manifeſto corruptus initio,

» οὐ σημαίνοντας ἀϊδοφοίτας —

» Nihil enim illa ſignificant, οὐ σημαίνοντας: praeterea lex » metri mendam arguit. Legebam, ἐκεῖ μένοντας. Sed, quia » ſequitur Θαμὰ ἐκεῖσε φιλοχωροῦντας, melius ὧδὶ μένον-» τας: *qui etſi habitant inter vivos, inter mortuos tamen ſaepe* » *comparent.* « — Sic ille. TOUPIUS ſic corrigebat:

οὐ σώματ' ὄντας, ἀϊδοφοίτας, &c.

quod adoptavit Brunck. Equidem unice verum iudicavi id, b
quod a praeſtantiſſimo TYRWHITTO in Appendice ad Toupii Emend. in Suid. p. 424. propoſitum ex *Boiſſonadi* noſtri Notis msstis cognovi:

οὓς ᾔσμεν ὄντας ἀϊδοφοίτας. —

Vide Etymolog. p. 438 extr. & ſeq. & Euripidis Hecub. vs. 1102. ed. Porſ. Ἀϊδοφοίτας non incommode Dalecampius *legatos ad inferos* interpretatus eſt. Heſychius: φοίτης· ὁ κήρυξ. παρὰ τοῦ φοιτᾶν πανταχοῦ. Confer eumdem in Ἀϊδοφόλοι, & ibi Interpretes.

Verſ. 7. μάλιστα γ' ὥσπερ Θρᾳκοφοῖται. Sic ms. *A.* commodius quam δ' ὥσπερ, quod erat editum. Cur vero μάλιστα δ' οἵπερ ſcripſerit Brunckius, exputare non potui.

Verſ. 8 *ſq.* Πρῶτα μὲν Σαννυρίων ἀπὸ τῶν τρυγῳδῶν. Vulgatam ſcripturam τραγῳδῶν, quamvis manifeſto corruptam, intactam reliquerat Caſaubonus, & prorſus ſilentio transmiſerat. KÜSTERUS ſua manu ad oram exempli Athenaei, quod ipſius olim fuerat, hoc loco adnotavit: »Scribe κωμῳδῶν. *Sannyrion enim fuit comicus.*« Pariter »reponendum ſine haeſitatione ἀπὸ τῶν κωμῳδῶν« monuit PERIZONIUS, ad Aeliani cap. 4. libri decimi: quod caput totum rurſus ex Athenaeo deſumtum eſt. At, in eamdem quidem ſententiam, cum aliqua tamen (ut videtur) contemtus ſignificatione, ἀπὸ τῶν τρυγῳδῶν reſtituendum auctori fuiſſe, extra dubitationem BENTLEIUS poſuit. Cf. Brunck ad Ariſtoph. Nub. 296. & ad Acharn. 400. Diſerte etiam monitum eſt ab Athenaeo noſtro, II. 40. b. *comoediam* olim τρυγῳδίαν fuiſſe nominatam.

Verſ. 10. Μέλιτος. »Μέλητος, conſtanti errore, ter c
»ſcribitur, pro Μέλιτος. Ita igitur poſthac emendemus.
»Nam τὸ η in mediâ ſyllabâ vocis huius reſpuunt verſus,
»& qui hîc recitantur, & omnes alii in quibus miſelli
»huius tragici fit mentio. Ariſtophanes, Ranis: [vs. 1337.]

»Σκολιῶν Μελίτου καὶ Καρικῶν αὐλημάτων.

»Enarrator vetus: Τραγικὸς ποιητὴς ὁ Μέλιτος. οὗτος δέ
»ἐστιν ὁ Σωκράτη γραψάμενος. Omitto Aelianum, [apud quem recte Μέλιτος ſcribitur] »Ποικίλης libro decimo, capite »ſexto.« Haec CASAUBONUS: — vere utique praecipiens, Μέλιτος ſcriptum oportuiſſe: quemadmodum etiam in noſtro ms. *Epit.* ſcriptum nomen ſupra vidimus. Sed in eo doctiſſimum virum fefellit ratio, quod verſuum menſuram, in quibus hoc nomen occurrit, *productam* non fer-

c re *mediam ſyllabam* exiſtimavit: quod plane contra eſt. Nam in verſibus hîc recitatis & in aliis apud Ariſtophanem, ipſa etiam ſcriptura Μέλιτος conſtanter mediam vocalem productam habet: & quod de verſu ex Nub. a Caſaub. prolato *Bentleius* rationibus evicerat, eiiciendam eſſe καὶ particulam, temere intruſam, id ipſum *Brunckius* codicum manuſcriptorum auctoritate firmatum dedit. In eodem *verſ.* 10. pro edito olim κυκλικῶν recte idem BRUNCKIUS, praeeunte eodem BENTLEIO, κυκλίων poſuit: quod ipſum etiam in mendoſa membranarum noſtrarum ſcriptura, κυλίκων, latebat. Confer Perizonium ad Aelian. l. c. & Heſychii Interpretes ad vocem Κύκλειοι, quae perperam ibi ſic pro Κύκλιοι vulgo ſcribitur. De *Cyneſia*, qui extremo verſu nominatur, adnotavit CASAUBONUS: »In *Cyneſiae gracilitatem* extant & alii Ariſtophanis ioci: »ut in Ranis, [vs. 1437. ed. Br. aliis olim 1485.]

»εἴ τις πτερώσει Κλεώκριτον Κινησίᾳ,
»αἴροιεν αὖραι πελαγίαν ὑπὲρ πλάκα.

»Habes apud Galenum, in ſeptimo Commentario ad Apho»rismos Hippocratis, Platonis Comici de hoc *Cyneſia* le»pidos verſiculos.«

Verſ. 11. Ὡς σφόδρ' ἐπὶ λεπτῶν ἐλπίδων ὤχεσθ' ἄρα. Recipiendam putavi membranarum ſcripturam ὤχεσθ' in *ſecundo aoriſto*. Certe nulla ſatis idonea cauſſa erat, cur *praeteritum imperfectum* ὠχεῖσθ', quod editum erat, cum *praeſente* ὀχεῖσθ' BRUNCKIUS mutaret: quem eo nomine reprehendit PORSONUS ad Euripid. Oreſt. 69. ubi dictionem iſtam, ἐπ' ἐλπίδος ὀχεῖσθαι, ſpiſſâ exemplorum ſylvâ Vir doctus illuſtrat. In ed. Ven. & Baſ. prorſus vitioſe ὠχεῖσθ' ſcribebatur, cum *iota* ſub ω.

Duos poſtremos verſus, quorum nec de ſcripturâ, nec de ſententiâ, ſatis mihi liquere profiteor, ita ſcriptos dedi, ut in membranis exhibentur:

Τούτους γὰρ, ἢν πολλῷ ξυνέλθῃ, ξυλλαβὼν
ὁ τῆς διαῤῥοίας ποταμὸς ἐξοιχήσεται.

A qua ſcriptura non diſſentiebant editi, niſi quod πολλῶν pro πολλῷ habent. Sententiam *Dalecampius* ſic expreſſit:

Etenim hos, quamvis multos, ſi fortaſſis ingruat,
diarrhoeae fluvius abripiet, & abibit.

Quam ad ſententiam in penultimo verſu legendum foret, Τούτους καὶ ἂν πολλοὺς &c. ut Latina illius interpretis graece expreſſit PURSANUS. In orâ notaverat idem DALECAM-

PIUS : »Ridet ut valetudinarios, qui corporis exilitate fer- c
»re non poſſent diarrhoeam, id eſt, alvi profluvium, tum
»morbum popularem.« — CASAUBONI haec eſt Animad-
verſio : »Proximi tres verſus, qui apud poëtam non lon-
»ge a praecedentibus erant collocati, habent hanc ſenten-
»tiam : *Eorum, qui legatos iſtos adeo tenues & leves in Orcum*
»*miſiſſent, ſpes eſſe admodum tenues : quia periculum ingens eſ-*
»*ſet, ne iſtos parvi ponderis legatos Diarrhoeas fluvius corre-*
»*ptos ſecum deferat, ſi eius aquae forte intumuerint.* Poëtae
»verba ſunt, leviter a nobis emendata :

»Ὡς σφόδρ' ἐπὶ λεπτῶν ἐλπίδων ὠχεῖσθ' ἄρα.
»τούτους γὰρ, ἢν πολλὸς ξυνέλθῃ, ξυλλαβὼν
»ὁ τῆς Διαροίας ποταμὸς, ἐξοιχήσεται.«

Gallica verſio ſic habet : *Ma foi, vous partez avec de bien minces eſpérances ; car ſi le fleuve qui en fait la ſéparation groſſit, il emportera tous ces gens dans ſes flots.* Subiecta eſt adnotatio, haud ſane incommoda : »Ce badinage roule ſur
»l'équivoque de διάῤῥοια, de διαῤῥεῖν, qui ſignifie *couler*
»*entre*. Alluſion aux *Styx*, dont l'eau, dit Virgile, faiſoit
»neuf fois le tour du Tartare, & en empêchoit l'entrée :
»*Novies interfuſa coërcet.* Enſuite ce mot ſignifiant *diarrhée*,
»indique que ſi la *diarrhée* prend les meſſagers, adieu la
»commiſſion. Ces plats badinages étoient du gout des Co-
»miques [*rectius fortaſſe dixiſſet*, du Parterre] d'Athènes.«
Verſu penult. πολλὸς a Caſaubono accepit Brunck ; cum eodemque *verſ. ult.* διαροίας ſimplici ρ ſcripſit, ἐξοιχήσεται tenens. οἰχήσεται corrigendum cenſuit DAWES in Miſcell. Crit. pag. 321. Sic & CORAY, cuius eſt ad duos poſtremos verſus ingenioſa Animadverſio huiusmodi : »Poſ-
»ſint haec fortaſſe ita refingi :

»Τούτους γὰρ ἢν ποδῶν ἐξέλκῃ, ξυλλαβὼν
»ὁ τῆς διαῤῥοίας ποταμὸς, οἰχήσεται.«

Quae in editis proxime ſequebantur, Περὶ δὲ τοῦ Σαννυρίωνος σκυτίνην ἐπικουρίαν : eis contineri verſum tribus prioribus iungendum exiſtimans DALECAMPIUS, latine ita vertit : — *& abibit,*
cum Sannyrionis coriaceo praeſidio.
Etiam Gallicus interpres verba iſta eiusdem Comici eſſe cenſens, ſuperioribus adiecit, ſic verrens : *Quant a Sannyrion, le cuir qui lui ſert d'appui & le protège . . .* Adiecta notâ : »Le ſens n'eſt pas achevé.« — Perſpecte vero CASAUBONUS in dubio rem reliquerat, haec monens : »Quar-

c » tum his verſum adiicit Dalec. de *Sannyrione*. Sed locus » apparet mutilatus: neque eſt cauſſae, cur cum illo ſen- » tiamus. « — Mutilatus utique erat locus: quem opportune expletum, ita ut nihil amplius deſideretur, nobis dedere optimae membranae Veneto-Pariſienſes. Adparet, a voce Σαννυρίωνος priori loco poſitâ ad alterum locum, ubi eadem repetebatur, fugitivo oculo aberraſſe iuniorem aliquem librarium.

STRATTIDIS Comici fabula Ψυχαστὰ ſaepius alibi citata Athenaeo. Suidas, eumdem Athenaeum teſtem citans, etiam *Sannyrionis* fabulam eodem titulo exſtitiſſe ait: qui fortaſſe error eſt, ex neglectim inſpecto hoc ipſo Athenaei loco oriundus. Quod ait poëta σκυτίνην ἐπικουρίαν, *coriaceum* vel *pelliceum auxilium*: » Sic vocat (inquit DALECAMPIUS) » coriaceum thoracem, quo pectus circum- » dabat, ut firmior eſſet truncus corporis. « — ERASMUS, in Adagio *Coriaceum auxilium*, pag. 95 ſq. ait, Athenaeum indicare, dictum hoc eſſe in Sannyrionem, *quod praeter pellem nihil haberet.* Adiicitque: » Apud eumdem (Athenaeum) » lib. XIII. Antiphanes philoſophos *macilentos* notans: κα- » τὰ σοφιστῶν νὴ Δία λεπτῶν, ἀσίτων, σκυτίνων: id eſt: » *cum Sophiſtis per Iovem macilentis, impaſtis, pelliceis.* « — Antiphanis iſte locus nobis nunc non eſt in promtu: ſed quidquid ſit, ſpectat huc Heſychiana gloſſa, cuius etiam idem Eraſmus meminit: Σκυτίνη ἐπικουρία. Ἀττικοὶ, ἐπὶ τῶν ἀσθενούντων βοηθημάτων. Quo loco miratus ſum, unice de Ariſtophanis verbis Lyſiſt. vs. 110. cogitaſſe Interpretes, nec huius loci quemquam meminiſſe.

In ſcribendo SANNYRIONIS verſu ex fabula *Riſu*,

— Μέλιτον τὸν ἀπὸ Λιναίου νεκρόν:

indicavimus, *deeſſe primum ſenarii pedem.* Nam media ſyllaba vocabuli Μέλιτον, ut ſupra monuimus, producitur: & duae priores ſyllabae eiusdem vocis efficiunt pedem iambicum, qui ſecundam ſenarii ſedem tenet. νεκρὸν *Melitum* vocat poëta, ob *cadaveroſum corporis habitum, ſceleto* magis quam vivo homini *ſimilem.* Λήναιον, *Lenaeum*, notum eſt fuiſſe locum Athenis, ubi Bacchi templum, & theatrum fabulis agendis. Vide Heſych. & Suid. in Ἐπὶ Ληναίῳ: & praeſertim HEMSTERHUSIUM in Auctario Emendationum ad Heſychii Tomum I. pag. 999. 10.

AD CAP. LXXVI.

Κινησίας εἰς ὃν καὶ ὅλον δρᾶμα γέγραφε Στράττις. Vide d CASAUB. ad VII. 327. e. Animadv. T. IV. p. 455 sq.

παίζων οὖν εἰς τὴν ἰδέαν αὐτοῦ, ἔφη· Φθιῶτ' Ἀχιλλεῦ. Id est, *ludens in eius formam & corporis habitum, dixit, o Phthiota Achilles.* Qua compellatione quo pacto in *formam hominis & habitum corporis* luserit comicus, haud satis video; nisi forte ad verbum φθίω vel φθίνω adlusit, quia *phthisi* laborabat Cinesias. Sic Φθιώτην cum adpellavit, φθισιῶντα intellexerit: aut sic scriptum oportuit, φθίω τ' Ἀχιλλεῦ, quasi cui iratus Deus dixisset, *perdo te, Achilles.*

ὡς καὶ Ἀριστοφάνης πολλάκις. Vide Comici Aves, vs. 1377. ed. Br.

Λυσίας ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ Ὑπὲρ Φανίου παρανόμων ἐπιγραφομένῳ λόγῳ. Vide Harpocrationem in Κινησίας, & TAYLORI Fragm. Lysiae, num. LXXII. In *LYSIAE* verbis hîc e adpositis, in ed. Ven. & Bas. post ista, ὅτι Κινησίας ἐστὶν, statim sequebantur illa, ὃ τοιαῦτα περὶ θεοὺς &c. omissis interiectis, quae e msstis supplevit Casaubonus.

Ibid. ἃ τοῖς μὲν ἄλλοις αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν, τῶν f κωμῳδιδασκάλων δ' ἀκούετε. Vide Aristoph. Ran. 369. & Concion. 330. collat. cum Schol. ad Ran. 153. Quae loca *Taylorus* indicavit.

Ἀπολλοφάνης, καὶ Μυσταλίδης δὲ, καὶ Λυσίθεος. *Apollophanes*, comicus; Athenaeo subinde nominatus. De *Mystalide* & *Lysitheo* nihil alioquin compertum nobis.

Ibid. ἀντὶ νουμηνιαστῶν κακοδαιμονιστὰς σφίσιν αὐτοῖς τοὔνομα θέμενοι. » Novilunio Apollini sacra faciebant, & » cum amicis epulabantur: νουμηνιάζειν id dicebatur: un- » de νουμηνιαστής. *Cacodaemonistarum* nomen adsumebant, » quod Diis essent infensi. « DALECAMPIUS. — Confer MEURSII Graeciam Feriatam, in Νουμηνία, pag. 214. Eo die οἱ εὐδαιμονέστεροι (ut ait Herodotus in Vita Homeri, a Meursio citatus) epulas celebrabant, & pauperioribus cibos impertiebant. Videntur hi, quos Lysias dicit, κακοδαιμονιστὰς se ita adpellasse, tamquam *infelices* & *male se habentes*, qui tamen haud secus ac οἱ εὐδαιμονέστεροι epulis celebrare novilunium vellent. Sed invidiose interpretatur orator: qui tamen quod ait, οὐ μὴν ὡς τοῦτο διαπραττόμενοι, quid dicat τοῦτο διαπραττόμενοι, (id est, ad verbum latine si reddas, *hoc efficientes*) parum percipio:

exſpectaveram ὡς τοῦτο πράττοντες, id eſt, ὡς κακῶς πράττοντες, *tamquam qui eſſent infelices & miſeri.* Sed videtur κακοδαιμονιστὰς potius dicere *malorum geniorum evocatores*, aut aliquid tale; & deinde, οὐ μὴν ὡς τοῦτο διαπραττόμενοι τὴν διάνοιαν ἔσχον, *nec vero cogitarunt illi ſe re ipſa id efficere*, nempe malos genios adverſus ſe ipſos concitare, & infeſta ſibi numina reddere Deorum.

a ἐκείνων μὲν οὖν (ſcil. trium illorum modo nominatorum) ἕκαστος ἀπώλετο ὥσπερ εἰκὸς τοὺς τοιούτους. Nempe ut vulgo dici ſolet, κακὸς κακῶς ἀπώλετο. *Ibid.* τοῦτον δὲ τὸν ὑπὸ πλείστων &c. Articulum τὸν adiectum dedit ms. *A.* *Mox*, ἵν' ἴδωσιν recte uterque codex, non εἰδῶσιν.

Ibid. καὶ τὰς συμφ. καὶ τὰς νόσους. Sic ms. *A.* Omiſſa iſta in *Epit.*

AD CAP. LXXVII.

b Λεπτότερος δ' ἦν καὶ Φιλήτας &c. » Quoties lego quae » de *Philetae* & vatis *Archeſtrati* parvitate & gracilitate nar- » rant Graeci ſcriptores, non poſſum quin ſatyrico poëtae » ſubſcribam, cuius eſt dictum, *& quicquid Graecia mendax* » *audet in hiſtoria.* De *Phileta* probabilior ſaltem Aeliani » narratio: qui geſtaſſe eum ſcribit *non globos*, ſed *ſoleas* » *plumbeas:* & quaerit idem non iniuriâ, ſi tanta fuit Phi- » letae imbecillitas, quî potuerit haec inter eundum ponde- » ra trahere. « CASAUBONUS. — *Gracilitatem* iſtorum ho- minum commemorant Graeci; *non parvitatem*, quod ſciam, niſi *Hipponactis*, de quo paulo poſt. Aelianus eo loco, quem ſupra citavimus, quo totam hanc Athenaei de maci- lentioribus hominibus narrationem perſequitur, (Var. Hiſt. X. 6.) *Philetae* tantum verbo meminit, Φιλήτας ποιητὴς ἑξαμέτρων: cum de eodem iam ex profeſſo lib. IX. c. 14. dixiſſet. μολύβου dedit ms. *A.* quod nil opus fuerat ut in μολύβδου mutaretur. Sed & μολίβου ferri potuit, quod eſt in ms. *Epit.* Vide viros doctos ad Moerin p. 256.

Ibid. ὡς καὶ – – ἔχειν recte edd. In ms. *A.* ultima litera ν lineolâ transverſim ſuperne impoſitâ debuerat indicari, quam lineolam adiicere oblitus eſt librarius.

c Ἀρχέστρατον – – ὀβολοῦ ὁλκὴν εὑρεθῆναι ἔχοντα. » De » *Archeſtrato*, quis adeo communi ſenſu careat, qui cre- » dat quod hîc narratur? *repertum eſſe, cum appenderetur*, » ὀβολοῦ ὁλκὴν ἔχοντα. Nam in librariorum culpam conii-

» cere, haud ſcio an ſit licitum. Aelianus enim per omnia » huic narrationi conſentit. « CASAUBONUS. — Haud dubitavit tamen quin contenderet PALMERIUS, Exercitat. p. 522. ὀβολῶν ſcriptum olim fuiſſe, *praemiſſâ notâ numerali*, quae per librariorum incuriam intercidiſſet. Ex hyperbolicâ poëtae cuiusdam narratione manaſſe fabulam ſtatuebat PERIZONIUS ad Aelian. X. 6.

κενὴν λήκυθον — — τῶν ἐλαφρῶν σωμάτων &c. » Etiam d » *Hipponax inter homunculos*, de quibus hîc eſt ſermo, » recenſetur: ſed additur, fuiſſe eumdem adeo ἀκρότονον & » *validis lacertis*, ὥστε πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ κενὴν λήκυθον » βάλλειν μέγιστόν τι διάστημα: id eſt, *ut praeter alia* ro- » boris argumenta quae edebat, *etiam inanem ampullam ia-* » *ceret longiſſime.* Duplex hîc non poenitendarum virium » ſpecimen: *quod ampullam longe vibraret*: quod *vacuam*: » facilius enim plena, quam vacua, ἀπὸ τῆς αὐτῆς ὁρμῆς » impulſa feratur. Male in Excerptis [etiam in noſtro ms. » *Ep.*] καινὴν, pro κενήν.« CASAUBONUS. — Si fictilem ampullam cogites, aut aeneam, ſatis ponderis etiam vacua habuerit: ſed memineris quod CASAUBONUS ad Theophraſti Charact. cap. 6. pag. 169. ex Schol. Theocr. Idyll. II. 156. & ex Plutarcho docuit, *coriaceis* vulgo *ampullis* uſos eſſe: & ex valde quidem tenui corio vel pelle confectas fuiſſe oportet, quippe ita pellucidae erant, ut per corium (ſi luci obiecta teneretur ampulla) conſpici poſſet quantum olei intus ſupereſſet, ut docet ibidem idem Scholiaſtes. Conf. Athen. IV. 162. a. & 163. c. ibique not. Recte μέγιστόν τι, non τε, dedere ambo mssti.

καθ' οὗ λόγος ἐστὶν Ὑπερίδῃ τῷ ῥήτορι, λέγων αὐτὸν &c. λέγοντι oportebat: ſed ab huiusmodi ἀνακολουθίαις non abhorruiſſe ſcriptorum Graecorum ſtylum iam ſaepius obſervavimus. Simili locutione Menandrum uſum eſſe haud multo ante vidimus, ἴδιον ἐπιθυμῶν, μόνος μοι θάνατος οὗτος φαίνεται &c. pag. 549. c. Poſſis tamen λέγων etiam ad λόγος referre.

Ἑρμῆ, θεῶν προπομπὲ &c. » ALEXIDIS verſus de » *Philippide*,

» Ἑρμῆ θεῶν πρόπεμπε καὶ Φιλιππίδου:

» duplici nomine ſuſpectus mihi. προπεμπὸς Graecum non » eſt, ſed προπομπός. *Mercurius* autem non eſt Deorum » προπομπὸς, ſed mortuorum. Lego Ἑρμῆ νεκρῶν προπομ- » πὲ καὶ Φιλ. Supra [pag. 551. b.] dicebantur Ἀϊδοφοῖται

» similes Philippidae homunciones. Id ipsum aliis verbis » significat *Alexis*. Similiter statim Aristophon mortuis ac- » censet Philippidam. « CASAUBONUS. — Corrigendum hîc προπομπὲ iam ante Casaubonum H. STEPHANUS monuerat, Thes. T. III. pag. 209. a. Et accedit ms. *A*. nisi quod accentum aliter ponat. In *Epit.* desunt haec. In θεῶν nil mutant membranae: nec nos mutare debuimus, quamvis νεκρῶν maluissemus. Sed consulto fortasse obscurius locutus est poëta, intelligi autem sic voluit, quasi dixisset Ἑρμῆ ὑπὸ τῶν θεῶν πεμφθεὶς πρὸς τὸ προπέμπειν τοὺς νεκρούς.

e *Vers.* 2. νυκτός τ' ὄμμα cum particulâ coniunctivâ dedere membranae. Caeterum *Philippidae gracilitatem* ab eodem *Alexide* in fabulâ etiam Hippisco derisam supra vidimus, VI. 230. c. & XI. 503. a.

ARISTOPHONTEAE eclogae *versus* 2. cum sic vulgo scribatur,

ἰσχνότερον ἀποφαυῶ Φιλιππίδου:

fieri potest ut interciderit pes ultimus senarii. Sed nihil probabilius, quam quod IACOBSIO visum erat in *Notis msstis*, e superiori hemistichio vocem αὐτὸν in hunc versum reiiciendam esse.

Μέναvδρος δὲ, Ὀργῇ· Ὁ λιμὸς ὑμῶν τὸν καλὸν τοῦτον δακών. Pronomen ὑμῶν Clericus in Menandri Reliq. pag. 139. cum Grotio in Excerpt. pag. 736. ad ὁ λιμὸς retulit. Quod minus convenire adsentior BENTLEIO: & ὑμῖν utique malebam, quod ille (in Emendatt. in Menandr. p. 49.) ita hîc reponendum censuit, ut cum elegantiâ quadam, nec sine emphasi, redundet quodammodo, quemadmodum saepe aliâs dativi μοὶ, σοὶ, ἡμῖν, ὑμῖν, apud Comicos, cum Graecos, tum Latinos.

περιλιπποδῶσθαι ἔλεγον τὸ λελεπτύνθαι &c. » A » *Philippide* manavit, sicut observatur hîc, ut *supra mo-* » *dum extenuatum* dicerent περιλιππῶσθαι. Ita bis scriptum » in plerisque libris omnibus: [immo, prorsus in omnibus, quod sciam; nisi quod priori loco, vitiosius etiam, περιφιλιππῶσθαι scribitur in ed. Bas.] » immo bis peccarum. » Nam περιλιπποδῶσθαι rectum est, alterum falsum: etsi » non nescimus ita scribi apud Suidam quoque: falso: ut » cum analogia, tum lex metri arguunt. De iisdem dici » solitum, posse ipsos per annulum traiici. Aristophanes: » [Plut. 1036.]

» διὰ δακτυλίου μὲν οὖν ἐμέ γ' ἂν διελκύσαις.

» Locum *Alexidis* ita lege: e

» Κακῶς ἔχεις, στρουθὸς ἀκαρὴς νὴ τὸν Δί' εἶ,
» περιλιππίδωσαι· μή σου καινῶς μοι λάλει.
» ἐγὼ τέθνηκα. τοῦ ταλαιπώρου πάθους. « Casaubonus. — Scripturam περιλιππῶσθαι non modo Athenaei libri omnes, cum typis vulgati, tum mssti, hodie tenent, ſed & apud Aelianum ſic legitur, X. 6. & apud Suidam in Φιλιππίδης. At iſtam ſcripturam, (ut recte Caſaubonus monuit) non modo analogia, verum etiam verſus qui ſubiicitur *Alexidis*, manifeſtiſſimi vitii arguit. Quare adſenſus ſum eidem Caſaubono, tum Meursio in Lect. Atticis, II. 5. Küstero ad Suid. l. c. & Toupio, Emend. in Suid. P. III. pag. 545. (p. 287. ed. Lond.) uno conſenſu περιλιππιδῶσθαι corrigentibus: quibus omnibus praeiverat H. Stephanus, in Indice Theſ. pag. 1657. Contra quos vulgatam ſcripturam, Euſtathii maxime auctoritate, defendens Perizonius ad Aelian. l. c. parum utique firmo uſus eſt patrocinio. Nam quod ille in Comment. in Odyſſ. κ'. pag. 379 extr. ita ſcripſit: Ἄλεξις τὸν Φιλιππίδην συγκόψας, ἤγουν συγκοπὴν ποιήσας τοῦ τοιούτου ὀνόματος, περιλιππῶσθαι εἶπε τὸ λελεπτύνθαι· οὐ κατά τινα Φίλιππον δηλαδὴ, ἀλλὰ κατὰ τὸν συγκοπέντα Φιλιππίδην: nihil aliud ea re evincitur, niſi quod Euſtathius in codice Epitomae Athenaei, quo ille uſus eſt, eodem modo ſcriptum repererit, quo hodieque in noſtro codice *Epit.* h. l. legitur; ſcilicet: Ἀπὸ τούτου δὲ (nempe Φιλιππίδου) καὶ Ἄλεξις περιλιππῶσθαι εἶπε τὸ λελεπτύνθαι. Quod ſi auctoritatibus ſtabiliri haec ſcriptura poſſet, poſtremo loco in eorum teſtimoniorum numero, quae eidem favent, ponendum foret Euſtathii teſtimonium; non modo librorum Aeliani teſtimonio & Suidae longe poſtponendum, verum etiam utriusque noſtri codicis Athenaei auctoritati. At omnes iſtas auctoritates evertit invictum illud argumentum, quod ex metri ratione petitur: nam, quidquid facias, & quidquid contra nitatur Perizonius, fieri nullo pacto poteſt, ut vulgata ſcriptura cum *Alexidis* ſenario, ad quem ipſe Athenaeus provocavit, concilietur. Quamvis enim neglecto metro & multis mendis deformata vulgo ſcripta exhibeantur poëtae verba, tamen manifeſtum eſt fuiſſe illa iambici metri legibus adſtricta, & ſecundum ſenarium ab ipſo illo verbo olim initium cepiſſe, quod περιλιππῶσθαι hodie ſcribitur: atqui, licet verum ſit quod

Perizonius contendit, ſyllabam φι produci poſſe, tamen ob ſequentes duas ſyllabas longas λιππω numquam ſedem iſtam tueri verbum hoc potuerit, niſi πεφιλιππιδωσ. non πεφιλιππωσ. ſcriptum a poëta fuiſſe ſtatuamus. Iam cum ſic vulgo ſcripta fuerint poëtae verba, Κακῶς ἔχει στρουθὶς ἀκαρὴς νὴ Δι' εἰ πεφιλιππώσθαι, μὴ σὺ καινῶς μοι λάλει ὅσῳ μου τέθνηκε τοῦ ταλαιπώρου πάθος: haud dubie feliciſſime duos priores ſenarios correxit conſtituitque *Caſaubonus*, niſi quod dubitari poſſit, neceſſe-ne fuerit ut στρουθὶς in στρουθὸς mutaretur: nam, quod nusquam alibi hodie vox στρουθὶς reperiatur, id quidem non ſatis cauſſae erat, cur praeciſe damnaretur. Poſſit στρουθὶς eſſe diminutiva forma vocabuli στρουθὸς, idem valens ac στρουθίον. Quare tenendam putavi vocem, Caſaubono, Meurſio, Toupioque damnatam. Omitto eumdem *Meurſium*, *verſ.* 2. καχῶς, pro καινῶς legentem, metro prorſus refragante. In *tertio verſu* haud dubie illud verum erat quod *Caſaubono* placuerat, τέθνηκα, pro vulgato τέθνηκε: ſed quod idem ex ὅσῳ μου, quod hîc legebatur, ἐγὼ fecit; id quidem, ut violentum nimis, ſic & per ſe ſatis frigidum, & omnino parum probabile erat. Paulo probabilius videri poterat ὤ μοι, quod MEURSIO placuit; niſi ſcripturam unice veram, quae ſua luce aliàs omnes coniecturas obſcurat, acutiſſimus TOUPIUS nobis aperuiſſet, ὅσον οὐ τέθνηκα ſcribens. Eiusdem veteris ſcripturae paulo clariora etiam, quam in editis libris, veſtigia in vetuſtis noſtris membr. *A.* ſuperſunt, in quibus οσο μου (ſic; non ὅτω μου aut ὅσῳ μου) ſcribitur. In *Epit.* deſunt Alexidis verſus. Eosdem verſus Gallicus interpres (nullâ aliâ, ut videtur, cauſſâ ductus, niſi ut Caſaubono obganniret, a quo *corrupta hîc eſſe* clamat *quae corrigi debebant*) longe aliter conſtituendos cenſuit, alia tenens, alia mutans in hunc modum:

A. Καινῶς ἔχει, στρουθὶς ἀκαρὴς νὴ Δι', ἐπεφιλιππίζεται. B. Μὴ σὺ καινῶς μοι λάλει. ὀγὼ ἐμοῦ τέθνηκε. φεῦ! τοῦ ταλαιπώρου πάθους.

De cuius ratione quid ſtatuendum ſit, iudicet lector eruditus. Graeca iſta ſic Gallice idem convertit: » A. *Il eſt* » *fort mal! on diroit un chétif moineau, tant il eſt philippidi-* » *fié.* B. *Fi donc, de ces nouveaux mots dont tu te ſers! Oui* » *je vois bien que le mien eſt mort! Helas! quel funeſte mala-* » *die!* « Nec vero relinquere hunc locum poſſum, quin mi-

ram Dalecampii interpretationem commemoraverim. Sic ille:

A. *Male habet penis, exiguus, ac pusillus est, ac* περιλιπτίδωται, *extenuatus est.*

B. *Novis verbis ne me alloquitor: miserum me, quam emortuum est desiderium meum.*

Adparet, pro πάθους illum πόθου legisse: sed, unde significatum eum arripuerit vir ingeniosus, quem voci στρουθὶς subiecit, reperire equidem non potui.

AD CAP. LXXVIII.

Κηφισόδωρος μὲν ἐν Τροφωνίῳ &c. Vocula ἐν adiecta a dedit ms. *A.* »*Morem* fuisse *veterum delicatorum, pedes unguentis ungere*, probatur testimonio CEPHISODORI in *Trophonio*; cuius versus ita distingue:

»Ἔπειτ' ἀλείφεσθαι τὸ σῶμά μοι πρίῳ
»μύρου ἴριτον καὶ ῥόδινον.

»Eius fabulae Pollux meminit libro VII. [sect. 40.] Τὴν δὲ »σμικτρίδα, inquit, (sic enim legendum) Κηφισόδωρος ἐν »Τροφωνίῳ εἰρηκεν. Meminit & aliis locis. a CASAUBONUS. — In editis vulgo vox μύρου priori versui erat adtributa: *vers.* 1. vero & *vers.* 3. πριῶ cum accentu in ult. scribebatur cum in editis, tum in ms. *A.* contra analogiam & contra usum. Ut enim ab ἵσταμαι imperativus praesentis temporis formatur ἵστασο, ἵστω, ἵστω: sic a πρίαμαι, πρίασο, πρίω, πρίω. Cf. Aristoph. Nub. 614. & Acharn. 34. & 870. Apud Etymologum tamen, p. 132. l. 50. scribitur: πριῶ, (praes.) πριάσω. – – – πριῶ οὖν, πρίημι· ἐξ οὗ καὶ, πριῶ μοι, φησὶν ὁ κωμῳδὸς, σελάχιον. Sed, ut apud Aristophanem editur, sic apud Hesych. & Suidam scribitur, Πρίω, ἀγόρασον. Iidem *Cephisodori* versus repetuntur lib. XV. pag. 689. f. sed mendosius ibi scripti. *Epitoma* de toto hoc Capite nil aliud, nisi haec verba, habet: Ἔθος δ' ἦν Ἀθήνησι καὶ τοὺς πόδας τῶν τρυφώντων ἐναλείφειν μύροις· ἰρίνῳ ἢ ῥοδίνῳ ἢ ἀμαρακίνῳ ἢ μεγαλλίῳ ἢ ἄλλοις τοιούτοις.

Εὔβουλος δ' ἐν Σφιγγοκαρίωνι. Sic recte ms. *A.* per *iota*, non υ, in antepenult. Conf. X. 449. e. & ibi not. Totus locus, quem intactum praetermisit Casaubonus, sic editus erat: Εὔβουλος δ' ἐν Σφιγγοκαρύωνι ἐν θαλάμῳ μαλακῶς κατακείμενον. ἐν δὲ κύκλωνιν παρθενικὰ τρυφερὰ χλανίδια μαλακὰ κατάθρυπτε τὸν πόδ' ἀμαρακίνοισι μύροισι

a τρίψουσι τὸν ἐμόν. Quem sic Latine convertit DALECAMPIUS :

Laenas virginum in orbem circumiectas, delicatas,
in lecto molli decumbens nunc obtero :
amaracinis unguentis mei pedes confricantur.

Scilicet κύκλῳ νῦν legens, pro κύκλωνιν : & καταθρῦπτω, pro κατάθρυπτε. Gallicus Interpres *duo Eubuli fragmenta* istis verbis contineri statuit, quorum prius in verbum κατακείμενον desinat : tum sequentia verba sic ille refingenda censuit : Ἐν δὲ Κύκνῳ· Νὶν παρθενικὴ (i. q. παρθένος) τρυφερὰ χλανιδίῳ μαλακῷ καταθρύπτει· τὸν πόδ' ἀμαρακίνοισι μύροισι τρίψασα τὸν ἐμόν. Quae Gallice sic reddidit : *Un jeune tendron le berce délicieusement dans une couverture mollette : après m'avoir frotté le pied avec du parfum d'amaranthe.* Nonnisi *unam* esse *eclogam*, eamque *hexametris versibus* comprehensam, recte vidit FIORILLO, Observat. in Athen. pag. 11. Sed quum *venustum* dicit *fragmentum*, cuius *veram scripturam* a se *restitutam* gloriatur, in hunc modum :

Ἐν Θαλάμῳ μαλακῶς κατακείμενον, ἐν δὲ κύκλῳ νῦν
παρθενικὰ τρυφερὰ χλανίδας μαλακὰς κατά-
θρυπτε,
τὸν πόδ' ἀμαρακινοῖς τὸν ἐμὸν τρίψουσι μύ-
ροισι :

primus quidem & *tertius* versus recte sic constituti possint videri ; at sensum verborum, aut certe naturalem orationis structuram, quam minime equidem percepi, vellem nobis explicasset acutus Observator. Illud quidem postulare nimium foret, ut tota sententia, quam in animo habuisset poëta, plane aperiretur : nam *griphus* hîc esse videtur eorum de genere, qui libro X. pag. 449 sq. eâdem ex fabulâ prolati sunt. Nos, si quid minus nobis liquet, non dedecere nos putamus, inscitiam nostram fateri : quod hoc loco usu nobis venit, ubi Graeca, quorum sententiam non percepimus, hariolando interpretati sumus. Pro edito olim κύκλωνιν, ex ms. *A.* haec enotata est scriptura, κυκλῳ νιν : pro χλανίδια, est χλανίδανα : pro κατάθρυπτε, est κατάθρυπτοι. Videant qui ingenio & doctrinâ valent, an ex his ruderibus sani quidpiam certique erui possit.

b ἐν δὲ Προκρίδι. ἐν δὲ Προκρίδα ms. *A.* manifesto errore. In eclogae illius, ex *EUBULI Procride*, *versu* 5. ubi legitur γάλακτι χηνὸς, id est, *lacte anseris*, nil variant libri.

Iocose utique dictum hoc videtur: nec incommode adnotatum a DALECAMPIO: »Pretiosissimo condimento. Sic in »proverbio est *lac gallinaceum.*« — *Vers.* 6. Μεγαλλίῳ μύρῳ. *Megallio unguento:* cui nomen ab inventore *Megallo*, ut docet auctor noster lib. XV. p. 690. f.

ἐν δὲ Μητραγύρτῃ. Eidem fabulae *ANTIPHANIS* titulus est Μηναγύρτης (eâdem quidem sententiâ) apud Grammaticum San-Germanensem, teste RUHNKENIO ad Timaei Lexic. Plat. p. 11. *Vers.* 3. ἐκέλευ' ἀλείφειν. Sic ms. *A.* In *vers.* 4. & 5. nescio quae turbae invaserant libros omnes. In ed. *Ven.* continuato versu sic scribitur: ὡς θᾶττον ἡ παῖς τῶν ποδῶν διήψατο αὐτοῦ γ' ἔτριψε τ' ἀνεπήδησεν. Eodem modo in ed. Bas. nisi quod *comma* interponitur *post* διήψατο. CASAUBONUS, nihil in Animadversionibus monens, in contextu sic posuit:

ὡς θᾶττον ἡ παῖς τῶνδὶ ἥψατο, αὐτοῦ τῶν ποδῶν
γ' ἔτριψε τ' ἀνεπήδησεν.

Quam ad scripturam nihil e ms. *A.* adnotatum, nisi quod is codex ignoret γ' ante ἔτριψε. In ed. Cas. 2. & 3. pro τῶνδὶ ἥψατο, est τῶνδ' ἥψατο. Nos recte curatum hunc locum a KOPPIERSIO iudicavimus, sic corrigente, (in Observ. Philol. p. 38.) ut a nobis editum.

καὶ ἐν Ζακύνθῳ. Recte, ut nobis videbatur, ab eodem *Koppiersio* pag. 39. ἐν Ζακυνθίῳ correctum. Cur vero, *vers.* 2. pro καὶ τὰς ἑταίρας, idem καὶ τάς γ' ἑταίρας posuerit, caussam nullam vidi equidem.

καὶ ἐν Θορικίοις. Pro edito olim Θορυκίοις, recte monuit CASAUBONUS: »Scribendum per ι, Θορικίοις. *Plena* in»scriptio est libro XV. [pag. 689. e.] Θορικίοις ἢ Διορύτ»τοντι. Traducebat haec fabula *Thorycios.* Thoricus »unus erat τῶν δήμων agri Attici.« — Eadem ecloga loco modo citato legitur paulo emendatior, quam hîc vulgo edebatur. Commodius hîc *versu* 2. χρυσοκολλήτου γε edd. quam ibi δὲ, quod & ibi codex *A.* tenet; in quo hîc mendose prorsus χρυσοκόλλη τε καλπ. *Vers.* 3. χεῖρας est in msto, quod in χέρας commode mutarunt editores: sed rectius videtur τὰ σκέλη, quod lib. XV. legitur.

Vers. 4. Non φοινικίῳ, ut hîc editum erat, sed φοινικίνῳ dedit ms. *A.* ut lib. XV. quod significat *palmeo.* At non tam a *palmulis*, quod sciam, quam a *Phoeniciâ* regione nomen invenerat illud unguentum, ut quidem ipse auctor noster docet lib. XV. pag. 688. f. & Plinius initio li-

bri XIII. Unde fit probabile, φοινικικῷ ſcriptum olim fuiſſe. *Verſ.* 5. Pro σισυμβρίῳ, quod & hîc & inferiori loco legebatur, σισυμβρίνῳ recte dedit ms. *A.* In eodem vero codice, *verſ.* 7. perperam ἑρπυλένῳ ſcribitur, pro ἕρπυλλίνῳ: & γύνι, pro γόνυ.

ANAXANDRIDAE verſiculi corrupte admodum & perturbate ſcripti erant in hunc modum:

Μύρῳ δὲ παρὰ Πάρωνος οὔπερ ἀπέδοτο,
ἔχθες μελανώπω πολυτελοῦς ἐν Αἰγυπτίῳ συναλείφει τοὺς πόδας Καλλιστράτου. Quibus in verbis nil fere mutat ms. *A.* niſi quod magis etiam vitioſe ἐν Αἰπτίῳ pro ἐν Αἰγυπτίῳ habet. Monuit vero CASAUBONUS: »*Anaxandridae* »verſus ſcribendi ſic ex libro XV.

»Μύρῳ δὲ παρὰ Πάρωνος οὔπερ ἀπέδοτο
»ἐχθὲς Μελανώπῳ πολυτελοῦς Αἰγυπτίου
»ᾧ νῦν ἀλείφει τοὺς πόδας Καλλιστράτου.«

At lib. XV. pag. 689. f. non Πάρωνος ſcribitur, ſed Πέρωνος: & ſic hîc quoque habet ms. *A.* Eodemque modo ſcriptum nomen illius unguentarii repetitur p. 690. a.

καὶ τὸν ἐπὶ Θεμιστοκλέους δὲ βίον &c. »Sequitur, *Te*»*LECLIDEM in fabulâ Prytanibus* luxu diffluentem exagi»taſſe τὸν ἐπὶ Θεμιστοκλέους βίον. Haec ſcriptura non »*Themiſtoclem* privatim, ſed omnes *qui eius ſeculo vixerunt* »accuſat. Interpres, τὸν τοῦ Θεμιστοκλέους βίον. Diſſen»tiunt libri.« CASAUBONUS. — Malebam abeſſet praepoſitio: ſed tenent eam veteres membranae. Sed video omiſſam eamdem etiam a Breviatore, qui paulo inferius, poſt hiſtoriam de *Venere callipygo*, haec verba inſeruit: Ὅτε καὶ τὸν Θεμιστοκλέους βίον ἄβρὸν τινὲς παραδιδόασι.

Κρατῖνος τ' ἐν Χείρωσι. »Alibi, ut in Pericle Plutar»chi, & in ſcholiis Ariſtophanis, inſcribitur haec fabula »non Χείρωνες, *Chirones*: ſed Χείρονες, *Deteriores*. Heſy»chius contra, in Αὐτόφορτος, Χείρωνα, *Chironem*: notum »nomen ex fabulis.« CASAUBONUS. — Lib. XI. p. 461. f. ſcribitur Κρατῖνος ὁ νεώτερος ἐν Χείρωνι. Alibi vero ἐν Χείρωσι, ut IX. 392. f. ad quem locum vide Animadv. T. V. pag. 162.

τὴν τῶν παλαιτέρων. Sic commode ms. *A.* non παλαιοτέρων.

Verba CRATINI, neglecto metro, ſic vulgo ſcribebantur, ἁπαλὸν δὲ σισύμβριον ῥόδον ἢ κρίνον, παρ' οὗς (ſic) ἑθάκει παρὰ χερσὶ δὲ μῆλον ἔχων σκίπωνά τ' ἠγόραζον. Nec

ullus ex Msto diſſenſus adnotatus. CASAUBONUS, omiſſâ e metricâ ratione, haec animadvertit: »Ex hoc *Cratini* lo»co apparet, varie ad oblectationem aut voluptatem flo»ribus eſſe uſos veteres. Caput, collum, & pectus coro»nis ornaſſe illos notum omnibus. Multa libro XV. de eius »generis coronis. Sed etiam *auribus flores* aut ſolutos aut »ſertos imponebant. Argumento ſunt Cratini verba: *mol»le ſiſymbrium, aut roſa, aut lilium auri inſidebat.* Legimus »namque παρ' οὖς, non παρ' οὖς, quod ferri non poteſt. »Remanſit in moribus noſtris haec conſuetudo: cuius hîc »teſtimonium habes antiquiſſimum. Praeterea tribuit Cra»tinus habrodiaeto quem depingit, *malum in manu, & ſci»pionem* ſive *baculum.* De *malo* quaeritur mox: [cap. »ſq.] de *ſcipione* dictum extremo libro undecimo.« [ad XI. 509. e. conf. XII. 543. f.] — Caſaubonianis iſtis haec adiecit eruditiſſimus noſter CORAY in *Notis msstis:* »Ob»tinet etiamnum apud Graecos mos flores ſolutos inter »tempora & aures inſerendi, ita ut pediculus extremus »quidem ſub pileo teneatur lateatque, flos vero pendeat »ſaepe aure imâ tenus. Hunc uſum indicat & Anacreon in »pervenuſtis (Od. V.) his verſiculis:

»Τὸ ῥόδον τὸ καλλίφυλλον
»προτάφοισιν ἁρμόσαντες
»πίνωμεν ἁβρὰ γελῶντες.«

AD CAP. LXXIX.

Κλέαρχος δὲ ὁ Σολεὺς ἐν τοῖς Ἐρωτικοῖς &c. Verboſam iſtam *CLEARCHI* ſuper re minutâ disputationem fere totam omiſit Breviator: ac levis admodum futura erat iactura noſtra, ſi eamdem Athenaeus quoque praetermiſiſſet. Ut amat verbis ludere ille ſcriptor: ſic nunc in vocabulorum ὥρα & ὡραῖος praeſertim ambiguitate & paronomaſiâ ſe iactat illius oratio.

Ubi legitur vulgo, διὰ τοῦτο οὖν οἱονεὶ δεῖγμα τῆς ὄψεως f τὰ ὡραῖα μετὰ χεῖρας ἔχουσιν: non video quo ſenſu δεῖγμα τῆς ὄψεως ſcribere *Clearchus* potuerit; omninoque τῆς φύσεως legendum videtur cum Dalecampio, qui *naturae veluti ſpecimen* in verſione poſuit. Gallico tamen interpreti vulgata ſcriptura in hanc ſententiam teneri poſſe viſa eſt: *de ſorte qu'on cherche ainſi à fixer les regards par ces belles choſes qu'on aime, & qu'on ſe plait à porter à la main.*

f ἀρχή τε γὰρ εὐτυχίας καὶ παράδειγμα τῆς βουλήσεως αὐτοῖς γίνεται. (sic ms. *A.* γίγνεται edd.) » Pro» ponitur haec quaestio ex *Eroticis* CLEARCHI: *cur flores, fru*» *ctus, & id genus alia, manibus gestamus?* Summa respon» sionis est: *Quoniam per ista & occasionem colloquendi nan*» *ciscimur, & praebendi exemplum desiderii nostri*; id est, do» cendi sub exemplo quid ipsi expeteremus. Hoc ita Clear» chus: ἀρχή τε γὰρ ἐὐτυχίας, καὶ παράδειγμα τῆς » βουλήσεως αὐτοῖς γίνεται διὰ τούτων. Quid appellat ἀρ» χὴν εὐτυχίας? an *principium amoris, quam isti summam fe*» *licitatem* putant? [Dalec. *foelicitatis initium.*] Nugae. Le» gendum συντυχίας, *colloquii.* Declarat quae subiicitur » ab eodem explicatio: αἰτηθεῖσι μὲν τῷ προσαγορευθῆναι· » δοῦσι δὲ προϋγράφειν ὅτι δεῖ καὶ αὐτοὺς μεταδιδόναι τῆς » ὥρας. Cum habet aliquis prae manibus aut flores aut fru» ctus & bellaria; qui vident concupiscunt. Movet enim, » aiunt, obiectum potentiam. [appetentiam, *puto, scribere* » *vir doctus voluerat.*] Petunt igitur. Inde *colloquiorum occa*» *sio & principium. Qui dant autem*, ait Clearchus, *hoc ipso* » *satis indicant quid postulent*, & quid sibi dari aequum cen» seant. ὑπογράφειν, ut dicebamus ad Strabonem, [ad lib. » I. pag. 40. ed. Cas.] est *loqui tacendo*, & *tecte aliquid si*» *gnificare.* « CASAUBONUS. — Sic ὑπογράφειν ἐλπίδας, *spem ostendere*, saepe apud Polybium. Vide Lexic. Polyb. pag. 634.

a Ἡ τὴν τούτων ὥραν παραψυχὴν καὶ παραμυθίαν τῆς ἐπὶ τῶν ἐρωμένων ὥρας ταῖς ἐπιθυμίαις χαίροντες ἔχουσιν αὐτοῖς. Nil mutant membranae. Si quem vero sensum velis in istis Clearchi verbis inesse, vix alius in illis quaeri posse videtur atque is quem (praeeunte fere Dalecampio) in latina versione expressimus. Neque dubito, primum, non ἐπιθυμίαις, sed ἀθυμίας scripsisse Clearchum; ut cohaererent ista, παραμυθίαν τῆς ἀθυμίας. Tum vero in illis, ἐπὶ τῶν ἐρωμένων ὥρας ταῖς, continebatur caussa, e qua illa ἀθυμία oritur: scilicet *ex absentiâ* (ut consentaneum est) τῶν ἐρωμένων: cui *absentiae* (ἀπουσίᾳ) opponitur deinde ἡ τούτων παρουσία. At, cum a vestigiis veteris scripturae longius absit vocabulum ἀπουσίᾳ, aliud erat quaerendum. Hariolabar ἀορασίᾳ: quam vocem quidem *caecitatem* vulgo interpretantur Lexicographi: sed quum ἀόρατον dicatur id quod est *invisibile, quod in oculos non incurrit*, haud aegre credas, ἀορασίαν Clear-

chum dixiſſe pro *inviſibilitate*, vel *abſentiâ* quâ fit ut rem *non habeamus oculis ſubiectam*. Id ſi minus placet, haud abſurde coniectaveris, ἀωρίᾳ fortaſſe ſcriptum fuiſſe, eo ſenſu, ut, quemadmodum ἀωρεῖν (Heſychio & Suida teſtibus) idem valet ac ὀλιγωρεῖν, ἀλογεῖν, ſic ἀωρία idem ac ὀλιγωρία ſonet.

ἐκκρούεται γὰρ ὑπὸ τῆς τούτων παρουσίας ὁ τῶν ἐρωμένων πόθος. Proprium erratum eſt ed. Caſ. 1. & 2. πότος, pro πόθος.

καλὸν γὰρ ὅτι τὰς ὀπώρας καὶ τὸ τῆς ὥρας ὄντως πρόσωπον &c. Vitioſam eſſe ſcripturam, quamquam per ſe in oculos incurrebat, indicaverant etiam Editores *aſteriſco* vel *cruciculâ* poſt ὅτι τὰς interpoſitâ. Quo ſpectat CASAUBONI animadverſio: »Lego, ſublato aſteriſco, καλὸν γάρ »ἐστι τὸ τῆς ὀπώρας &c.« — Potuerat etiam nude, καλὸν γὰρ τὸ τῆς ὀπώρας &c. item καλὸν γὰρ ἔν τι τὸ τῆς ὀπώρας. *Eſt enim una ex pulcris rebus*, i. e. *eſt enim pulcrum quidpiam*. Sic mox dein φυσικὸν γὰρ δή τι ait. b

οἷον ἐκτρυφῶντες ὑπὸ τοῦ πάθους καὶ ὡριαινόμενοι. »Parum »uſitatum verbum eſt ὡριαίνεσθαι, quo utitur *Clearchus* »pro eo quod uſitatius dicitur ὡραΐζεσθαι.« CASAUBONUS. — Sed, minus uſitata prae caeteris amaſſe quaeſiviſſeque illum ſcriptorem, iam ſaepius obſervavimus. Reperitur tamen apud Heſychium: Ὡριάνεις· ὡραΐζεις. Ubi non cum Salmaſio ὡραίνεις corrigendum, ſed ὡριαίνεις: quod ipſa etiam ſeries literarum indicabat: notabuntque ſtudioſi ad illam Heſychii gloſſam hoc Clearchi apud Athenaeum teſtimonium.

φυσικὸν γὰρ δή τι, τὸ τοὺς οἰομένους &c. Sic commode ms. *A*. pro eo quod editum erat, γὰρ δὴ καὶ τὸ &c. Eadem verba habet etiam Epitoma, in qua hoc loco quidem praetermiſſa tota iſta *Clearchi* diſputatio, ſed deinde poſt hiſtoriam de *Venere Callipygo* haec inferuntur: φυσικὸν δή τι, φησὶ Κλέαρχος, τοὺς οἰομένους εἶναι καλοὺς καὶ ὡραίους ἀνθολογεῖν.

ὅθεν αἵ τε περὶ τὴν Περσεφόνην ἀνθολογεῖν λέγονται. Sic recte idem cod. *A*. Cum ὅθεν καὶ περὶ τ. Π. eſſet editum, monuit CASAUBONUS: »Lege ὅθεν καὶ αἱ περὶ τ. »Π. Diodorus Siculus initio libri quinti, Claudianus in »Raptu Proſerpinae, & alii.« — Diodorum vide lib. V. cap. 2.

Σαπφὼ φησιν, ἰδεῖν ἄνθε' ἁμέργουσαν παῖδ' ἄγαν ἁπω-

λήν. Cum rarior ſit uſus verbi ἀμέργειν notione *decerpendi; Io. Chriſtian.* WOLFIUS, in Sapphûs Fragm. num. LXVII. verſionem Dalecampii tenens, *quae flores demeteret*, in Notis deinde ad idem Fragm. pag. 245. quo ſtabiliret uſum iſtum huius verbi, haec adpoſuit exempla: » Schol. Apoll. » Rhod. ad I. 749, ἀμέρσαι δὲ, στερῆσαι. Et Schol. Ni» candri ad Theriac. verſ. 686. τὸ δὲ ἄμερσεν, ἀντὶ τοῦ » ἔλαβε. « — At illa exempla ad verbum ἀμέρδω pertinent: non ad ἀμέργω, quod ab iſto diverſum eſt. De hoc verbo ἀμέργω Euſtathius ad Iliad. λ'. pag. 774. l. 10. ex Pauſaniae Lexico monuit, idem valere ac καρπολογεῖν, id eſt, *fructus decerpere.* Quae notio (ut ABRESCHIUS docuit ad Heſych. voc. Ἀμεργομένη) obtinet apud Euripidem, Herc. Fur. vs. 397. *SAPPHONIS* hoc exemplum praeterierat doctum Heſychii Editorem.

AD CAP. LXXX.

c Οὕτω δὲ ἐξύρτηντο τῶν ὑδυπαθειῶν οἱ τότε &c. Quae ſequitur narratio de origine *templi Veneris Callipygae*, eam TOUPIUS in Epiſt. Crit. pag. 70. *CLEARCHO* auctori tribuit: quod mihi ſecus videtur. Non ita ſimplex eſt *Clearcheus ſtylus:* nec cohaerent haec cum ſuperiore Clearchi diſputatione: ſed cum eis quae ante illam poſuerat Athenaeus. Quod hîc ait οἱ τότε, *illius aetatis homines*, id refertur ad pag. 553. e. ubi de *Themiſtocle* & omnino de τοῖς παλαιτέροις agebatur. Auctorem quidem, e quo ad verbum ducta ſit haec narratio, non nominat Athenaeus: duos vero poëtas iambicos nominat, (lit. *d.* & *e.*) *Cercidam* & *Archelaum*, qui eius rei mentionem feciſſent. Narrationem ipſam ſive ex his poëtis, ſive e vulgari famâ, haurire Athenaeus potuerat.

διεκρίνοντο ποτέρα εἴη καλλιπυγοτέρα. Similis puellarum contentio memoratur in Rufini Epigrammate, in Analect. Brunckii, T. II. pag. 390. & in Alciphronis Epiſt. 39. lib.
d I. pag. 188. *Mox*, τὸ ἀδελφῷ ἑαυτοῦ. Sic ms. *A.* In *Epit.* brevius haec expedita.

ὁ Μεγαλοπολίτης Κερκιδᾶς. De hoc vide MEURSIUM ad Helladii Chreſtomath. p. 68. In *CERCIDAE* verſu, pro Ἦν, in ms. *A.* nude H ſcribitur. *Ibid.* καλλιπύγων ζεῦγος, *par ſororum.* Sic ſaepe ζεῦγος: cuius uſus plura exempla collegit Valckenarius ad Phoen. pag. 116. In *fine verſus*,

si choliambus est, stare potest Συρακούσαις: sin legitimus iambus, Συρακόσαις oportuit, frequentissimâ nominis formâ.

AD CAP. LXXXI.

Ὁ Αἰξωνεὺς Θρασύλαος. »Qui dicitur Ἀξωνεὺς Θρασύ- e »λαος, *Thrasyllus* est Aeliano lib. IV. cap. 25. Omnino »autem Αἰξωνεὺς scribendum.« CASAUBONUS. — Recte, haud dubie, Αἰξωνεὺς apud Aelianum. Αἰξωνὴ, δῆμος Κεκροπίδος φυλῆς. Steph. Byz. & Harpocrat. Θρασύλαος & Θράσυλλος fortasse diversae formae eiusdem nominis. Vide PERIZONIUM ad Aelian. l. c.

τὰ εἰς τὸν Πειραιᾶ. Sic recte uterque cod. mstus.

ἀπεγράφετο. De usu huius verbi vide Perizon. l. c. & Taylor ad Lysiam, T. I. ed. Reisk. pag. 389.

μετὰ χαρᾶς τοσαύτης, ὅσης περ ἄν τις εἴη τοσούτων χρημάτων κύριος ὤν. »An ὅσην περ ἄν τις ἡσθείη, vel ὅσης »περ ἂν αἴσθοιτο, τοσούτων &c. Mox sequitur, ἡσθῆναι »πλείονα.« CORAY, in *Notis msstis*. — ὅσης περ ed. Ven. Bas. & Cas. 1. cum msstis: non male, ut nobis videbatur; scil. μετ' ὅσης περ ἀποδέχοιτο ἄν τις, εἰ εἴη τοσούτων &c.

οὐδὲν ἐπεζήτησε recte ms. *Ep.* cum edd. Mox Κρίτων codex ms. uterque. Dein iidem recte διηγεῖτο οὐδὲ πώποτε absque δὲ particulâ.

LGr
A866S

21461

Athenaeus Naucratita
Deipnosophistarum libri XV; with Latin version of Casaubon; ed. by Schweighäuser.
[Vol.II.]

University of Toro
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITE